ANALECTA ALEXANDRINA

SIVE

COMMENTATIONES DE EUPHORIONE CHALCIDENSI RHIANO CRETENSI ALEXANDRO AETOLO PARTHENIO NICAENO

SCRIPSIT

AUGUSTUS MEINEKE

PHIL. DOCT. GYMN. REG. JOACHIM. DIR. ACAD. SCIENT. BEROL. SOC. ORDINIS RUB. AQU. CL. III C. LEMN. EQUES.

BEROLINI

SUMPTIBUS TH. CHR. FR. ENSLINI

MDCCCXLIII.

ILLUSTRI SCHOLAE PORTENSI

BONARUM ARTIUM ALTRICI FELICISSIMAE

D. XXI MAII A. MDCCCXLIII

QUARTUM SAECULUM SOLENNITER AUSPICANTI

PROSPERRIMAM FORTUNAM APPRECATUS

SACRAVIT

AUGUSTUS MEINEKE

PRAEFATIO.

Duplex huius libri dos est, altera antiqua nova altera. de utraque paucis dicendum est. Euphorionem ante hos viginti annos primum edidi, cuius qui censuras scripserunt I. Geelius et Fridericus Osannus, ille in Bibliotheca critica nova vol. I p. 40 — 64. alter in Ephemeridibus Halensibus a. 1824 p. 336 sqq. haud pauca attulerunt, quibus in nova editione cum fructu uti licuit, alia autem ab iisdem allata nunc ne ipsis quidem auctoribus probari arbitror, ex quo genere ut unum exemplum afferam sunt ea quae Osannus de Harpocratione v. *γεωφάνιον* disputavit, quae vana esse Bekkeri codices evincunt. haec igitur et quae his sunt similia non operorius refutanda sed silentio premenda existimavi. at plurimum mihi in renovando opere iterata rerum a me tractatarum perscrutatio profuit, qua hoc effecisse mihi videor, ut iam dissimillima sui illa commentatio evaserit et novi libri instar haberi possit. ac quum in superiore editione pravo quodam philologorum more haud raro extra oleas, ut dicunt, evagatus essem, nunc ita rem institui, ut quae nimium a

proposito aliena viderentur, aut resecuerim aut in epimetra coniecerim, veluti digressionem de Caryatidibus et Dymaenis. Cum Euphorione coniunxi Rhianum, cuius poetae memoria quum diu quasi sepulta iacuisset, mirabili casu accidit ut recentissima aetate et eodem ferme tempore quater in eodem argumento elaboraretur, primum a Carolo Godofredo Siebelisio in dissertatione quae a. **1829** Budissae prodiit, deinde a Nicolao Saalio Bonnae **1831**, tum a me ipso Siebelisii et Salii ignaro in commentatione quam praelegi in consessu Academiae Berol. Scient. cuius inter commentarios recepta est a. **1832** p. **99—136**, postremo a Friderico Iacobsio qui Sibelisii et Salii censuram egit in Diurnis scholast. a. **1833** P. **II** fasc. **14 — 16**. Ex horum commentationibus supplevi quidquid mihi ad illustrandum argumentum facere visum est.

Rhianum excipiunt commentationes de Alexandro Aetolo et Parthenio Nicaeno, de quibus poetis me copiosius commentari velle in praefatione ad Euphorionem professus eram. Interim de Alexandro prodiit Bonnae a. **1826** Aloysii Capellmanni dissertatio, in qua etsi vir optimus operae pretium fecisse censendus est, plurima tamen paulo aliter tractanda fuisse vel certe tractari potuisse mea scriptione ostendisse mihi videor. Parthenio, licet in Alexandrinorum quos proprie dicimus numero non habendo, quibus causis motus in hoc Alexandrinarum quaestionum syntagmate locum concesserim, neque peritos fugiet et ipse indicavi p. **258**. Eiusdem poetae narrationes amatorias, quamquam ab huius libri consilio propemodum alienas, tamen ne quid omissum esset eorum quae ad hunc scriptorem pertinent, ceteris eius operum reliquiis addendas putavi. in recensendo

libello codicem Palatinum ita secutus sum, ut nisi monito lectore numquam ab huius libri fide recesserim. eius lectiones quum ex Antonii Westermanni Scriptoribus poet. hist. p. 152 — 181 cognovissem, postea ipsum codicem inspiciendi facultatem nactus sum. in afferendis criticorum coniecturis eum tenui modum, ut quaecunque rem accuratius contemplanti vel inutiles vel falsae viderentur ne verbo quidem commemorarem.

De Epimetris hoc unum quod moneam habeo, excursum de Heliodoro poeta p. 381 ex programmate scholastico (Comment. Miscell. 1822) repetitum esse, sed ita repetitum ut et nova quaedam accesserint et quae minus recte disputata essent resciderim.

Unum est quod addam. edidit nuper Cramerus in quarto volumine Anecdotorum Parisiensium p. 348 sqq. centum et viginti versuum carmen εἰς τὸ ἔαρ inscriptum. id cuius auctoris esset intellexisse mihi videbar ex Suidae adnotatione, Θεόδοτος: ἔγραψε δι' ἐπῶν εἰς τὸ ἔαρ καὶ ἕτερα διάφορα. ἦν δὲ Τριπολίτης. hinc carminis illius vs. 52 ut Theodoti laudavi p. 403. neque id temere factum esse etiam alio argumento, si id ageretur, probare possem.

Scribebam Berolini Calendis Decembr. a. MDCCCXLII.

CONSPECTUS.

EUPHORIO CHALCIDENSIS.



I.

DE EUPHORIONIS CHALCIDENSIS VITA ET SCRIPTIS.

De Euphorione Chalcidensi quamquam multi passim vel scripsere vel scribere se velle professi sunt, nemo tamen inventus est qui collectis undique veterum scriptorum de eo testimoniis et ingenii monumentorum, quae satis multa condidit, reliquiis in unum corpus coniunctis, iustam, quoad quidem hodie fieri potest, poetae imaginem adumbraret. Neque profecto indignus videri debet Euphorio, cuius memoria paullo diligentius recolatur et a diuturna hominum oblivione vindicetur: nam si poeticam viri facultatem intuearis, non immunem eam quidem servavit a saeculi sui ad deteriora vergentis labe et contagio: at idem tanta excelluit ingenii ubertate tantaque industria in plurimarum diversissimarumque rerum investigatione versatus est, ut doctissimis Alexandrini aevi sive poetis sive grammaticis accensendus sit. Fragmenta autem si spectes, sunt ea numero quidem perpauca nec nisi fractae quaedam tabulae ex ingenti naufragio servatae: eadem tamen tantam rerum scitu dignissimarum copiam complectuntur, ut vel inprimis, quae diligenti opera colligantur, digna censeri debeant. Itaque non ingratum fore arbitratus sum harum literarum cultori-

bus, si quae ipse passim inter legendos veteres scriptores de Euphorione adnotassem et ad privatos usus literis mandassem, in publicam lucem prodire iuberem: non quod ita me susceptam provinciam administrasse existimarem, ut nihil aliis sive addendum sive rectius constituendum reliquissem, sed quod de nonnullis certe rebus ad Chalcidensem poetam pertinentibus aliquanto rectius, quam vulgo fieri solet, iudicare posse mihi videbar.

Patriam igitur Euphorio habuit Chalcidem, Euboeae urbem celeberrimam, eandemque bonarum literarum laude florentissimam. Qua in re tantus est veterum qui de Euphorione memoriae prodidere scriptorum consensus, ut nihil tribuendum videatur glossatori anonymo apud Meursium ad Helladii Chrestom. p. 967, qui Servii annotationem ad Virgilii Aen. III, 17: ***Aenus oppidum Thraciae: Euphorio et Callimachus etiam hoc dicunt***, ita interpolavit, ut post Euphorionis nomen haec verba, ***qui illuc natus dicitur***, inferserit. Attica civitate Euphorionem donatum fuisse diserte testatur Helladius apud Photium Biblioth. p. 532, 18 *παρὰ Εὐφορίωνι τῷ φύσει μὲν Χαλκιδεῖ, θέσει δὲ Ἀθηναίῳ.* Hanc enim esse potestatem vocabuli *θέσις*, intelligitur ex Meleagri epigrammate Anth. Pal. VII, 418, ubi poeta Gadarenus semet ipsum *θετὸν Κῴων ἀστὸν* vocat. Prorsus ut Helladius de Euphorione, ita Suidas de Aristarcho, *Ἀλεξανδρεὺς θέσει, τῇ δὲ φύσει Σαμόθραξ* vol. I p. 321 [1]). Patrem

1) Paullo alio sensu Tzetzes ad Lycophr. 580 *Ἄνιόν φησιν υἱὸν Ζάρηκος οὐ φύσει ἀλλὰ θέσει*, i. e. *adoptione*. Cfr. Diog. Laert. IX, 25 de Zenone Eleate *φύσει μὲν Τελευταγόρου, θέσει δὲ Παρμενίδου.*

Euphorionis unus omnium commemoravit Suidas: *Εὐφορίων Πολυμνήτου*, prout ex cod. A. edidit Kusterus. Vulgo *Πολυμνήστου*, quae inusitata huius nominis forma est. Aetatem viri certissimis tenemus indiciis, si quidem Suidas eum natum dicit *ἐν τῇ ρκστ´ ὀλυμπιάδι, ὅτε καὶ Πύῤῥος ἡττήθη ὑπὸ Ῥωμαίων.* Ita enim recte Suidas Kusteri, consentientibus libris manu scriptis praeter cod. A. qui cum vulgatis habet *ἐν τῇ ρκ´ ὀλυμπιάδι*, quod manifesto repugnat iis quae deinceps addit lexicographus: *ὅτε καὶ Πύῤῥος ἡττήθη ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων.* Quamquam ne sic quidem calculi accuratissime subducti sunt. Victus enim est Pyrrhus capitali proelio a Romanorum Consule M' Curio Dentato a. Chr. 276 h. e. Olymp. CXXV anno primo. In eam autem quam Suidas posuit Olympiadem, et quidem in primum eius annum, obitus Pyrrhi incidit.

In philosophiae studio, Suida testante, duces habuit Lacyden et Prytanidem, in poesi Archebulum: *Μαθητὴς ἐν τοῖς φιλοσόφοις Λακύδου καὶ Πρυτάνιδος, ἐν δὲ τοῖς ποιητικοῖς Ἀρχεβούλου τοῦ Θηραίου.* Lacydes Cyrenaeus, Acusilai in Academia successor et novae Academiae princeps, notus est e Diogene Laert. IV, 61. Cicerone Acad. II, 6. Clemente Alex. Strom. II pag. 213, 6. Sylb. Suida s. v. *Λακύδης* vol. II p. 411 et s. v. *Πλάτων* vol. III p. 124. Obiit Olymp. CXXXIV, 4 immodicae potationi deditus, teste Diogene, quod confirmat etiam Athenaei X p. 438 *a.* narratio, ubi cum Timone coniungitur, quem esse Timonem Phliasium, Sillorum auctorem nobilissimum, vix dubitari poterit, praesertim si compares Diog. Laert. IX, 110. At vero alium praeterea Lacyden, Peripateticum, commemorat Aelianus Hist. Anim. VII, 41. Sed is

quidem error est ipsius, ut equidem opinor, Aeliani. Certe eadem, quae de Peripatetico memoriae prodit Aelianus, simpliciter de Lacyde philosopho refert Athenaeus XIII p. 610 *c.* quem de Academico loqui veri est simillimum. Itaque magnopere vereor ne immerito Fabricius Bibl. Gr. Vol. III p. 497 duos Lacydas distinxerit. Aliquanto obscurior Prytanidis est memoria. Non diversus tamen esse videtur ab eo, quem commemorat Anonymus de vita Aristotelis apud Fabr. B. G. III p. 503, ubi inter Peripateticos numeratur, Hieronymi successor. Ipsi rursus successere Phormio et Critolaus. Nec obstant, ut vides, temporum rationes. Celeberrimis Peripateticis accensetur a Polybio Lib. V, 98, ex quo discimus etiam eum Olymp. CXL, 3 Antigono iubente civilium legum tabulas condidisse Megalopolitanis, id quod Plato superiore aetate gravissimas ob caussas facere recusaverat[1]). Inter Symposiacorum auctores idem memoratur a Plutarcho Quaest. Sympos. I p. 612 *d.* Qui praeterea viri mentionem iniecerit scio neminem nisi Athenaeum XI p. 447 *e.* ubi tamen Schweighaeuserus improspero conatu nomen eius obliterare instituit. *Ἡγήσανδρος*, inquit, *Εὐφορίωνά φησι τὸν ποιητὴν παρὰ πρυτάνιδι δειπνοῦντα, καὶ ἐπιδεικνυμένου τοῦ πρυτάνιδος κιβώριά τινα δοκοῦντα πεποιῆσθαι πολυτελῶς, τοῦ δὲ κώθωνος εὖ μάλα προβεβηκότος, λαβὼν ἓν τῶν κιβωρίων ὡς ἐξοινῶν καὶ μεθύων ἐνεούρησεν.* Quo loco neminem adeo grammaticae rationis imperitum esse arbitror, quin utrobique *Πρυτάνιδι* et *Πρυτάνιδος* scribendum esse intel-

1) V. Plutarchum adv. Colot. p. 1126 *c.* et Diog. Laert. III, 23.

ligat, ut recte habent editiones superiores. Schweighaeuserus autem se Rhodi rem actam esse suspicari dicit, cuius urbis „prytanis“ abacum habuerit Aegyptiis vasis instructum [1]). Archebulum denique, quo in arte poetica doctore usus est Euphorio, eundem esse suspicor a quo metrum Archebuleum dicitur, de quo vide Diomedem pag. 513, Diogen. Laert. IV, 8 aliosque apud Gaisfordum ad Hephaest. p. 275. De patria viri non satis constat. Thebanum vocat Hephaestio VIII p. 49 et qui Hephaestionem exscripsit Tricha p. 25, Theraeum Suidas. Veri tamen simillimum est etiam Hephaestionem scripsisse *Θηραῖον*, non *Θηβαῖον*. Quod addit Suidas, *οὗ καὶ ἐρώμενος λέγεται γενέσθαι*, non mirum videri potest in homine Chalcidensi, *ἐπεὶ ἐπλεόναζον παρ' αὐτοῖς οἱ παιδικοὶ ἔρωτες*, ut ait Hesychius vol. II p. 1538. Hinc *χαλκιδίζειν*, eodem Hesychio teste, idem quod *παιδεραστεῖν*. Sed haec uberius explicavit iam Athenaeus XIII p. 601 *e*. Eodem spectat Ganymedis raptus, quem vindicasse sibi Chalcidenses docuit Hemsterhusius ad Lucian. vol. I p. 210. Chalcidensium cantilenam *ἐρωτικὴν* servavit Plutarchus Amat. p. 761: *Ὦ παῖδες, οἳ χαρίτων τε καὶ πατέρων λάχετ' ἐσθλῶν, | μὴ φθονεῖθ' ὥρας ἀγαθοῖσιν ὁμιλίαν· | σὺν γὰρ ἀνδρείᾳ καὶ ὁ λυσιμελὴς Ἔρως | ἐπὶ Χαλκιδέων θάλλει πόλεσιν.* Sed hic honestior fuerit amor, non cadens ille fortasse in Euphorionem, cuius turpes et spurcos amores acerbo sale perfricuit Crates grammaticus in Anthol. Pal. XI, 218.

Χοιρίλος Ἀντιμάχου πολὺ λείπεται· ἀλλ' ἐπὶ πᾶσιν
Χοιρίλον Εὐφορίων εἶχε διὰ στόματος.

1) *Πρυτάνιδι* et *Πρυτάνιδος* revocavit nunc Dindorfius

καὶ κατάγλωσσ' ἐπόει τὰ ποιήματα, καὶ τὰ φίλητρα
ἀτρεκέως ᾔδει· καὶ γὰρ Ὁμηρικὸς ἦν.

Sensum obsceni lusus cum alii apernere a Jacobsio laudati tum nuper attigit doctissimus Nackius de Choerilis XII p. 97, qui egregie disputat de verbis *τὰ φίλητρα* [1]). Postrema, *καὶ γὰρ Ὁμηρικὸς ἦν*, explicaturus Toupius Emend. in Suid. II p. 606 Oxon. non uti debebat Antiphanis loco apud Athen. XV p. 681 c. cuius emendatio petenda est ex iis, quae refert Aeschines c. Ctesiph. p. 524 [2]). Rectius usus esset copiis Menagii ad Diogen. Laert. VII, 172, quibus adde quae collegit Jacobsius ad Anthol. Gr. Vol. VIII p. 7. Similiter in Merionis lusit nomine omnis nequitiae interpres disertissimus Strato in Anthol. Palat. XII, 247.

καὶ σὺ τὰ μὲν βιότοιο πανήμερος ἔργα τέλει μοι·
νῦν δ' ἄγε πεινῶμεν καὶ διὰ Μηριόνην,

sive potius, ut Hermannum aliquando coniicere memini, *νῦν δ' ἄγ' ἐπείγωμεν* h. e. *ἐπειγώμεθα*. Amores Euphorionis, quamquam honestiores illos quam quos Crates tecto lusu significavit, certe non pathicos, tangit etiam Theodoridas in Anthol. Pal. VII, 406 in epigrammate postea apponendo. Nec omittendus Suidas, apud quem proxime sequuntur haec: *ἐγένετο τὴν ἰδέαν μελίχρους, πολύσαρκος, κακοσκελής. τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλεύσαντος Εὐβοίας, υἱοῦ δὲ Κρατέρου γυναικὸς Νικίας* [3]) *στερξάσης αὐτόν, εὔπορος σφόδρα γεγονὼς ἦλθε πρὸς Ἀντίοχον.* In his qui memoratur

1) Haec olim scripsi: nunc haud scio an verum viderit Dobraeus τὰ Φιλητᾶ corrigens.

2) V. Comic. graec. III p. 64.

3) I. e. *Νικαίας*. V. Wesseling ad Itin. Anton. Aug. p. 141.

Craterus Alexandri, Euboeae regis, pater, Craterum esse minorem, historici operis, quo Atheniensium psephismata diligentissime collegerat, auctorem celeberrimum, docuit Niebuhrius Opusc. hist. et philol. I p. 225. Huius igitur filius fuit Alexander, qui postea Euboeae imperio exutus Corinthum se contulit, eamque urbem moriens (post Olymp. CXXXII, 1) Nicaeae uxori tutandam reliquit. Nicaea ingravescente vi Macedonum in arcem urbis compulsa est, usque dum Antigonus, Nicaea dolo et fraudibus circumventa, Acrocorintho potiretur. V. Plutarchus v. Arat. 17 et Polyaenus Strat. IV, 6 in. quibus ex locis Nicaeam illo tempore grandiorem aetate fuisse intelligitur. Postea Nicaea sive Chalcidem sive Athenas videtur concessisse, ubi Euphorionis amoribus indulsit, eumque opibus, quibus multis usa est, ditavit. Plutarchus de tranquill. anim. p. 472 d: *τούτου δὲ οὐδὲν βελτίων ὁ βουλόμενος ἅμα μὲν Ἐμπεδοκλῆς ἢ Πλάτων ἢ Δημόκριτος εἶναι περὶ κόσμου γράφων καὶ τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας, ἅμα δὲ πλουσίᾳ γραῒ συγκαθεύδειν, ὡς Εὐφορίων.*

Auctus igitur opibus Euphorio ad Antiochum Magnum, Syriae regem, se contulit, *καὶ προέστη ὑπ' αὐτοῦ τῆς ἐκεῖσε δημοσίας βιβλιοθήκης.* Sunt Suidae verba. Quo aetatis anno Antiochiae domicilium vitae posuerit, non addidit Suidas; quum autem Antiochus demum Olymp. CXXXIX anno primo (a. Chr. 224) Syriae imperium susceperit, conficitur Euphorionem minimum quinquagesimum aetatis annum egisse, quum ad Antiochi aulam sese conferret. Erat autem Antiochia cum aliarum rerum copia florentissima, tum artium literarumque studio fervebat ita, uni prope ut cederet Alexandriae. Quem bonarum literarum amo-

rem primus in ea urbe excitasse videtur Antiochus Soter, qui cum alios viros ingenio et doctrina insignes ad se invitaverat, tum etiam Lyconem philosophum et Aratum poetam celeberrimum. De Lycone testis est Diogenes Laert. Lib. V, 67 [1]), de Arato Anonymus de Vita Arati apud Petavium Uranol. p. 269 et grammaticus Matrit. apud Ernestum ad Callim. p. 591 [2]). Nec minus artium literarumque studia fovit Antiochus Magnus, qui praeter Euphorionem multos alios ingenio praestantes viros ad se arcessiverat, ex quibus nominasse sufficiat Simonidem Magnesium, poetam epicum, Mnesiptolemum et Hegesianactem, historicos. Praefuit igitur Euphorio bibliothecae Seleucidarum liberalitate conditae: quod tamen repugnat quodammodo verbis Eudociae Viol. p. 61, ex quibus facile quis poetam nostrum non Antiochenae, sed Alexandrinae bibliothecae praefuisse coniiciat. Sic enim illa: *Ἀπολλώνιος, μαθητὴς Καλλιμάχου, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου, διάδοχος Ἐρατοσθένους, καὶ Εὐφορίωνος, καὶ Τιμάρχου.* Si vero Suidam comparaveris vol. I p. 283, Eudociae locum ita fere sanandum esse intelliges: *διάδοχος Ἐρατοσθένους, καὶ σύγ-*

1) De quo loco fallitur Luzacius Lectt. Att. p. 204 in Antiochi locum Antigoni Gonatae nomen audacter sufficiens, quem non sequi debebat Hübnerus.

2) Matritensis grammatici verba haec sunt: *Δωσίθεος δὲ ὁ πολιτικὸς ἐλθεῖν φησιν αὐτὸν καὶ πρὸς Ἀντίοχον τὸν Σελεύκου κ. τ. λ.* ubi legendum suspicabar *Σωσίβιος δὲ ὁ Ἐπιλυτικός* sive *ὁ Λυτικός*, quem historiam et chronologiam ornasse constat ex iis, quae monuerunt Scaliger Thes Temp. p. 370 et Vossius de Hist. Gr. I p. 100. De Lyticis nota est Lehrsii disputatio in Aristarcho.

χρονος Εὐφορίωνος καὶ Τιμάρχου [1]). In Syria eum obiisse Suidae testimonio scimus: τελευτήσας ἐκεῖ τέθαπται ἐν Ἀπαμείᾳ, ὡς δέ τινες, ἐν Ἀντιοχίᾳ. Quae postrema magnopere repugnant epigrammati Theodoridae Anth. Pal. VII, 496.

Εὐφορίων ὁ περισσὸν ἐπιστάμενός τι ποιῆσαι
Πειραϊκοῖς κεῖται τοῖςδε παρὰ σκέλεσιν.
ἀλλὰ σὺ τῷ μύστῃ ῥοιὴν ἢ μῆλον ἄπαρξαι
ἢ μύρτον· καὶ γὰρ ζωὸς ἐὼν ἐφίλει.

Ubi Euphorionem ad Piraeei brachia sepultum videmus. Quam controversiam Jacobsius et Schneiderus Anal. crit. p. 8 verissime ita composuerunt, ut poetae nostro cenotaphium in Piraeeo exstructum fuisse dicerent.

Praeter haec nihil a quoquam scriptore commemoratum memini, ex quo aliquid lucis Euphorionis vitae rebusque affundi queat. Itaque his absolutis ad alteram dissertationis partem accedamus, in qua ingenii quae condidit monumenta quorumque notitia ad memoriam nostram pervenit, enumerabo singula. Ac quoniam ille epicis potissimum carminibus famam suam fundavit, rationi consentaneum est, ut primum de his, tum de caeteris viri scriptis exponamus. Utar autem tanquam fundamento, cui tota haec quaestio superstruatur, Suidae loco notissimo eodemque multis dif-

1) Timarchus ille a Suida et Eudocia commemoratus non dubito quin idem fuerit, quem docto et operoso commentario magnum Eratosthenis poema Ἑρμῆς inscriptum illustrasse perhibet Athen. XI p. 501 *e*. Nam falli puto Ruhnkenium Praef. Hesych. p. VIII duos Timarchos ideo comminiscentem, quod non credibile sit, grammaticum aequalis poetae opus commentariis illustrasse. Cuius argumenti levitatem, ne longe abeam, vel unum Lyncei Samii exemplum refutat, quem Menandri, cuius aequalis extitit, comoedias illustrasse docent Suidas et Athenaeus.

ficultatibus obscurato. *Βιβλία*, inquit, *αὐτοῦ* [*ἐπικὰ ταῦτα*]· *Ἡσίοδος· Μοψοπία ἢ Ἄτακτα· ἔχει* [*γὰρ*] *συμμιγεῖς ἱστορίας· Μοψοπία δέ, ὅτι ἡ Ἀττικὴ τὸ πρὶν Μοψοπία ἐκαλεῖτο ἀπὸ τῆς Ὠκεανοῦ θυγατρὸς Μοψοπίας, καὶ ὁ λόγος τοῦ ποιήματος ἀποτείνεται εἰς τὴν Ἀττικὴν χιλιάδα. ἔχει δὲ ὑπόθεσιν εἰς τοὺς ἀποστερήσαντας αὐτὸν χρήματα, ἃ παρέθετο* [*ὡς δίκην δοῖεν κἂν εἰς μακράν*]· *εἶτα συνάγει διὰ χιλίων ἐτῶν χρησμοὺς ἀποτελεσθέντας. εἰσὶ δὲ βιβλία ε΄. ἐπιγράφεται δὲ ἡ πέμπτη χιλιὰς* [*περὶ χρησμῶν, ὡς χιλίων ἐτῶν ἀποτελοῦνται*]. Verba uncis inclusa desunt in cod. Leidensi. Suidae locum ita in brevius contraxit Eudocia Viol. p. 167: *φέρεται αὐτοῦ συγγράμματα ἐπικά· Ἡσίοδος, Μοψοπία, Ἀττικὴ χιλιάς, πέμπτη χιλιάς.* In his quod primo loco commemoratur carmen *ἩΣΙΟΔΟΣ* inscriptum quale argumentum tractaverit, cum nemo veterum excepto Suida mentionem eius iniiciat, ne divinando quidem assequi licet. Virorum doctorum hariolationes si quis cognoscere cupiat, eum ad Heynii disputationem remittimus Excurs. ad Virgil. Bucol. III p. 199. *ΜΟΨΟΠΙΑ Η ΑΤΑΚΤΑ* varias continebant historias ex Atticarum fabularum cyclo petitas. *Ἀτάκτων* titulo nihil apud illius temporis scriptores frequentius, ut docuere Menagius ad Diogen. Laert. vol. II p. 196 Valesius ad Harpocr. p. 60 et Wowerius Polymath. XIII p. 110. Mopsopia antiquum Atticae nomen non ab Oceani filia, ut Suidas, sed a Mopsopo deducit Strabo Lib. IX p. 397 et ubi de Mopsio Thessaliae oppido agit p. 443. *Μόψιον*, inquit, *ὠνόμασται οὐκ ἀπὸ Μόψου τοῦ Μαντοῦς τῆς Τειρεσίου ἀλλ' ἀπὸ τοῦ Λαπίθου. — ἄλλος δ' ἐστὶ Μόψοπος ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία.* Ubi

revoca librorum lectionem ἀπὸ Μόψου τοῦ μάντεως τοῦ Τειρεσίου, quam in suo Strabonis exemplari reperit etiam Eustath. ad Dionys. Perieg. 423. Cfr. Meursius Reg. Att. p. 73 et Naekius Dissert. de Hecale Cap. VI p. 87. Fragmenta huius carminis praeter Choeroboscum et scholiasten Dionysii nuperrime demum a Bekkero et Bernhardio in lucem prolatos nemo servavit. Itaque mirari licet Marxium saepenumero versus ex Atactis a grammaticis excitari scribentem ad Ephorum p. 6. Verba εἰς τὴν Ἀττικὴν Ruhnkenius apud Wyttenbachium ad Plutarch. S. N. V. p. 67 mutabat in εἰς τὸν Ἀντίοχον, qui quam huius carminis formam ac speciem animo conceperit non explicuit. Quod autem supra significavi, miscellaneas illas historias ex Atticarum fabularum orbe petitas fuisse, feci Toupii auctoritatem sequutus Emend. in Suid. vol. II p. 602 Ox. recte post Ἀττικὴν maiori signo incidentis, et sequens χιλιάδα mutantis in *ΧΙΛΙΑΔΕΣ* [1]), quod opus, si Suidae fides habenda, in eo versabatur argumento, ut qui Euphorionem deposito defraudassent, iis ignominiae nota inureretur. Quintam autem Chiliada (nam quinque libris constitisse opus diserte testatur Suidas) περὶ χρησμῶν inscripserat; qua in re magnam difficultatem obiiciunt verba διὰ χιλίων ἐτῶν ἀποτελεσθέντας, *oracula annorum mille eventu comprobata*, ut interpretatus est Vossius de Hist. Graec. I p. 86 et Toupius l. l. p. 602. Eiusmodi autem oraculorum magna esse debuit paucitas; neque intelligitur, si ultimo carminis libro oracula mille annorum eventu probata collegerat, qua ratione haec res etiam

1) Id nunc ex tribus codd. edidit Bernhardius.

reliquis libris millenarii numeri inscriptionem impertire potuerit. Itaque Heynius Exc. ad Virgil. Buc. III p. 199 in eam concedit sententiam, ut deleta, quam in *χιλιάδες* mutavit Toupius, voce *χιλιάδα*, omnia ad Mopsopiam sive Atacta referenda censeat, quorum quintus liber Chiliadis nomen in fronte scriptum habuerit, a millenario versuum numero ductum; *ἐτῶν* enim mutandum esse in *ἐπῶν*, postrema autem verba, deletis illis *ὡς χιλίων ἐτῶν ἀποτελοῦνται*, ita esse constituenda ut scribatur: *ἐπιγράφεται δὲ ἡ πέμπτη χιλιὰς ἢ περὶ χρησμῶν*. Haec fere Heynius, cuius disputatio, si summam rei spectes, multis magnisque laborat incommodis. Ac primum quidem illud adverti velim, nusquam huius carminis titulum singulari numero vocari *χιλιάς*, sed quotiescunque eius mentio iniicitur, sine ulla librorum varietate plurali numero dici *χιλιάδες*, ut mirum profecto videri deberet, si ter quaterve librarii tanquam ex composito eadem ratione eodem in verbo peccassent. Tum vero quod Mopsopiam sive Atacta et Chiliada illam suam unum idemque opus fuisse suspicatur Heynius, id eiusmodi est, ut si vera sunt quae Suidas de argumento carminis tradit, non intelligas profecto, quo consilio poeta Mopsopiae titulum adsciverit. Denique, ut mittam non perspici ex Heynii ratione posse, unde illud *χιλιάδα* in Suidae verba irrepserit, quis credat Suidam, si postremum Mopsopiae librum ***Chilias*** inscriptum fuisse docere voluisset, tam ambigue locuturum fuisse *ἐπιγράφεται δὲ ἡ πέμπτη χιλιάς*, pro quo haud dubie *τὸ πέμπτον* scripsisset, praesertim quum proxime antecedant verba *εἰσὶ δὲ βιβλία έ*. Illud vero rectissime ab Heynio factum iudico, quod postremis verbis *ὡς χιλίων ἐτῶν*

ἀποτελοῦνται, quae desunt etiam cod. Leidensi, litura sanatis, *ἐτῶν* mutavit in *ἐπῶν*. Itaque, ut nunc res est, non video quid relinquatur nisi ut Chiliades, quinque librorum opus, a millenario versuum numero, quo singuli libri absoluti fuerunt, nomen traxisse dicamus, Suidam autem, quum non nisi quintum operis librum mille versibus constitisse innuit (neque enim diserte affirmat), minus accurate loquutum esse statuamus. Argumentum autem, ut iam supra vidimus, poeta ab eorum duxerat perfidia, quibus opes suas custodiendas tradiderat. Qua tamen in re versatus esse videtur liberius atque ita, ut ad alias sive historias sive fabulas exspatiaretur latissime. Denique oraculum quoddam commemorasse videtur, quo impostores aliquando perfidiae poenas daturos esse doceret. Hinc quinto libro, ut oraculo illi fidem conciliaret, ea deorum responsa, quae eventum habuissent, collegerat.

Sed age reliqua Euphorionis carmina recenseamus a Suida, quod mirere, silentio praetermissa [1]): in quo quum literarum ordinem sequi placeat, primo loco commemorandus est *ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ*, cuius scripti quamquam ne unus quidem versus ad nostram memoriam transmissus sit, neminem tamen, si reliquorum carminum titulos consideraverit, dubitaturum confido, quin epicis poetae nostri carminibus accenseri debeat. De argumento scripti nihil compertum habeo, quum ne hoc quidem constet, quem fuisse dicamus Alexandrum illum, cuius nomine carmen suum insignivit poeta. Alexandrum Macedonem quo minus poematis argumen-

1) Probabile est nonnulla eorum Euphorionis carminum, quae Suidas commemorare neglexit, partes fuisse Mopsopiae vel Chiliadum.

tum fuisse existimem, plura sunt quae impediunt. Rectius carminis inscriptionem ab amico aliquo vel familiari Euphorionis, cui Alexandro nomen inditum fuerit, ductam putabimus. Ex eodem genere fuerunt opinor Apollodorus, Artemidorus, Demosthenes, fortasse etiam Polychares, de quibus suo loco dicetur. Ita Parthenius scripserat Crinagoram, ut constat ex Etym. M. p. 148. 33, cuius tituli rationem non expedire potuit Jacobsius ad Anthol. Gr. III, 3 p. 878. Mihi dubitari non posse videtur, quin intelligi debeat idem ille, quem omnes novimus, poeta Crinagoras Mytilenaeus, cui carmen aliquod suum dedicaverit Parthenius. Neque ex alio genere fuisse suspicor Antipatrum Antigoni apud Athenaeum III p. 82 *b.*, Hermeam Philetae apud Strabon. III p. 255 Alm., ubi male legitur *Φιλητᾶς ἐν Ἑρμηνείᾳ*, et alia aliorum. Alexandrum autem intelligo Aetolum, cui si Euphorionem carminum suorum aliquod inscripsisse statuas, nihil certe feceris, quod temporum rationi repugnet [1]). Sequitur *ΑΝΙΟΣ*, cuius poematis argumentum ex interiore graecanicarum fabularum orbe petitum fuit. De Anio, Delii Apollinis filio et sacerdote, vaticinandi artis peritissimo, Clemens Alex. Strom. I p. 144. Sylb. et Servius ad Virgil. Aen. III, 82, post mortem divinis honoribus culto, Clemens Alex. Protr. p. 12, 16 [2]) mul-

1) Male olim Alexandrum intellexi Cotyaensem. Quem errorem ut aliquo modo compensem, moneo apud Etymol. M. p. 276, 26: *Ἀλέξανδρος δὲ ὅτι Ἀσκληπιάδης ἐν τῷ ί τῶν παντοδαπῶν παρὰ τὸ κόρος ὃ σημαίνει τὸν κλάδον*, scribendum esse *Ἀλέξανδρος δὲ ὁ τοῦ Ἀσκληπιάδου*, i. e. Asclepiadis discipulum, cll. Stephano Byz. v. *Κοτυάειον* p. 473: *Ἀλέξανδρος ὁ Ἀσκληπιάδου . . . ὃς περὶ παντοδαπῆς ὕλης τεσσαράκοντα δύο ἔγραψε λόγους.*

2) Ubi quod vulgo legitur *παρὰ δ' Ἠλείοις Ἄνιον*, correxit iam Sylburgius. Praeterea *Ἄνιον* scribendum, de quo disertim

multa et varia apud Graecos ferebantur, quae largam docto et recondita captanti poetae materiam praebere potuerunt. Quibus, ut natales eius ab aliis aliter narratos omittam, adnumero fabulas de uxore eius Dorippe, Etym. M. p. 293, 36 et Eudoc. Viol. p. 127 [1]), de filiabus Oenotropis, Oenone Spermone Elaide, in columbas mutatis, Simonides ἐν ταῖς κατευχαῖς apud Schol. min. ad Odyss. ζ, 164 Tzetzes ad Lycophr. 570, 583 Ovidius Metam. XIII, 640 sqq., de Graecorum hospitio, Photius Lex. p. 571, 9 et Heynius Exc. ad Virg. Aen. III p. 470, denique de Thaso, Agenoris filio, a canibus laniato, schol. ad Ovidii Ibin vs. 480 [2]). Haec igitur et alia fortasse plura hoc carmine persequutus esse videtur Euphorio, qui ut in aliis Cypriorum auctorem (Tzetzes l. l.) et Simonidem sequutus fuerit, ita in aliis fingendis suo ipsius ingenio obtemperasse censendus est.

---

admonent veteres magistri. V. Etymol. M. p. 521, 10. 780, 52. Schol. Ven. ad Il. ε, 39. Eustathius ad Iliad. p. 75, 13 aliisque locis.

1) Eudociae verba haec sunt: *Δωρίππη ἡ μήτηρ τῶν Οἰνοτρόπων καὶ Οἰνείου γυνή. ὠνόμασται δέ* etc. Legendum *Ἀνίου γυνή*. Idem nomen corruptum legitur apud Steph. Byz. s. v. *Μύκονος. ἀπὸ Μυκόνου τοῦ Αἰνέου, τοῦ Καρυστοῦ καὶ Ῥυοῦς τῆς Ζάρηκος*. Lege *Ἀνίου* et *Ῥοιοῦς*, de qua vide Diod. Sic. V, 62 Tzetzen ad Lycophr. 570 et Apulei. de Orthogr. p. 4, qui quem reliqui omnes dixere Anium, a Zenone aliisque Ananium dictum esse nugatur.

2) *Sacerdos Apollinis Delii Anius fuit, ad quem quum venisset per noctem Thasus, a canibus laniatus est: unde nullus canis Delon accedit.* Ubi Thasum significari puto Agenoris filium missum a patre, qui Europam quaereret. V. Pausanias V, 25. Postrema scholii verba optime Strabo illustrat X, 5 *οὐκ ἔξεστι δὲ οὐδὲ κύνα ἐν Δήλῳ τρέφειν.*

Aliquanto maiores dubitationes obiiciunt *ΑΝΤΙΓΡΑΦΑΙ ΠΡΟΣ ΘΕΩΡΙΔΑΝ* ab uno Clemente laudatae, de quibus nihil quod certum sit excogitare potui. Quamquam ex ipso scripti titulo intelligitur impugnasse poetam hoc carmine sententias quasdam a Theorida, quicunque is fuerit, in medium prolatas. Ita novimus Istri historici ἀντιγραφὰς πρὸς Τίμαιον apud Athen. VI p. 272 *b.* et Polemonis ἀντιγραφὰς πρὸς Νεάνθην ibid. XIII p. 602 *f.* cuius scripti quae ratio fuerit suspicari licet e Stephano Byz. p. 384 s. v. Κράστος. De Theorida autem, contra quem scripsit hoc carmen Euphorio, nihil compertum habeo; quamquam nomen ipsum a Graecorum usu non alienum fuisse e Plutarcho V. Cleom. 24 et Pausania perspicitur 10, 20 ubi Boeotarchum habes Θεαρίδαν, qui 7, 14 male vocatur Θερίδας. Cfr. Polybius 32, 17 et 38, 2. Antipater Sid. in Anal. Brunck. II p. 10. Θεωρὶς vocatur amica Sophoclis. V. Lobeck. Aglaoph. p. 666. Nihilominus verum vidisse puto Meursium ad Hellad. p. 697 et Schneiderum Anal. crit. p. 7 pro Theorida apud Clementem Theodoridae nomen reponentes. Fuit autem Theodoridas patria Syracusanus, idem procul dubio qui Euphorionem sepulcrali carmine ornavit, et cuius XVIII epigrammata leguntur in Anal. Brunck. II p. 41 sqq. De eo docte disseruit Jacobsius Anth. Gr. III, 3 p. 959, nisi quod Eustathium neglexit ad Odyss. p. 1476, 39 glossematicam vocem δάμνιον e Theodorida et Nicandro proferentem, et Stephanum Byz. p. 361 s. v. Κάρυστος. Proximo loco sequitur *ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ*, de quo scripto vix dici potest quam varias et ineptas viri docti sententias in medium attulerint. Barthius quidem ad

Statii Theb. I p. 28 eo usque *ἀκρισίας* processit, ut Euphorionem hoc libro Apollodori mythographi Bibliothecam, quam omnes hodie in manibus habemus, in compendium redegisse sibi persuaderet, in quo enormi errore refutando plus operae, quam necessarium erat, consumsit Reinesius Epist. ad Daum. LXXXV p. 215. Comoediam fuisse putabat Fabricius Bibl. Gr. Vol. II p. 304, cui affinis est Mülleri sententia ad schol. Lycophr. 513 Apollodorum dramatibus accensentis. A Barthii opinione non multum discrepant Harlesius ad Fabric. B. G. Vol. V p. 594 et Heynius ad Apollod. Tom. II p. 459, simile scriptum designari putantes, quale Apollodori Atheniensis fuerit super Epicharmo, et alia aliorum haud dissimilia. Quanto his rectius Galeus, qui Apollodorum partem *τῶν Ἀτάκτων* fuisse suspicatur ad Parthenii Erot. 28 p. 64. Quod quamquam probari nullo modo potest, ostendit tamen, eum naturam huius scripti melius quam ceteros omnes perspexisse. Fuit procul dubio Apollodorus epicum sive malis hexametricum carmen, Apollodoro cuidam dedicatum, cuius argumentum fuit haud dubie maximam partem fabulosum; certe Clitae et Cyzici fabulam in eo locum habuisse docent fragmenta. Similis, ut suspicari licet, *ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΥ* ratio fuit, ab uno Stephano Byzantio laudati. Fabricii coniectura pro *Ἀρτεμιδώρῳ* scriptum fuisse suspicantis *Ἀρτέμιδος ὕμνῳ* nihil habet quo commendetur. V. Bibl. Gr. IV p. 651 ed. pr. Minori periculo de argumento carminis *ΑΡΑΙ Η ΠΟΤΗΡΙΟΚΛΕΠΤΗΣ* inscripti pronunciare licet. Memoriam eius servavit Stephanus Byzantius et qui eundem versum ex eo protulit schol. Theocriti Id. II, 2, ubi vulgo legitur *Ποτηριογλύπτης*,

2 *

quod in causa fuit ut scriptoribus de arte statuaria adnumeraretur Euphorio a Iunio de Pict. vet. I, 3, quem sequutus est Fabricius Bibl. Gr. Vol. IV p. 249 ed. Harl. Atqui corrigendum est *Ποτηριοκλέπτῃ*, ut dudum monuit Meursius ad Hellad. Chrest. pag. 967. Errat qui utrumque recte habere credit Casaubonus Lectt. Theocr. III p. 245 ed. Commel. Ipse titulus carminis docere potuit, Euphorionem in illo carmine diris devovisse nescio quem, qui poculum ei surripuerat. Qua in re non dubito quin similem rationem inierit poeta, quam in Ibide sequutus est Callimachus. Utriusque fortasse vestigia presserunt Ovidius in Ibide, Cato atque Virgilius in Diris. Multo diversum argumentum in *Ἀραῖς* tractaverat Moero. Prorsus incerti haeremus de argumento carminis *ΓΕΡΑΝΟΣ* inscripti. Varios vocabuli *γέρανος* significatus exposuit Spohnius de extrema parte Odyss. p. 161, in quibus tamen nihil invenio, ex quo Euphorionei carminis inscriptio probabiliter explicari possit, nisi forte eam vocis vim huc trahendam existimes, qua *γέρανος* saltationis genus quoddam significat. V. intpp. Luciani de Saltat. Vol. II p. 288 et Merrikius ad Thryphiod. p. 316 Wern. Quamquam videndum est, ne magis poetae nostri ingenio consentaneum sit, si fabulam de Gerana, muliere apud Pygmaeos formosissima, sed propter morum insolentiam in gruem mutata, in illo carmine tractatam fuisse ponamus. V. Athen. IX p. 393 *e*. Ceterum minime silentio premendum, fuisse inter veteres qui de auctore Gerani dubitarent, aliis Archytae, aliis Euphorioni hoc carmen vindicantibus. Testis est Athenaeus III p. 82 *a*. ubi Schweighaeuserus recte Archytam intelligit Amphissensem, quem aequalem fuisse

Euphorionis ex hoc ipso coniicio, quod dubitavere veteres, utri eorum Geranus tribuendus esset, id quod in scriptoribus aetate diversis fieri non potuisset [1]). Sequitur *ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ*, cuius notitiam uni debemus Choerobosci loco, nuper demum Bekkeri opera in lucem prolato. Tituli rationem quo modo expediendam censeam, ex iis quae supra dixi satis intelligitur. Demosthenes, cuius nomini carmen illud inscripsit poeta, fortasse non diversus fuit a Demosthene Bithyno, quem Euphorionis fere aetate vixisse, plura sunt quae fidem faciant. Auctor fuit operosi carminis, quod in enarrandis Bithyniae rebus versabatur. Eius decimum librum ad partes vocat Stephanus Byz. s. v. *Μανσωλοί*: *οἱ Κᾶρες. Δημοσθένης δεκάτῳ Βιθυνιακῶν „Δαίδαλα Μανσωλῶν.“* Pluribus an libris constiterit incertum est, quandoquidem apud eundem Stephanum s. v. *Ἡραία*, ubi longior carminis locus servatus est, pro *ἐν τῷ ῑδ̄ βιβλίῳ* corrigendum est *ἐν τῷ δ̄ βιβλίῳ*. Etymol. M. enim p. 437 diserte citat *ἐν τῷ τετάρτῳ*. In *ΔΙΟΝΥΣΩΙ* videtur Euphorio universum Bacchicarum fabularum orbem complexus esse [2]), quo magis iactura, quam in eo fecimus, dolenda est. Nonnum permulta ex hoc fonte in vastum suum Dionysiacorum opus derivasse, haud temere opinor suspicari liceret, si vel maxime certissimis rei documentis careremus. *ΕΠΙΚΗΔΕΙΟΝ ΕΙΣ ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΝ* an epicis Euphorionis carminibus accenseam, auceps haerco, quum etiam ex elegiaco genere fuisse potuerit.

1) De Archyta plura dixi in Epimetris.

2) Dissentit Bernhardius ad Dionys. Perieg. p. 510 Euphorionem *Διονύσῳ* nil nisi commenta pervagatissima complexum esse contendens.

Unus eius notitiam, eamque tenuissimam, servavit Diogenes Laert. IX, 56, docens ille Protagoram, cuius memoriae hoc carmen consecraverat Euphorio, fuisse astrologum. In *ΘΡΑΙΚΙ* poetam inter alia de Amphiarao, de Harpalyce, de Apriate egisse ex fragmentis intelligitur; inscriptioni quid caussam dederit frustra indagare studui. Cogitabam aliquando de Dionysio, grammatico celeberrimo, cui incertum quam ob caussam Thracis nomen inditum fuit, quum ipse Alexandriae natus esset. *'Ατάκτων* partem fuisse temere suspicatur Galeus ad Parthen. p. 61.

Proximum locum *ΙΠΠΟΜΕΔΟΝΤΙ* tribuimus, quo nomine apud veteres complures ferebantur heroes, in quibus prae reliquis eminuit is qui in septem contra Thebas ducibus commemoratur, de quo exquisita quaedam notavit Valckenarius ad Euripidis Phoen. 425. Probabile est hunc ipsum Euphorioni carminis scribendi occasionem praebuisse: quamquam in tanto nostri poetae remotissima quaeque captandi studio nihil impedit, quo minus alium Hippomedonta illius carminis argumentum fuisse credamus, veluti Epidamnium illum, de quo vide quae narrat Ptolemaeus apud Photium Bibl. 191 p. 153, 30. *ΙΝΑΧΟΣ* et *'ΙΣΤΙΑ* memorantur a scholiasta Clementis Alexandrini recenti demum aetate edito. In utroque carmine (carmina enim quin fuerint non dubitari posse videtur) de Carano Argivo, qui primus Macedoniae regnum occupavisse ferebatur, poeta egerat. Hinc suspicari licet in Inacho antiquitates expositas fuisse Argolicas. Sed de *'Ιστίᾳ* quod statuam non habeo, nisi forte *'Ιστίαιαν* carminis titulum fuisse suspiceris. Histiaea sive Hestiaea (nam utroque modo scribitur) haud ignobilis

fuit grammatica Alexandrina quaestionibus de agro Troiana clara, cuius memoriam celebravit Strabo XIII p. 599 et hinc Eustathius p. 280, 20. Cfr. schol Il. γ', 64. Huic igitur Euphorio carmen aliquod suum inscribere potuit. Sed ipse quam anceps haec coniectura sit intelligo. Nec melius successit conatus in *ΞΕΝΙΟΥ* titulo expediendo, quamquam non male opinor poematium intelligas hospitalis munusculi loco amicorum alicui transmissum. Forsan tamen non *ΞΕΝΙΟΝ* scripti titulus fuit, sed *ΞΕΝΙΟΣ*, cuius hominis aliunde mihi non cogniti memoriam servavit Etymol. M. pag. 521, 10 *τὰ εἰς ος λήγοντα τριβράχεα ἐπὶ κυρίων παροξύνονται — ἀντιπίπτουσι δὲ κατὰ παράδοσιν τὸ Ἥλιος* [1]*, Ἄνιος, Ξένιος, Κρόνιος.* Quae eadem ferme leguntur apud scholiastam ad Hom. Il. β' 495. Rem conficere dicerem scholiastam Iliad. ἑ, 39: *ἔστι μέντοι γε διαπεφευγότα τινά, ὡς τὸ Ἄνιος καὶ Εὐφορίωνος Ξένιος, καὶ ἐν τῇ συνηθείᾳ τὸ Κρόνιος,* nisi is scripsisse videretur *ὡς τὸ Ἄνιος Εὐφορίωνος καὶ Ξένιος.* Epicis an elegiacis carminibus adnumerandum sit, quum ne unum quidem versum eius superstitem habeamus, ut incompertum in medio relinquam. Idem de eo carmine, quod *ΠΟΛΥΧΑΡΟΥΣ* nomine inscripsit, dictum velim. *ΥΑΚΙΝΘΟΝ*, cuius fabulam etiam Nicandrum et Bionem peculiari carmine exposuisse constat e Schol. ad Ther. 585 et Stobaeo Ecl. vol. I p. 170, verbo tetigisse sufficiat. Neque de *ΦΙΛΟΚΤΗΤΟΥ* argumento, universam, ut videtur, Poeantii herois fabulam complexo, ulla esse potest dubitatio.

Haec habui quae de iis Chalcidensis poetae car-

1) Scribendum *Ἄλιος* cll. Hom. Od. VIII, 370.

minibus, quae brevitatis caussa epica appellare placuit, in universum dicerem. Quibus an liber de re rustica, a Columella lib. I, 1 et Varrone lib. I, 1 laudatus, accensendus sit, quum ne unum quidem fragmentum eius ad nostram memoriam pervenerit, diiudicari hodie non potest. Nec de titulo libri constat. *ΓΕΩΡΓΙΚΑ* appellavit Meursius ad Hellad. p. 967. Fortasse recte. Ceterum Vossius de Hist. Graec. p. 170 huius scripti auctorem a Chalcidensi poeta diversum fuisse suspicatus est; quod quibus rationibus inductus statuerit non indicandum putavit. Argumentum certe ab illius aevi poetis non alienum fuisse docet Nicandri exemplum.

Susceptae materiae ordo ad elegiaca Euphorionis carmina me ducit. Heynium enim Exc. ad Virgilii Bucol. p. 201 quid moverit, ut poetam nostrum in amatorio poesis genere elaborasse negaret, non perspicio. Diomedes certe lib. III p. 482, 3 inter eos elegorum scriptores, quos Propertius Tibullus et Gallus imitati sint, Euphorionem commemorare non dubitavit. Nec minus diserte Donatus V. Virgil. X p. 332: ***is*** (Corn. Gallus) ***transtulit Euphorionem in latinum et libris quatuor amores suos de Cytheride scripsit***, et Probus ad Virg. Ecl. X, 50: ***Euphorion***, inquit, ***elegiarum scriptor Chalcidensis fuit, cuius in scribendo colorem sequutus videtur Cornelius Gallus.*** Elegos Euphorionis argumenti fuisse mollioris et ad effeminandos animos compositi, subindicat Ciceronis locus Tuscul. III, 19, ubi postquam Ennii versus, plenos illos magnificentiae et gravitate insignes, apposuit, ***O poetam egregium***, inquit, ***quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur.*** Scilicet iam tum gliscebat apud Romanos, quae postea latius serpebat, in-

vidia, qua antiquos poetas, Ennium Pacuvium alios, inique deprimebant et prae novitiis poetillis molli tersoque sermone laudem quaerentibus aspernabantur. Cantores autem Euphorionis non eos dici a Cicerone crediderim, qui graeca eius carmina cantarent, quae Salmasii ad Solin. p. 601 et Casauboni ad Sueton. Tiber. cap. 70 sententia fuit, sed qui Euphorionis elegos (de his enim intelligenda esse Ciceronis verba apertum est) vel in latinum sermonem converterent vel imitatione exprimerent, id quod Gallum fecisse ex Diomede et Probo docuimus. Cfr. Rud. Merkel ad Ovidii Ibid. p. 345.

Epigrammatum quae scripserat Euphorio duo supersunt infra apponenda. Probabile est fuisse plura, argumenti procul dubio magna ex parte amatorii, ut ex Meleagro coniicias, qui quum Euphorionis *λυχνίδας* Coronae suae se intexuisse testatur Carm. I, 23, videndum est, ne consulto huic florum generi poetae nostri epigrammata comparaverit. Lychnidem enim in amatoriis floribus a veteribus habitam fuisse ex eo colligas, quod fuerunt qui eam ex aqua natam dicerent, qua Venus, postquam cum Vulcano concubuit, corpus lavaverat. Testis est Amerias apud Athen. XV p. 681 *f.* optimam lychnidem gigni dicens in Cypro Eryce Cytheris Lemno et Strongyle, locis, ut vides, Veneris atque Vulcani cultu nobilitatis. Conficit rem Nonni testimonium Dion. XXXII, 18 *λυχνίδας* Amoris *ὁμοστόλους* appellantis.

Vidimus poetam nostrum non epicae tantum poesis, verum etiam elegiaci et epigrammatici generis fuisse studiosissimum. Quaeritur an dramaticae quoque poesi operam navaverit. Navavit vero, si audias

Ernestum Clavi Cicer. s. v. ***Euphorio***, et Müllerum ad schol. Tzetzae p. 651, qui eum tragici poetae nomine condecorarunt. Quod quibus argumentis inducti fecerint quaerere non vacat, sed credo nullis. At comicis poetis annumeratur a Fabricio B. G. II p. 304, qui duas eum comoedias edidisse refert, *Ἀπολλοδώρου* alteram, alteram *Ἀποδιδούσης* nomine inscriptam. Atqui Apollodorum ex epico genere fuisse supra docuimus. Una igitur restat *Ἀποδιδοῦσα*, quam ad partes vocat Athenaeus lib. XI p. 503: *Ἡρακλέων φησί — τοὺς Ἀττικοὺς καὶ κωμῳδεῖν τὸν ψυγέα, ὡς ξενικὸν ὄνομα. Εὐφορίων ἐν Ἀποδιδούσῃ·*

Ἐπὰν δὲ καλέσῃ ψυγέα τὴν ψυκτηρίαν,
τὸ τευτλίον δὲ σεῦτλα, φακέαν τὴν φακῆν,
τί δεῖ ποιεῖν; σὺ γὰρ εἶπον. B. ὥςπερ χρυσίου
φωνῆς ἀπότισον, Πυργόθεμι, καταλλαγήν.

Verum hanc quoque comoediam Euphorioni eripiamus. ***Euphorioni*** enim ***Euphronis***, notissimi comici, nomen substituendum est: quamvis nihil mendi in Athenaei verbis suspicati sunt Meursius ad Hellad. p. 967 Piersonus ad Moer. p. 192 Porsonus ad Euripid. Hecub. 876 Buttmannus ad Platonis Menon. Exc. I p. 27. Euphronis et Euphorionis nomina permutantur etiam apud Proclum ad Hesiod. p. 6 Gaisf. quem vide. Aliam rationem a Vossio Hist. Graec. I p. 87 initam video, qui *Ἀποδιδοῦσαν* non Chalcidensi Euphorioni, sed Aeschyli filio tribuit. At is tragicus poeta fuit, non comicus.

Superest ut de historicis grammaticis aliisque poetae nostri operibus breviter exponamus. In his primum locum occupant *ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ ἹΣΤΟΡΙΚΑ*, quod opus miscellaneam doctrinam comple-

xum et prosa oratione conscriptum fuisse e fragmentis quae supersunt tam liquido perspicitur, ut Vossii opinionem Hist. Graec. I p. 87, qui hos commentarios ab Atactis non diversos fuisse statuit, verbo tetigisse sufficiat. In eodem opere Euphorionem de Albanis regibus exposuisse crederem, si verum esset quod ex Eusebio ad Olymp. VII narrat Wachsmuth in libro quem de antiquissima Romana historia scripsit p. 106: „Eusebius sagt: der Grammatiker Apollodorus und der Dichter Euphorion von Chalcis hätten viel Zeit darauf verwandt, die Regierungszeit der albanischen Könige zu bestimmen." Atqui apud Eusebium nihil horum omnium reperio. Itaque vereor ne vir cl. alio eiusdem scriptoris loco deceptus in errorem illum inciderit. Ad annum enim millesimum centesimum haec adscripta sunt: „Agrippa apud Latinos regnante, Homerus poeta in Graecia claruit, ut testatur Apollodorus Grammaticus et Euphorbius Historicus." Ita haec leguntur p. 106 apud Scaligerum, qui recte monet, pro Euphorbio Ephori nomen restituendum esse.

Historicis item operibus adnumero librum *ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΛΕΥΑΔΩΝ* a Clemente Alexandrino et scholiasta Theocriti laudatum, quorum verba in fragmentis apposui. Sed ecce Suidas eundem librum Ephoro iuniori tribuit, scriptori alias a nemine veterum commemorato, *Ἔφορος: ἱστορικός, ὁ νεώτερος. ἔγραψε δὲ τὰς Γαληνοῦ πράξεις ἐν βιβλίου κζ΄. Κορινθιακά. περὶ τῶν Ἀλευαδῶν.* ubi illud sane quam mirum videri debet, quod tertii vel quarti post Christum saeculi scriptor in tali argumento versatus esse dicitur, quod ab illius aetatis ingenio maxime alienum putandum est. Itaque in eam incidi suspicionem, ut Suidam,

aut suo ipsius aut aliorum errore deceptum, Ephoro tribuisse censerem, quae rectius Euphorioni tribuisset. Ephori nomen quum saepenumero in Euphorum depravatum sit, hoc ipsum rursus quam proclivi errore cum Euphorione permutari potuerit, in promptu est. Nec minorem dubitationem alterum opus Ephoro iuniori tributum *Κορινθιακά* iniicit, quod ipsum quoque si quis eodem argumento ductus Euphorioni vindicare voluerit, ego certe non repugnabo, nisi forte utriusque scripti celebrem illum, quem omnes novimus, Ephorum auctorem fuisse coniicias. Sed de hoc utcunque statuas, illud certum est, falli Schurzfleischium Notit. Bibl. Vinar. p. 211, qui Suidae loco commotus etiam apud Clementem Ephori nomen restitui voluit, cuius errorem notavit Marxius ad fragm. Ephori. p. 7. Sequitur opus *ΠΕΡΙ ΙΣΘΜΙΩΝ* epicis Euphorionis carminibus minus recte adnumeratum a Passovio Proleg. ad Musaeum pag. 58. De argumento libri non constat, probabile tamen est, egisse auctorem in eo de origine progressu et institutis ludorum Isthmicorum. In quibus quum etiam musica certamina committerentur, ipse materiae ordo auctorem ducere debebat eo, ut de variis instrumentorum musicorum generibus exponeret, quod in iis quae supersunt fragmentis factum videmus. Eiusdem tituli, fortasse etiam argumenti, librum scripsisse perhibetur aequalis Euphorionis poeta Musaeus Ephesius, de quo vide Passovium l. c. p. 37, 78, 91, quem tamen falli puto, quum in tali argumento Musaei librum versatum esse statuit, quod si tractasset Musaeus, non *περὶ Ἰσθμίων* librum suum inscripsisset, sed aut *Ἰσθμιακά* aut certe *περὶ Ἰσθμιακῶν*. Quaestionem de instrumentis

musicis etiam in alio opere tractavit Euphorio, quod *ΠΕΡΙ ΜΕΛΟΠΟΙΩΝ* inscripserat. Citat Athenaeus IV p. 184 *a.* ubi tamen Jonsius Script. Hist. Phil. II, 9 legit *περὶ μελοποιῶν*, *de poetis melicis*, quod sequutus est etiam Vossius de Hist. Graec. p. 86. Causam mutationis non video. Quid quod unicum quod superest fragmentum receptae lectioni patrocinatur? in quo fragmento quum de variis syringum et calamorum generibus agatur, quam aptum haec quaestio locum habuerit in libro *περὶ μελοποιῶν*, sponte intelligitur. Deinceps dicendum de opere grammatico septem libros complexo, in quo dictionem Hippocrateam tanta diligentia explicuerat, ut ceteris, qui in eodem argumento elaborassent, grammaticis palmam praeriperet. Titulus operis fuisse videtur *ΛΕΞΙΣ ʽΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ*, vel simili modo. Testis est Erotianus Expos. Voce. Hippocr. p. 10, ubi postquam inter eos qui orationem Hippocratis explanandam suscepissent etiam Lysimachum Coum commemoravit, ita pergit: *καὶ γὰρ ὁ ἀναλεξάμενος (ἀναδεξάμενος) αὐτὸν Εὐφορίων πᾶσαν ἐσπούδασε λέξιν* (Hippocratis) *διὰ βιβλίων ἕξ. τῶν δὲ γραμματικῶν οὐκ ἔστιν, ὅσπερ ἐλλόγιμος φανεὶς παρῆλθε τὸν ἄνδρα.* Quae verba Meursius ad Hellad. p. 967 ita interpretatus est, ac si Euphorio Lysimachi libros de Hippocrate commentariis illustrasset; quo factum est, ut Euphorionis librum ita inscriptum fuisse existimaret: *ʽΥπόμνημα εἰς Λυσιμάχου τοῦ Κώου πραγματείαν.* Qua interpretatione nihil cogitari potest a mente Erotiani alienius.

His explanatis ad ipsa deinceps poetae nostri fragmenta accederem, nisi hoc a nobis merito expectari posse videretur, ut qualis Euphorioneae poesis color

et habitus fuerit explicaremus, et quibus ille sive vitiis laboraverit sive virtutibus excelluerit doceremus. Quod tametsi in tanta fragmentorum non solum paucitate, sed etiam brevitate periculosum videri potest, habemus tamen veterum ea de re iudicia, quorum ductu certe aliqua ex parte susceptae quaestioni satisfacere licebit.

Eorum igitur, quorum de Euphorione iudicia ad nostram memoriam pervenere, neminem antiquiorem reperio Cratete Mallota, cuius de Chalcidensi poeta versiculi leguntur in Anthol. Pal. XI, 318:

Χοιρίλος Ἀντιμάχου πολὺ λείπεται· ἀλλ' ἐπὶ πᾶσι
Χοιρίλον Εὐφορίων εἶχε διὰ στόματος.
καὶ κατάγλωσσ' ἐπόει τὰ ποήματα, καὶ τὰ φίλητρα
ἀτρεκέως ᾔδει· καὶ γὰρ Ὁμηρικὸς ἦν.

Quorum versuum flagitiosam elegantiam quum iam supra quantum satis est attigerimus, hoc loco de iis tantum dicemus quae ad perspiciendam Euphorioneae poesis indolem faciant. Ut ab ultimis ordiar, memorabile est Euphorionem a Cratete dici Homericum, quod quorsum pertineat primo adspectu non satis apparet. Crates ipse et Seleucus, nobiles grammatici, quo sensu dicantur Homerici satis constat: cf. Villoison. Proleg. ad Hom. p. XXIX; sed Euphorio, qui neque Homeri carminibus explanandis vel ad criticam rationem revocandis studium impendit, neque ad Homericae poesis simplicitatem aliasque cognatas virtutes, quibus maxime eius praestantiam censere consuevimus, vel e longinquo adspiravit, Euphorio igitur quo iure Homericus a Cratete vocari potuerit non intelligitur. Itaque nihil relinquitur, nisi ut ideo hoc a Cratete factum esse existimemus, quod summa Homericorum carminum ad-

miratione captus eorum colorem et habitum acri quidem sed improspero studio imitari conaretur, et summae illius admirationis vestigia suis ipsius carminibus imprimeret, id quod eum fecisse videmus Fragm. LXX.

Μοῦσαι ποιήσαντο καὶ ἀπροτίμαστος Ὅμηρος.

Quod idem Choerili admirator fuisse eumque ipsi adeo Antimacho praetulisse innuitur, id docet certe sui hominem fuisse iudicii neque temere in aliorum sententias concessisse. Antimachi enim quanta fuerit tum temporis apud plerosque auctoritas notissimum est: cuius rei caussam merito Schellenbergius ab honorifico Platonis de Colophonio poeta iudicio repetit, id quod etiam in caussa fuit, cur Alexandrini Antimachum in ordinem reciperent excluso Choerilo. Sed hoc quidem post Euphorionis aetatem factum est, neque dubito quin illud Cratetis epigramma eo ipso tempore scriptum sit, quo de scriptoribus in canonem vel recipiendis vel non recipiendis gravissimae quaestiones non sine ira et studio in Museo Alexandrino agitarentur. Quo tempore quum alii Choerilum, alii Antimachum, alii fortasse etiam Euphorionem recipiendum dicerent, Crates, acerrimus Aristarchi adversarius, suam de hac re sententiam propositurus illud scripsisse videtur epigramma. Imitatusne sit Choerilum Euphorio, ut nunc res est, certo diiudicari non potest, idoneam tamen rationem cur negetur, non video. At simplicitatem eius non assequutus est, multo minus Homericam. Cf. Naeke de Choerilo p. 99. Imo vero certissimum est, Euphorionis ingenium ita fuisse comparatum a natura, ut ad Antimachi imitationem vel invitus traheretur. Quod quamquam certis exemplis doceri non potest, tota tamen orationis conformatio et utriusque poetae in tractan-

dis argumentis similitudo plane admirabilis ita docent, nullus ut dubitationi locus relinquatur. Res ipsa me ducit ad decantatam in tota antiquitate poetae nostri obscuritatem, quam ipsam in caussa fuisse suspicari licet, ut Tiberius eum una cum Rhiano et Parthenio in deliciis haberet, nec in suis tantum carminibus eos imitaretur, sed „scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicaret, et ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ederent." Sunt Suetonii verba in V. Tiber. c. 70. Sed de Euphorionis obscuritate maxime omnium memorabilis est Clementis Alex. locus Strom. V p. 571. *Εὐφορίων*, inquit, *ὁ ποιητὴς καὶ Καλλιμάχου Ἶβις καὶ τὰ Αἴτια καὶ ἡ Λυκόφρονος Ἀλέξανδρα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια γυμνάσιον εἰς ἐξήγησιν γραμματικῶν ἔκκειται παισίν* [1]). Quae Heynius Opusc. Acad. I p. 94 iusto negligentius interpretatus est. Cum Clementis iudicio optime congruit Ciceronis locus de Divin. II, 64. ***Quid? poeta nemo, nemo physicus obscurus? illi vero. nimis etiam obscurus Euphorion: at non Homerus. uter igitur melior?*** At quaeri potest, qua in re posita fuerit ista Euphorionis obscuritas. Omnis poetae obscuritas cernitur aut in argumenti quod tractandum sibi sumpserit natura, aut in orationis forma et indole. Utrumque cadit in Euphorionem. Qui quam abstrusas et reconditas fabulas tractaverit, fragmenta carminum docent certissime; ac nescio an idem significare voluerit etiam

is

---

1) Ita scripsi ex emendatione Davisii ad Cicer. de Divin. II, 64. Vulgo *ἅπασιν*. Grammaticorum filios habes apud Athen. VIII p. 359 *d*. ipsumque Clement. Paed. p. 39 Sylb. Cfr. Boettiger Arch. Pict. p. 136.

is qui inscriptionem Theodoridae carmini praefixit in cod. Palat. Anthologiae, ubi Euphorio dicitur *μυστὴς τῶν ἑλληνικῶν μυθολογημάτων καὶ τελεσιουργημάτων.* Maior etiam obscuritas Euphorionis carminibus ex eo adhaesit, quod passim fabulas pro suo arbitrio et consilio immutavit, cuius rei aliquot exempla videbimus in fragmentis. Orationis autem forma usus fere est ea, quae neque structurae haberet perspicuitatem neque in verborum delectu facilitatem. Prioris generis complura extant in fragmentis exempla; ad verborum autem delectum quod attinet, vocabulis vocabulorumque formis fere usus est obsoletis et a vulgari consuetudine remotis, quibus doctrinae copiam ostentaret et orationi antiquitatis quandam speciem conciliaret. Idque ipsum significare voluit Crates, qui *κατάγλωττα ποιήματα* eum condidisse dicit, quem ad modum etiam Lucianus locutus est Lexiph. T. II p. 349 *ἡμεῖς γὰρ οὐδὲ ποιητὰς ἐπαινοῦμεν τοὺς κατὰ γλῶτταν γράφοντας ποιήματα.* Sed non alienum fuerit ab hoc loco, quotquot in fragmentis dispersae latent notabiliores voces glossematicae, eas ordine referre. Ita *Δωδῶνα* dixit pro *Δωδώνην* Fragm. II. *ζάψ* de maris aestu III. *κελέβη* de poculo VI. *Μήδη* pro *Μήδεια* X. *φλοῖσβος* de belli tumultu XIX. *λίες* numero plurali XXVII. *δεδουπώς* pro *θανών* XXXVIII. *εἶαρ* pro *αἷμα* ibid. *χάρων* de leone XLVII. *γενέτειρα* de filia ibid. *κόπροι* de stabulo XLIX. *μουνάξ* pro seorsim L. *δασπλής* LII. *λύθρον* de hydrae veneno LIV. *πλόμενος* pro *περιπλόμενος* LV. *ἄπαστος* pro *ἄγευστος* LVI. *ἀπροτίμαστος* LXII. *κυνηλατεῖν* pro *κυνηγετεῖν* LXIII. *ἀφαρής* investis LXVI. *ἀμεύσασθαι* pro *ἀμείβεσθαι* LXX. *ἠλέκτωρ* de sole LXXIV. *πέμφιγες* pro *σταγόνες ὄμβρων*

LXXVI. *Αἰγιαλῆες* latiore sensu de Graecis LXXX. *εὐρυκόωσα* potens LXXXVI. *δάνος* pro *δῶρον* LXXXIX. *βύνη* de mari XC. *εὐβύριος* pro *εὔοικος* XCII. *ἀτρεύς* pro *ἄτρεστος* XCIV. *ποιφύσσειν* pro *πνεῖν* XCV. *θιμβρός* pro *θερμός* XCIX. *πόποι* pro *θεοί* XCIX. *ὑποχυδὴς* pro *δίυγρος* CI. *εὔωρος* pro *ἀπαραφύλακτος* CII. *ἀτάρμυκτος* pro *ἄφοβος* CIII. *ἦλ* pro *ἦλος* CV. *ἀστέμβακτος* inconcussus CVI. *μῶσθαι* pro *ζητεῖν* CIX. *ἄλλιξ* pro *χιτών* CXII. *ἄνταρ* pro *δίασμα* CXIII. *Δαφνοῦσα* pro *Δαφνοῦς* CXIV. *Νεδέη* pro *Νέδη* CXIX. *βαλήν* i. q. *βασιλεύς* CXXVII. *χαμαιεύνης* CXXVIII. *Αὖλιν* pro *Αὐλίδα* CXXIX. *κρεῖον* pro *κρέας* CXXXIII. *ἀϊδνήεις* CXXXIII. *βέθρον* pro *βέρεθρον* CXXXVI. *μνιός* pro *ἁπαλός* CXXXVII. *Ῥειώνη* Iuno CXXXVIII. *νεκυηδόν* CLVII. *κεβληγόνος* de Minerva ex Iovis capite nata CLVIII. *φλεγεθοίατο* numero singulari pro *φλεγέθοιτο* CLXI. fortasse etiam *χριμψαίατο* pro *χρίμψαιτο* LIV. *χεὶρ ἱπποδάμεια* de manu aurigae CLXIV. Ex eodem doctrinae ostentandae studio fluxit frequens usus epithetorum quaesita obscuritate laborantium, velut *κελέβη Ἀλυβῆϊς* pro *ἀργυρᾶ* Fragm. VI. *Ἀσβώτιοι ἵπποι* pro *Θετταλικοί* Fragm. XIX. *Φοῖβος Λυκωρεύς* pro *Δελφικός* Fragm. LIII.

Sed haec et alia eiusdem generis complura, quae enumerare nolui, Euphorio cum Antimacho Alexandrinis Parthenio aliisque fortasse poetis habuit communia. Neque profecto vitio vertendum poetae, quod rarioribus et a vulgari consuetudine remotis vocabulis utitur, modo suo loco id faciat, neque iusto frequentiori talium vocabulorum usu tenebras orationi obducat, nisi glossariorum auxilio non dispellendas. Illud autem proprium et quasi peculiare habuit Euphorion,

quod passim vulgarium verborum significationem immutavit, novamque iis planeque inauditam vim tribuit. Cuiusmodi acyrologiae exemplum admodum memorabile attulit Helladius *ναυαγὸς Ἰάσων*, quo non naufragum, sed navis ductorem significari voluit. Vide Fragm. CXI. Similem sibi licentiam sumsisse videtur in usu vocis *ἀνθερεών*, de quo vide Fragm. LI. Paullo minus insolentiae vitio laborat quod ibidem affertur ab Helladio, *κηπουρός* de dracone Hesperidum mala custodiente: in quo inest quaedam figuratae dictionis audacia, a qua non alienam fuisse Euphorionis poesin docent Fragm. XC. CX et alia. Eodem retulerim usum verbi *πρηνίζειν* Fragm. XVI, iniuria ab antiquis grammaticis reprehensum. Nec obscuritatem tantum e doctrinae ostentatione natam, sed etiam molestam quandam orationis prolixitatem et loquacitatem veteres in Euphorione notaverunt. Loquacitatem autem non intellexisse videntur eam, quae in vano verborum strepitu et inepto quodam, qualem apud Nonnum similesque poetas deprehendimus, orationis tumore cernitur, sed illud potius veteres notasse videntur, quod in argumentorum tractatione nimio uteretur ambitu et ingrata orationis latitudine tum, ubi minime exspectasses. E paucis quidem, quae hodie supersunt, fragmentis hoc satis perspici non potest: nisi forte Philoctetem huc trahas, in quo carmine etiam in Iphimachi rebus enarrandis iusto latius evagatus esse videtur. Sed idoneum habemus testem Lucianum de conscr. hist. vol. II p. 65. Amst. Monet eo loco Lucianus, brevitati esse studendum neque dicendi copiam importuno loco ostentandam. Tum Homerum laudat, qui Tantali, Ixionis, Tityi aliorumque poenas et fata, quam-

quam amplissimam dicendi copiam nactus, tamen leviter et paucis versibus attigerit: *εἰ δὲ Παρθένιος*, inquit, *ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλίμαχος ἔλεγε, πόσοις ἂν οὐκ ἔπεσι τὸ ὕδωρ ἄχρι πρὸς τὸ χεῖλος τοῦ Ταντάλου ἤγαγον; εἶτα πόσοις ἂν Ἰξίονα ἐκύλισαν;* ubi Piersonus ad Herod. p. 440 miratus, Battiadae *βραχυλογίας* studiosissimo loquacitatis crimen intendi, Callimacho Antimachi nomen substituit, qua emendatione satis ostendit, se Callimachi poesis indolem parum perspectam habuisse. Callimachus in summa brevitate est loquacissimus, eodemque vitio laborasse Euphorionem, docet huius cum Callimacho comparatio. Ceterum Heynius Opusc. Acad. I p. 93 male, ut equidem opinor, Luciani verba ad doctrinae copiam traxit, qua expromenda illi poetae sibi indulserint.

Quae adhuc disputavimus, magis ad vitia, quibus laboravit Euphorio, notanda, quam ad virtutes, quibus eminuit, explicandas pertinere sponte intelligitur. Habuisse tamen Euphorionem etiam, quo egregie commendaretur, non est quod dubitemus: quamquam hoc non tantum fuit, ut ideo dignus videri potuisset veteribus, quem in magnorum poetarum exemplis ponerent. Sed de virtutibus Euphorioneae poesis quaerenti praeter fragmentorum brevitatem illud maxime molestum est et iudicandi facultatem praecidit, quod nemo veterum disertius de Chalcidensi poeta sententiam suam explicuit. Ita etiam is, qui ceteris fere acutius graecos poetas taxavit, Quintilianus Euphorionem paucis tantum verbis attigit et ita quidem, ut quibus potissimum in rebus probabilis fuerit eius poesis non perspicias. Sic enim ille Instit. orat. X, 1, 56: ***Quid? Euphorionem transibimus? quem nisi probasset Vir-***

gilius, idem nunquam certe conditorum Chalcidico versu carminum fecisset in Bucolicis (X, 50) *mentionem.* Ex quo loco in neutram partem aliquid certi efficias, quamquam recte monuisse videtur Spaldingius, e sequentibus Quintiliani verbis „non utique damno" intelligi posse, magis displicuisse Euphorionem Romano rhetori, quam placuisse. Videndum tamen, ne Quintilianus non nihil Ciceronis auctoritati tribuerit, quem non admodum honorifice de Euphorione sensisse supra vidimus. Sed de hoc utcunque statuatur, illud tamen haud contemnendum poeticae, qua poeta noster excelluit, virtutis documentum censeri debet, quod Gaius Cornelius Gallus, eximius poeta, ad Euphorionis imitationem sese composuit, non facturus profecto, nisi habuisset Euphorio, quae elegantis viro ingenii probarentur. Minus Tiberii Caesaris iudicio tribuam, qui Euphorionem haud aliam ob caussam admiratus esse videtur, quam quod recondita eius doctrina mirifice delectabatur. V. Sueton. Tiber. c. 70. Vel sic tamen non dubitari potest, quin Euphorionis poesis, ut Antimachi aliorumque Antimacho similium poetarum carmina, magis docta quadam elegantia et insolentioris dictionis artificio quam sententiarum pondere, affectuum veritate et gravitate ceterisque, quibus magnos poetas censemus, virtutibus excelluerit.

II.

EUPHORIONIS CHALCIDENSIS FRAGMENTA.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ [1]).

I.

Stephanus Byzant. s. v. *Σόλοι* p. 677: *Σόλοι, Κιλικίας πόλις, ἡ νῦν Πομπηίου πόλις. Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. κέκληται δὲ ἀπὸ Σόλωνος, ὡς Εὐφορίων ἐν Ἀλεξάνδρῳ.* Ita cod. Rehdig. et MSS. Salmasii. Vulgo *Εὐφορίων ἐν Ἀλε* * *, quod miris modis tentavere Tan. Faber, Bochartus et Menagius ad Diogen. Laert. vol. II p. 29. Solonem autem dubitari potest, utrum intelligi voluerit Euphorio Atheniensem an Lindium. Atheniensem Solorum conditorem facit etiam Diogenes Laert. I, 51 *ἐκεῖθεν* (a Croeso) *ἀπαλλαγεὶς ἐγένετο ἐν Κιλικίᾳ, καὶ πόλιν ᾤκισεν ἣν ἀπ' αὐτοῦ (ἀφ' αὐτοῦ) Σόλους ἐκάλεσε.* Quae mirifice pervertit Anonymus in Galei Opusc. mythol. p. 110: *Κροῖσος μετὰ τὴν τοῦ Σόλωνος ἀπόκρισιν ἐν Κιλικίᾳ γεγονὼς Σόλους πόλιν ᾤκησεν* (sic). Cum Diogene consentit Eustathius ad Dionysii Perieg. 875: *λέγονται δὲ Σόλοι κατά τινας ἀπὸ Σόλωνος*, haud dubie Atheniensem intelligens.

---

1) V. supra p. 13

Rectius opinor Anonymus in vita Arati apud Buhlium vol. II p. 444 *ὠνομάσθαι δὲ τὴν πόλιν φασὶν ἀπὸ Σόλωνος τοῦ Λινδίου.* Quod firmat quodammodo Strabo lib. XIV p. 671: *Σόλοι Ἀχαιῶν καὶ Ῥοδίων κτίσμα τῶν ἐκ Λίνδου.* In Arati vita quod Ruhnkenii apographum (apud Blomfield. ad Callim. p. 330) praebet: *ἀπὸ Σόλωνος τοῦ Μυνδίου*, iure improbavit Hemsterhusius, cui miror placuisse Menagii *Ἀθηναίου* vel suum ipsius *Σαλαμινίου.* Solonis Atheniensis in Solis, Ciliciae oppido, condendis nullae fuerunt partes, at magnae fuerunt in condenda sive potius instauranda Aepea, Cypri urbe, quam Philocyprum, Cypri regulum, in Solonis hospitis sui honorem Solos nuncupasse auctor est Plutarchus V. Solon. c. 26: *καὶ αὐτὸς δὲ μέμνηται τοῦ συνοικισμοῦ· προσαγορεύσας γὰρ ἐν ταῖς ἐλεγείαις τὸν Φιλόκυπρον,*

Νῦν δέ, φησί, σύ με Σολίοισι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἀνάσσων
τὴν πόλιν εὖ ναίοις καὶ γένος ὑμέτερον·
αὐτὰρ ἐμὲ ξὺν νηῒ θοῇ κλεινῆς ἀπὸ νήσου
ἀσκηθῆ πέμποι Κύπρις ἰοστέφανος.

ΑΝΙΟΣ [1]).

II.

Ἶκτο μὲν ἐς Δωδῶνα Διὸς φηγοῖο προφῆτιν.

Stephanus Byzant. s. v. *Δωδώνη* p. 332: *καὶ τὴν αἰτιατικήν φησιν Εὐφορίων Δωδῶνα ἐν Ἀνίῳ Ἶκτο μὲν κτλ.* Ita pro edito *ἴκομεν* ex cod. Coisl. scripsi. De

1) V. supra p. 16.

accusativo *Δωδῶνα* vide Iohannem Alex. praec. ton. p. 12 et Bekkeri Anecd. p. 1228.

ΑΝΤΙΓΡΑΦΑΙ ΠΡΟΣ ΘΕΟΔΩΡΙΔΑΝ [1]).

III.

Ζὰψ δὲ ποτὶ σπιλάδεσσι νεῶν ὀλέτειρα κακύνει.

Clemens Alexandr. Strom. V p. 243 Sylb.: *Ζὰψ δὲ τὸ πῦρ οἱ μὲν παρὰ τὴν ζέσιν ἀμαθῶς ἐδέξαντο· καλεῖται δ' οὕτως ἡ θάλασσα, ὡς Εὐφορίων ἐν ταῖς πρὸς Θεωρίδαν* (leg. *Θεοδωρίδαν*) *ἀντιγραφαῖς Ζὰψ κτλ.* Pro *κακύνει* requiro verbum quale est *καχλάζειν*.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ [2]).

IV.

Ποικίλον οὐδὲ μέλαθρον . . . . ὀρχίλος ἔπτη
Κυζίκου, ὃν δ' ἤεισε κακὸν γάμον ἐχθομένη κρέξ.

Tzetzes ad Lycophr. 515: *κρὲξ ὄρνεόν ἐστι θαλάσσιον, ἴβιδι ἐοικός. — Καλλίμαχος δὲ ἐν τοῖς περὶ ὀρνέων φησὶ τοῖς γαμοῦσι δυσοιώνιστον εἶναι. καὶ Εὐφορίων ἐν Ἀπολλοδώρῳ Ποικίλον οὐδὲ μέλαθρον ὀρχίλοχος ἔπτη Κύζικος κτλ.* Ita Müllerus. Post *μέλαθρον* excidisse videtur epitheton ad *ὀρχίλος*. Lacunae signa posuit etiam Thryll. qui *οὐδὲ* in *ἂν δὲ* mutabat. Eidem debetur *Κυζίκου* pro *Κύζικος*. Recte autem vett. editt. *ὀρχίλος*, pro quo inepte Müllerus *ὀρχίλοχος*. Gemello errore *χοιρίλοχος* scriptum repe-

1) V. supra p. 18. — 2) V. supra p. 18

ritur pro *χοιρίλος*, de quo vid. Naekius de Choer. p. 155. De orchilo, infausta avi, dixit Munkerus ad Anton. Lib. XIV p. 100 et Spohnius de extr. p. Odyss. p. 123. Altero versu ante Müllerum *ἐχθόμενος*, quod correxit ille e codd. Vulgatum tenuit Heinsius ad Hesych. s. v. *κρέξ*. Ibidem forsan legendum *οὐδ' ἤεισε καλὸν γάμον*, vel *ἤεισεν δὲ κακὸν γάμον*. Spohnius locum sic scripsit:

ποικίλος ἄντα μελάθρων ὀρχίλος ἔπτη
Κυζίκου, ἐν δ' ἤεισε κακὸν γάμον ἐχθομένη κρέξ.

De avi *κρὲξ* vel *κερχάς*, Minervae sacra (Porphyrius Abstin. III, 5), pessimo nuptiarum omine, glossator Vict. ad Aristoph. in Actis Monac. I p. 397: *κρὲξ ὄρνεόν τι, ὃ τοῖς γαμοῦσιν οἰωνίζεται.* Plura vide apud Wesseling. ad Herod. II p. 138. De Clitae et Cyzici nuptiis sermonem esse certissimum est. Similiter Ovidius Met. IV, 431 de infausto Terei et Procnes connubio cecinit:

Eumenides stravere torum, tectoque profanus
Incubuit bubo, thalamique in limine sedit.

In narranda autem de Cyzico fabula mirifice Euphorio ab aliorum ratione discesserat. Etenim non Clitam, Meropis, sed Larissam, Piasi filiam, ab ipso patre ante nuptias vitiatam, Cyzico desponsatam fuisse narraverat. Testis est Parthen. Erot. XXVIII p. 64 in capite de Clita. *Ἱστορεῖ Εὐφορίων Ἀπολλοδώρῳ, τὰ ἑξῆς Ἀπολλώνιος Ἀργοναυτικῶν ά. Διαφόρως δὲ ἱστορεῖται περὶ Κυζίκου τοῦ Αἰνέου· οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ἔφασαν ἁρμοσάμενον Λάρισσαν τὴν Πιάσου, ἧ ὁ πατὴρ ἐμίγη πρὸ γάμου, μαχόμενον ἀποθανεῖν.* Quibus quae subiiciuntur ex Apollonio derivata sunt, cuius scholiastes ad I, 1063 haec habet: *ὁ μὲν Ἀπολλώνιος*

νεόγαμον τὸν Κύζικον καὶ ἄπαιδα ἱστορεῖ, Εὐφορίων δὲ ἐν Ἀπολλοδώρῳ μελλόγαμον. τὴν δὲ Κλείτην οὐ Μέροπος λέγει θυγατέρα, Θρῆσσαν δὲ τὴν Πιάσου· οὐδὲ παθεῖν τι ἐπὶ τῷ τοῦ ἀνδρὸς θανάτῳ, ἀπαχθῆναι δὲ οἴκαδε ὑπὸ τοῦ πατρός. Εὐάνθης δὲ ἐν τοῖς Μυθικοῖς συμφωνεῖ τῷ Ἀπολλωνίῳ, περὶ δὲ τῆς Κλείτης φησὶ Δηΐλοχος ὑπὸ λύπης τελευτῆσαι. Ubi non dubito, quin recte coniecerim: *τὴν δὲ γαμετὴν οὐ Μέροπος λέγει θυγατέρα, Λάρισσαν δὲ τὴν Πιάσου.* Euphorionem sequutus videtur Strabo XIII, 3 *ἐν δὲ τῇ Φρικωνίδι Λαρίσσῃ τετιμῆσθαι λέγεται Πίασος, ὅν φασιν ἄρχοντα Πελασγῶν ἐρασθῆναι τῆς θυγατρὸς Λαρίσσης, βιασάμενον δ' αὐτὴν τῖσαι τῆς ὕβρεως δίκην.* Adde scriptorem incertum apud Suidam s. v. *ἀθέμιστα* vol. I p. 69: *ἠράσθη Πίασος Θετταλὸς τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς ἔρωτα ἄθεσμόν τε καὶ δυστυχῆ.* Piasi nomen recte Müllerus Hist. Civitt. Graec. I p. 126 ad Thessaliae fertilitatem trahit. Eodem Larissae nomen referendum, quo quum magnus urbium numerus insignitus fuerit, ne una quidem est, quae soli fertilitate non excelluerit. Euanthes, quem schol. Apoll. l. l. cum Apollonio consentire scribit, fortasse epicus poeta fuit, laudatus ille ab Athen. VII p. 296. Pro Deilocho, qui et ipse Clitae fabulam narraverat, scholia Parisina Diiochum offerunt, quum alibi tum ad v. 976, ex quo loco corrige Etymol. M. p. 518, 1. Rectius videtur Deilochus, qui fuit forsan Proconnesius ille, de quo Dionysius Halic. Iudic. de Thucyd. p. 818 Rsk.

V.

Didymus apud Harpocr. p. 136, 14: *ὅτι γὰρ βουστροφηδὸν ἦσαν οἱ ἄξονες καὶ οἱ κύρβεις γεγραμμένοι*

δεδήλωκεν Εὐφορίων ἐν τῷ Ἀπολλοδώρῳ. Eadem habent Photius et Suidas s. v. ὁ κάτωθεν νόμος. De ἄξοσι et κύρβεσι, Solonis legum tabulis, pleraque congesserunt Petitus praef. ad Legg. Att. p. III. Meursius Lectt. Att. I, 22 et Heynius ad Apollod. II p. 395.

ΑΡΑΙ Η ΠΟΤΗΡΙΟΚΛΕΠΤΗΣ [1].

VI.

Ὅστις μευ κελέβην Ἀλυβηίδα μοῦνος ἀπηύρα.

Stephanus Byzant. s. v. Ἀλύβη p. 106: ἔστι καὶ Ἀλυβεὺς καὶ Ἀλυβηίς. Εὐφορίων ἐν Ἀραῖς ἢ Ποτηριοκλέπτῃ. Ὅστις μευ κτλ. τουτέστι τὴν ἀργυρᾶν διὰ τὰ μέταλλα. Schol. Theocrit. II, 2: κελέβη — ποτήριον ξύλινον κυλικῶδες. Εὐφορίων ἐν Ποτηριοκλέπτῃ Ὅστις ἐμὴν κελέβην Ἀλυβηΐδα μοῦνον ἀπηύρα. Apud Stephanum edebatur κέλκην, pro quo libri κέλβην. Certatim corrigunt κελέβην. Initio versus verum videtur ὅστις μευ, pro quo schol. Theocr. ὅστις ἐμήν, ubi Vat. 5 habet ὅστις ἐμεῦ. Steph. μεῦ. Male Salmasius ad Dosiadae Aram. p. 135 ὃς μὲν τήν. Pro μοῦνος scholiastes Theocriti μοῦνον, quod praefert Toupius. In fine versus Xylander edidit ἀπούρα, pro quo priores edd. et MSS. habent ἀπηύρα, ut est apud schol. Theocriti.

---

1) V. supra p. 19.

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ [1]).

VII.

Δαίμονος Ἀμφιλύσοιο ῥόον.

Stephanus Byzant. s. v. *Ἀσσωρόν* p. 185: *Ἀσσωρόν, ὄρος Σάμου, ὅθεν ῥεῖ ὁ Ἀμφίλυσος. Εὐφορίων Ἀρτεμιδώρῳ Δαίμονος Ἀμφιλύσιον ῥόον.* Recte cod. Salm. *Ἀμφιλύσοιο*, quo ducit et Rehdig. *Ἀμφιλύσιο.* Praeterea malim *Δαῖμον, ὃς Ἀμφιλύσοιο ῥόον.*

ΑΤΑΚΤΑ.

Vide infra sub *Μοψοπία* et quae p. 12 disserui.

ΓΕΡΑΝΟΣ [2]).

VIII.

*Ὥριον οἷά τε μῆλον, ὅ τ' ἀργιλώδεσιν ὄχθαις
πορφυρόειν ἐλαχείῃ ἐνιτρέφεται Σιδόεντι.*

Athenaeus lib. III p. 82 *a.*: *διάφορα δὲ μῆλα γίνεται ἐν Σιδοῦντι, κώμη δ' ἐστὶν αὕτη Κορίνθου, ὡς Εὐφορίων ἢ Ἀρχύτας ἐν Γεράνῳ φησίν Ὥριον κτλ.* Legebatur *ὁ δ' ἀργιλλώδεσι*, quod correxi, prius ex coniectura, alterum ex cod. *A.* Altero versu scripsi *πορφυρόειν* pro edito *πορφύρεον.* Apud Nicandr. Ther. 748 *δειρῇ μὲν πυρόεν, ἄζῃ γε μὲν εἴσατο μορφήν*, leg. *πυρόειν.* Tum Jacobsius *ἐνὶ τρέφεται.* Sine caussa. Nicander Ther. 419: *κοῖτον δὲ βαθεῖ ἐνεδείματο θά-*

---

1) V. supra p. 19. — 2) V. supra p. 20.

μνῷ. Et sic ille, ni fallor, ubique. Cfr. vs. 439, 511, 914. Hinc etiam v. 45 *Θρήϊσσαν ἐνὶ φλέξας πυρὶ λᾶαν*, malim *ἐνιφλέξας*. Adde Alexiph. 106: *πολλάκι δ' ἐνθρύψειας ἐν ὀπταλέῃσιν ἀκοσταῖς*, ubi quum cod. Med. pro *ὀπταλέῃσιν* habeat *ἀσταλέῃσιν*, scribendum videtur *πολλάκι δ' ἐνθρύψειας ἀϋσταλέῃσιν ἀκοσταῖς*. Ceterum consimili usu latine dicitur emetiri acervo pro metiri ex acervo. Vid. Lambin. ad Horat. vol. II p. 160.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ [1]).

IX.

Δαίμονος ἱλάοιο.

Choeroboscus apud Bekkerum Anecd. graec. p. 1383: *ὅτι γὰρ ἐκτείνει* (*ἵλαος*) *τὸ ᾱ, ἐδήλωσε Παρθένιος ἐν τῷ Βίαντι εἰπών· Ἴλαος ταύτην δέχνυσο πυρκαϊὴν — καὶ ἐν τῷ Εὐφορίωνος Δημοσθένει ὁμοίως ἐκτεταμένον εὑρίσκεται, οἷον Δαίμονος ἱλάοιο*. Producit etiam apud Theocr. V, 8 et alios.

ΔΙΟΝΥΣΟΣ [2]).

X.

Βλαψίφρονα φάρμακα χεῦεν
Ὅσσ' ἐδάη Πολύδαμνα, Κυτηϊὰς ἢ ὅσα Μήδη.

Scholion Hom. Odyss. IV, 228: *βέλτιον δὲ ὄνομα κύριον αὐτὸ* (*Πολύδαμνα*) *δέχεσθαι, ἐπεὶ καὶ Εὐφορίων ἐν Διονύσῳ φησὶ Βλαψίφρονα φάρμακα χεῦεν,*

---

1) V. supra p. 21. — 2) V. supra p. 21.

ὅσσ' ἐδάη Πολύδαμνά τε Κυταὶς ἢ ὅσα Μήδεια. Eadem sed peius etiam corrupta leguntur apud Eustath. p. 1493, 46 ubi deest χεῦεν, pro quo Ruhnkenius Epist. crit. p. 260 ex ingenio addiderat πάσσεν. Altero versu Eustathius Κυταὶς ὅσα Μήδεια. Hermannus ad Orph. Argon. 1009 scribebat Κυταιὰς ὅσσα * * * Μήδει', ut Μήδεια ad sequentem versum pertinuerit. Mihi lenius visum est Κυτηϊὰς ἢ ὅσα Μήδη, qua forma usus est Andromachus apud Galenum vol. XIII p. 875 Chart. οὐ θερμὴν θάψον τε καὶ ὠκύμορον πόμα Μήδης. Ita Ἱπποδάμη pro Ἱπποδάμεια e codd. reddendum Nicandro Fragm. apud Schneid. p. 3, ubi editur Ἱπποδάμεια φύτευσε. Εὐρυγάνη pro Εὐρυγάνεια dixerat Pisander apud schol. Euripidis Phoen. 1748. Μαντίνη pro Μαντίνεια et Ζέλη pro Ζέλεια annotavit Eustathius p. 302, 1. 354, 4. Λαοδάμη pro Λαοδάμεια dixit Maximus περὶ κατ. vs. 93. Κυθέρη pro Κυθέρεια habes in epigrammate apud Lucian. conviv. 41. Idem ex Manethone affert Lobeckius Paralip. p. 300, habetque etiam Antipater Sidonius Epigr. XXIV in Brunckii Anal. II p. 12 [1]). Similia aliquoties iam tetigit Stephanus Byzantius, quem vide in Ἀγάμεια Ἐρύθεια et Ψυττάλεια. In aliis contra insolens est terminatio in εια, ex quo genere est Ἑλίκεια pro Ἑλίκη apud poetam incertum Philonis Iud. II p. 514 ed Mang. et Ἀνδρομάχεια pro Ἀνδρομάχη apud Leschen Tzetzae ad Lycophr. 1263 ἐκ δ' ἕλετ' Ἀνδρομάχειαν ἐΰζωνον παράκοιτιν. Ita enim corrigendum. Vulgo Ἀνδρομάχην ἠΰζωνον. Codd. εὔζωνον. Recte dicitur

1) Apud Andromachum Galeni ed. Chart. vol. XIII p. 876 Κυθέρη insulae nomen est, cuius formae monstrator fuit Hermesianax, qui Leont. III, 69 Κυθέρηθεν dixit pro Κυθηρόθεν.

ἠϋγένειος ἠΰκομος et alia his similia. At ἠΰζωνος non magis dictum est quam ἠΰῤῥοος, quod Wellauerus Apollonio Rhod. IV, 269 intulit, ubi legendum *καὶ ποταμὸς Τρίτων εὐρύῤῥοος, ᾧ ὕπο πᾶσα ἄρδεται Ἠερίη.* De Polydamna, cuius caussa excitavit Euphorionis verba scholiastes, vide Wesseling ad Diod. Sic. I p. 109. Themist. XVI p. 209 *b.* et Iustinum Mart. ad Gent. p. 20, qui eam *Θέωνος* uxorem vocat, pro quo *Θῶνος* scribendum. Quaeritur autem, qui sit ille, quem Euphorio *βλαψίφρονα φάρμακα* miscuisse dicit. Equidem Iunonem intelligam, privignum suum medicaminum ope in insaniam coniecturam. Itaque vide an Fragm. XIV probabiliter ita cum nostris versibus coniunxerim:

Ὕῃ ταυροκέρωτι Διωνύσῳ κοτέσασα
Ῥειώνη ἄμυδις βλαψίφρονα φάρμακα χεῦεν,
ὅσσ' ἐδάη Πολύδαμνα, Κυτηϊὰς ἢ ὅσα Μήδη.

Ῥειώνην, Rheae filiam, Iunonem, ex Euphorione afferunt grammatici, de quo infra Fragm. CXXXVIII. — Comprobavit haec consensu suo Lobeckius Aglaoph. p. 1046, ceterum illum potius dolum Iunonis significari censens, quo Bacchi custodes consopivit, quam in rem affert Nonnum XIV, 171.

XI.

Ἴχνος ἂν Ὠρυχίοισιν ἐν ἕρκεσιν ὀκλάσσαιντο.

Stephanus Byzant. s. v. *Ὠρύχιον* p. 769: *Ὠρύχιον, τόπος τῆς Ἀττικῆς. τὸ τοπικὸν Ὠρύχιος. Εὐφορίων ἐν Διονύσῳ Ἴχνος ἂν Ὠρυχίοισιν ἐν ἕρκεσιν ὀκλάσαιντο.* Ita codices teste Salmasio pro edito *ἴχνος ἐν Ὠρυχίοισιν ἕρκεσιν ὀκλάσαιντο.* Cod. Rehd. *ἴχνος Ὠρυχίοισιν ἐν ἕρκεσιν.* Praeterea scripsi *ὀκλάσσαιντο.*

XII.

Ἄκτιος Αἰγεύς.

Stephanus Byz. Ἀκτή p. 82: τὸ ἐθνικὸν Ἀκταῖος καὶ Ἀκταία, καὶ Ἀκταΐς, καὶ Ἀτθίς, καὶ Ἀκτίτης, ἐξ οὗ τὸ Ἀκτίτου πέτρα ἐν τῇ τραγῳδίᾳ ἀντὶ τοῦ Ἀττικοῦ, ὡς αὐλὴ αὐλίτης. ἔστι καὶ Ἄκτιος Αἰγεύς, ὡς Εὐφορίων Διονύσῳ. De Ἄκτιος pro Ἀττικός quantum satis est dixere Meursius ad Lycophr. 111 et Heinsius ad Ovidii Fast. I, 711. Quod ex nescio qua tragoedia affert Stephanus exemplum Ἀκτίτου πέτρα, fortasse de Thesei petra intelligendum, de qua Pausan. II, 32 et Naekius Diss. de Hecale III p. 561. Nisi potius πέτρου scribendum idque de marmore Pentelico interpretandum est. V. intpp. Hesychii vol. I p. 210, 10 cll. grammatico Bekk. Anecd. p. 370 Ἀκτή: ἰδίως ἐπιθαλαττίδιός τις μοῖρα τῆς Ἀττικῆς, ὅθεν καὶ ἀκτίτης λίθος.

XIII.

Stephanus Byz. Λύκαψος p. 520: Λύκαψος, κώμη πλησίον Λυδίας. Εὐφορίων Διονύσῳ.

His alia quaedam fragmenta subiiciam, quae ex eodem carmine ducta esse non sine magna veri specie suspiceris.

XIV.

Ὕῃ ταυροκέρωτι Διωνύσῳ κοτέσασα.

Scholiastes Arati Phaen. 172: ἡ δὲ προσωνυμία ἐστὶν (ταῖς Ὑάσιν) ὅτι τὸν Διόνυσον ἀνεθρέψαντο. Ὕης δὲ ὁ Διόνυσος. Εὐφορίων Ὕῃ ταυροκέρωτι κτλ. Ad κοτέσασα intellige Iunonem, ut monuit Lobeckius

de

de morte Bacchi II p. 1, ubi docte disseruit de "Υης Dionysii cognomine [1]). Adde Valesium ad Harpocr. p. 101. Idem spectat Hesychius, *Γύης*: *Διόνυσος*, ut recte corrigunt pro *Διονύσιος*. Hyades Liberi nutrices primus, opinor, omnium Pherecydes dixerat apud schol. ad Germanici Arat. p. 55 Buhl. et apud Hyginum Astron. Poet. II, 21 correctum ab Hemsterh. ad Lucian. p. 312.

XV.

Ἐν πυρὶ Βάκχον δῖον ὑπὲρ φιάλης ἐβάλοντο.

Tzetzes ad Lycophr. 208: *ἐτιμᾶτο δὲ καὶ ὁ Διόνυσος ἐν Δελφοῖς σὺν Ἀπόλλωνι οὑτωσί. οἱ Τιτᾶνες τὰ Διονύσου μέλη, ἃ διεσπάραξαν, Ἀπόλλωνι ἀδελφῷ ὄντι αὐτοῦ παρέθεντο ἐμβαλόντες εἰς λέβητα, ὁ δὲ παρὰ τῷ τρίποδι παρέθετο, ὥς φησι Καλλίμαχος. καὶ Εὐφορίων λέγει Ἐν πυρὶ Βάκχον δῖον ὑπὲρ φιάλην ἐβάλοντο.* Eadem narrat, omissis tamen poetarum testimoniis, Etymol. M. p. 255, 14. In Euphorionis versu vulgo editur *φιάλην*. Correxit Lobeckius dissert. I de morte Bacchi p. 13, improsperam Creuzeri in Dion. I p. 12 coniecturam merito ad quisquilias reiiciens. Ingeniose tamen Müllerus de tripode Delph. p. 11 *ὑπερφίαλοι ἐβάλοντο.* Pro *Βάκχον* praeterea Lobeckius *Βακχέα*. Codd. duo *Βάκχης*. Alii *Βάκχου*. De Baccho novercae impulsu et consilio a Titanibus lacerato disseruit Lobeckius Aglaoph. p. 557. Symbolicam fabulae interpretationem spectat etiam Plutarchus de usu carn. p. 995 c. *τὰ γὰρ δὴ περὶ τὸν Διόνυσον*

1) Eadem nunc aucta proposuit Aglaoph. p. 1045. Pro "Υης Herodianus probavisse videtur Ὕης, si recte cod. Havn. Arcadii p. 23, 9 habet τὸ Ὕης περισπᾶται.

μεμυθευμένα πάθη τοῦ διαμελισμοῦ, καὶ τὰ Τιτάνων ἐπ' αὐτὸν τολμήματα — ἀνηγμένος ἐστὶ μῦθος εἰς τὴν παλιγγενεσίαν. τὸ γὰρ ἐν ἡμῖν ἄλογον καὶ ἄτακτον καὶ βίαιον οὐ θεῖον ἀλλὰ δαιμονικὸν οἱ παλαιοὶ Τιτᾶνας ὠνόμασαν. Ubi frustra viros doctos coniectasse *ἠνιγμένος ἐστὶ μῦθος*, docet qui eandem Bacchicae fabulae interpretationem attulit Origines c. Cels. IV p. 171 ubi memoratis Titanum insidiis et Bacchi laceratione ita pergit: *ἢ Ἕλλησι μὲν ἔξεστι τὰ τοιαῦτα εἰς τὸν περὶ ψυχῆς ἀνάγειν λόγον καὶ τροπολογεῖν, ἡμῖν δὲ ἀποκέκλεισται θύρα ἀκολούθου διηγήσεως;*

XVI.

Etymol. M. p. 687, 26: *Γνὺξ ἐστὶ κυρίως τὸ εἰς γόνυ πεσεῖν. τινὲς δὲ αὐτό φασι ταὐτὸν τῷ πρηνίξαι. κακῶς· διαφέρει γάρ· οὐ δύναταί γάρ τις ἅμα πρηνιχθῆναι καὶ ὀκλακέναι ἐπὶ τὰ γόνατα. τὸ δὲ πρηνιχθῆναι ἐπὶ τὸ πρόσωπον· ὁ γὰρ Ἡρόδοτος τὸ τοιοῦτον ἐξέφησε. μεταφορικῶς γὰρ χρησάμενος εἶπε τὴν πόλιν εἰς γόνυ πεσεῖν, τοῦτο δηλῶν, ὡς εἰς δουλείαν αὐτὴν ἐπήγαγεν. ὁ δὲ Εὐφορίων οὐκ ὀρθῶς λέγει περὶ τοῦ Διονύσου, ὅτι ταῖς γυναικείαις τάξεσιν ἐγκελευσάμενος ἐπρήνιξε τὴν Εὐρυμέδοντος πόλιν. τουτέστι τὸ Ἄργος. Εὐρυμέδων δὲ ὁ Περσεὺς ἐκαλεῖτο.* Eurymedon Persei nomen memorat Hesychius, *Εὐρυμέδων: ὁ Περσεύς*, et memoraverat etiam poeta epicus (Euphorio?) apud Orum Etymol. M. p. 665, 45:

τὸν μὲν καὶ Περσῆα μετεκλήϊσσαν Ἀχαιοί,
οὕνεκεν ἄστεα πέρθεν ἀπειρεσίων ἀνθρώπων,

ubi verbum *μετεκλήϊσσαν* indicio est in superioribus poetam Eurymedontis nomine usum esse. Cfr. Fragm. LXVII. Mycenas *Περσέως πόλισμα Κυκλωπίων πό-*

νον χερῶν[1]) habemus etiam Euripid. Iphig. Aul. 1501. Cfr. idem in Helena vs. 1485 et Pausan. II, 15, 4. Fragmentum ex ea Dionysi parte ductum videtur, ubi poeta Bacchum contra Persea de Mycenis bellantem fecerat. Mulieres autem intelligo eas de quibus praeter alios Diodorus Sic. IV, 4: *κατὰ δὲ τὰς στρατείας γυναικῶν πλῆθος περιάγεσθαι καθωπλισμένων λόγχαις τεθυρσωμέναις.* Eusebius apud Sync. p. 162 c: *γράφεται Διόνυσος θηλύμορφος διὰ τὸ μιξοθηλύστρατον* (leg. *μιξόθηλυν στρατὸν*) *ὁπλίζειν.* Euphorio num nomine *τάξεις* usus sit dubitare licet. Fortasse scripserat ille hoc vel simili modo:

τελέεσσι γυναίοις
κεκλόμενος πρήνιξε κλυτὴν πόλιν Εὐρυμέδοντος.

Excitavit autem grammaticus Euphorionis verba propter metaphoricum usum vocis *πρηνίζειν.* Zonaras Lex. II p. 1585: *πρηνιχθῆναι τὸ ἐπὶ πρόσωπον πεσεῖν, μεταφορικῶς δὲ καὶ εἰς γόνυ κλιθῆναι· ἐπρήνιξε τὴν Εὐρυμέδοντος πόλιν.* Cfr. Eustathius ad Hom. p. 248, 43 *πρηνίξαι τὸ ἐπὶ πρόσωπον ῥίψαι εἴτε ἄνθρωπον εἴτε καὶ πόλιν.* De hominibus huius verbi frequens usus apud Nonnum, quem vide XI, 221. XVIII, 299. XIII, 88. De urbe idem dixit loco ex Euphorione manifesta imitatione expresso XLVII, 688:

Καί νύ κεν Ἄργος ἔπερσε καὶ ἐπρήνιξε Μυκήνας.

Quem indicavit Lobeckius diss. de morte Bacchi I p. 13. Herodoti locus ab Etymol. citatus est VI, 27:

---

1) Hesychius, *Κυκλώπων ἕδος: ἐπειδὴ Κύκλωπες ἐτείχισαν τὰς Μυκήνας.* Idem, *Τιρύνθιον πλίνθευμα: ἀντὶ τοῦ τεῖχος. ὑπὸ Κυκλώπων δὲ κατεσκεύαστο.* Has glossas si coniunxeris, perfectum habes senarium, *Τιρύνθιον πλίνθευμα Κυκλώπων ἕδος*, antiquae tragoediae poeta dignissimum.

ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλεν, ubi Wesselingius et Valckenarius plurima eiusdem dictionis exempla attulerunt. Herodoto praeivit Aeschylus Pers. 892:

αἰαῖ αἰαῖ κεδνᾶς ἀλκᾶς
Ἀσίας δὲ χθών, βασιλεῦ, γαίας,
αἰνῶς αἰνῶς ἐπὶ γόνυ κέκλιται [1]).

Aliud fragmentum probabiliter e Dionyso petitum vide infra Nro. LXVII.

ΙΠΠΟΜΕΔΩΝ [2]).

XVII.

Τοῖος γὰρ Κυχρεῖος ἐνὶ ψαφαρῇ Σαλαμῖνι.

Tzetzes ad Lycophr. 451: *ὁ Κυχρεὺς ἢ Κυγχρεὺς Σαλαμῖνος καὶ Ποσειδῶνος ὑπῆρχεν υἱός. ἐβασίλευε δὲ Σαλαμινίων, ὥς φησιν Εὐφορίων ἐν Ἱππομέδοντι. Τοῖος γὰρ κτλ.* Codd. Vit. 1 et Ciz.: *τοῖος γὰρ ἦν Κυγχρεύς.* Fortasse *τοῖος ἄρ' ἦν Κυχρεύς ποτ' ἐνί*, vel imperfecta sententia *Κυχρεύς, ὃς ἐνί*. Ad eundem versum respexere Eudocia Ion. p. 263 et iterum Tzetzes ad Lyc. 110: *Κυχρεὺς δὲ ὁ Ποσειδῶνος καὶ Σαλαμῖνος υἱός, ὥς φησιν Εὐφορίων, ἀνεῖλε τὸν δράκοντα* (qui Salaminem devastabat) *καὶ τὴν τῆς Σαλαμῖνος βασιλείαν κατέσχε.* Quam fabulam mirifice variatam esse ostendit Stephanus Byzant. v. *Σαλαμίς*, ubi Cychreum propter morum asperitatem (*διὰ τραχύτητα τῶν τρόπων*) *Ὄφεως* cognomen traxisse et

---

1) Horum versuum prior inficete Xerxi tribuitur. Omnia inde a vs. 914 — 926 choro esse tribuenda quivis sentiat, qui ad totius carminis vim et tenorem attendat.

2) V. supra p. 22.

ab Eurylocho insula expulsum fuisse legimus, quo facto Ceres eum receptum Eleusinio templo praefecisse dicitur. Quae ducta videntur ex Hesiodo. Strabo IX p. 393 Casaub. ἀφ' οὗ δὴ (leg. δέ) καὶ Κυχρείδης ὄφις, ὅν φησιν Ἡσίοδος τραφέντα ὑπὸ Κυχρέως ἐξελαθῆναι ὑπὸ Εὐρυλόχου, λυμαινόμενον τὴν νῆσον· ὑποδέξασθαι δὲ αὐτὸν τὴν Δήμητραν εἰς Ἐλευσῖνα καὶ γενέσθαι ταύτης ἀμφίπολον. Cum Stephano convenit Eustath. ad Dionys. Per. 512: Ὄφις μὲν ἐπέκλήθη διὰ τραχύτητα τόπου (leg. τρόπου), ἀπηλάθη δὲ τῆς νήσου ὑπὸ Εὐρυλόχου. Ab his mirum quantum discrepat Etymol. M. p. 707, 42: Σαλαμίς, πόλις, ἀπὸ Σαλαμῖνος τῆς Ἀσωποῦ θυγατρός, ὃς ἐλθὼν εἰς Σαλαμῖνα καὶ εὑρὼν Ὄφιν βασιλέα ἀνεῖλε καὶ αὐτὸς ἐβασίλευε. ubi post θυγατρὸς excidisse videntur verba: ἥτις Ποσειδῶνι μιγεῖσα ἔτεκε Κυχρέα. De Cychreo heroe a Salaminiis divinis honoribus culto cfr. Plutarchus Thes. 10 et Sol. 9. In nomine ipso ita variatur, ut alii Κυγχρεύς, alii Κυχρεὺς scribant. V. Verheick. ad Anton. Lib. p. 252. Heynium ad Apollod. p. 311 et inprimis Bachmannum ad Lycophr. p. 110. Recte autem ψαφαρὴν h. e. asperam et confragosam dicit Salamina, pro quo ψαρῇ, fortasse calami errore, citat Blomfield. ad Aesch. Pers. 576.

XVIII.

Stephanus Byzant. p. 522 Λυκώνη: πόλις Θρᾴκης. Εὐφορίων Ἱππομέδοντι. Rehd. Θρᾴκης ὄρος. Utrum rectius sit diiudicari non potest.

ΘΡΑΙΞ [1]).

XIX.

Τὸν μὲν ἄρ' ἐκ φλοίσβου Ἀσβώτιοι ὦκα φέροντες
ὑστάτιον ῥώσαντο κονισαλέῃσιν ἐθείραις
ἵπποι καλὰ νάουσαν ἐπορνύμενοι Φυσάδειαν.

Stephanus Byzant. s. v. *Ἀσβώτιος* p. 176: *Ἄσβωτος, πόλις Θεσσαλίας· τὸ ἐθνικὸν Ἀσβώτιος. Εὐφορίων Θρᾳκὶ Τὸν μὲν ἄρ' — ἐπορνύμενοι φυγάδειαν. περὶ τῶν ἵππων Ἀμφιαράου.* De Amphiarai equis etiam schol. Pind. Olymp. VII, 21: *τοὺς δὲ ἵππους αὐτοῦ φησιν Ἀντίμαχος εἶναι ἀσυστάτους, οἱ δὲ Θεσσάλους, ὀνόματα δὲ αὐτῶν Θόας καὶ Δίας* (a *δίομαι*). Ubi nescio an corruptum sit *ἀσυστάτους*. Antimachea apud Schellenbergium non reperio. Thessalorum equorum praestantia in vulgus nota. Sed in loco poetae lyrici apud Plutarch. quaest. conv. p. 748 *b*: *ἀπέλαστον ἵππον ἢ κύν' Ἀμυκλαίαν ἀγωνίῳ ἐλελιζόμενος ποδὶ μίμεο καμπύλον μέλος διώκων*, non recte corrigunt *Θεσσαλὸν ἵππον*. Rectius, opinor, *Πελασγὸν ἵππον*, h. e. Argivum [2]). — Vs. 2 rarissimam vocem *κονισάλεος* Euphorio Antimachi exemplo adscivisse videtur. V. Etymol. M. p. 261 et Herodianum dict. solit. p. 4. — Vs. 3 vulgo *φυγαδείαν*, fugam, quod casu retinuit Lobeckius ad Phryn. p. 385. Fontis nomen hic latere certissimum est etiam propter *καλὰ νάουσαν*. Apollonius Rhod. IV, 1300 *καλὰ νάοντος*

---

1) V. supra p. 22.

2) Schneidewinus, qui haec recte Simonidi vindicasse videtur p. 56, tuetur *ἀπέλαστον*. Poetam specialia consectantem magis decere mihi videbatur *Πελασγόν*.

Πακτωλοῦ. Bernhardii ad Dionys. Perieg. pag. 615 mentem non assequor. Cfr. Ruhnk. Epist. ad Ernest. a Tittm. ed. p. 22 et Jacobsius Anth. Gr. III, 3 p. 894, quorum ille comparat Callim. Lav. Pall. 47 ubi *Φυσάδεια* dicitur et cum Amymone coniungitur. Ruhnkenius utroque loco malit *Φιγάλειαν.* Sed Phigalea, si hoc nomine fontem fuisse credere licet, in Arcadia potius quam in Argis quaerenda fuerit, quod ineptum esset in Callimachi loco, ubi Argivum fontem commemorandum fuisse quis non videt? Retinendum igitur in Callimachi loco *Φυσάδεια,* idemque Euphorioni restituendum [1]). Quaeritur autem ex quo proelio poeta Amphiaraum fuga servari faciat; si ex Thebano, luculento locus est documento, quantum Euphorio in fabulis pro arbitrio vel fingendis vel mutandis licere sibi putaverit [2]).

XX.

Parthenius Erot. XIII. *Περὶ Ἁρπαλύκης. Ἱστορεῖ Εὐφορίων Θρᾳκὶ καὶ Δεκτάδας. Κλύμενος δὲ ὁ Τελέως ἐν Ἄργει, γήμας Ἐπικάστην γεννᾷ παῖδας, ἄρρενας μὲν Ἴδαν καὶ Θήραγρον, θυγατέρα δὲ Ἁρπαλύκην, πολύ τι τῶν ἡλίκων θηλειῶν κάλλει διαφέρουσαν. ταύτης εἰς ἔρωτα ἐλθὼν χρόνον μέν τινα ἐκαρτέρει καὶ περιῆν τοῦ παθήματος. ὡς δὲ πολὺ μᾶλλον αὐτὸν ὑπἐρρει τὸ νόσημα, τότε διὰ τῆς τροφοῦ κατεργασάμενος τὴν κόρην, λαθραίως αὐτῇ συνῆλθεν. ἐπεὶ μέντοι*

1) Eandem Ruhnkenii (Opusc. II p. 836) sententiam fuisse monuit Geelius Bibl. cr. nov. I p. 45.

2) Geelius l. l. non de Thebano proelio, sed de certamine aliquo agi suspicatur, ex quo Amphiaraus salvus redierit extrema vice.

γάμου καιρὸς ἦν, καὶ παρῆν Ἀλάστωρ, εἷς τῶν Νηλειδῶν, ἀξόμενος αὐτήν, ᾧ καθωμολόγητο, παραχρῆμα μὲν ἐνεχείρισε, πάνυ λαμπροὺς γάμους δαίσας. μεταγνοὺς δὲ οὐ πολὺ ὕστερον διὰ τὸ ἔκφρων εἶναι καταθεῖ τὸν Ἀλάστορα καὶ περὶ μέσην ὁδὸν αὐτῶν ἤδη ὄντων, ἀφαιρεῖται τὴν κόρην, ἀγόμενός τε εἰς Ἄργος ἀναφανδὸν αὐτῇ ἐμίσγετο. ἡ δὲ δεινὰ καὶ ἔκνομα πρὸς τοῦ πατρὸς ἀξιοῦσα πεπονθέναι, τὸν νεώτερον ἀδελφὸν κατακόπτει καί τινος ἑορτῆς καὶ θυσίας παρ' Ἀργείοις τελουμένης, ἐν ᾗ δημοσίᾳ πάντες εὐωχοῦνται, τότε σκευάσασα τὰ κρέα τοῦ παιδὸς παρατίθησι τῷ πατρί. καὶ ταῦτα δράσασα αὐτὴ μὲν εὐξαμένη θεοῖς ἐξ ἀνθρώπων ἀπαλλαγῆναι, μεταβάλλει τὴν ὄψιν εἰς χαλκίδα ὄρνιν. Κλύμενος δὲ ὡς ἔννοιαν ἔλαβε τῶν συμφορῶν διαχρῆται ἑαυτόν.

Fallitur Bastius Epist. crit. p. 231 eandem fabulam ab Autonino Lib. IV expositam dicens. Alios auctores sequutus est Hyginus Fab. 206 p. 284 ubi Clymenus non Telei, sed Schoenei filius dicitur et suam ipse filiam occidit. Cfr. Salvagnius ad Ovidii Ibin 547 et schol. Homeri Il. ξ', 291: τινὲς δέ φασιν αὐτὸν (leg. αὐτήν, scil. χαλκίδα avem) εἶναι Ἁρπαλύκην, ἣ μιγεῖσα τῷ Περικλυμένῳ κατὰ βίαν ἑψήσασα τὸν υἱὸν Πρέσβωνα παρέθηκεν αὐτῷ, ἢ ὅτι Διὶ συνῆλθεν, Ἥρα δὲ ὠρνίθωσεν αὐτήν· ἐν Χαλκίδι δὲ διῆγεν ἄνθρωπος οὖσα. A quo ne quis Periclymenum vocari existimet qui ceteris dicitur Clymenus, leniter corrige τῷ πατρὶ Κλυμένῳ. Cfr. Eustathius p. 986, 38. In postremis Parthenii verbis χαλκίδα pro καλχίδα Schneiderus. Denique pro Dectada, qui eandem fabulam narrasse dicitur, recte, ut videtur, Galeus dedit Διευχίδας, qui notissimus est historicus.

XXI.

Parthenius Erot. XXVI. *Περὶ Ἀπριάτης. Ἱστορεῖ Εὐφορίων Θρᾳκί. Ἐν Λέσβῳ παιδὸς Ἀπριάτης Τράμβηλος ὁ Τελαμῶνος ἐρασθεὶς πολλὰ ἐποιεῖτο εἰς τὸ προσαγαγέσθαι τὴν κόρην. ὡς δ' ἐκείνη οὐ πάνυ ἐνεδίδου, ἐνενοεῖτο δόλῳ καὶ ἀπάτῃ περιγενέσθαι αὐτῆς. πορευομένην οὖν ποτε σὺν θεραπαινιδίοις ἐπί τι τῶν πατρῴων χωρίων, ὃ πλησίον τῆς θαλάσσης ἔκειτο, λοχήσας εἷλεν. ὡς δὲ ἐκείνη πολὺ μᾶλλον ἀπεμάχετο περὶ τῆς παρθενίας, ὀργισθεὶς Τράμβηλος ἔρριψεν αὐτὴν εἰς τὴν θάλασσαν· ἐτύγχανε δὲ ἀγχιβαθὴς οὖσα. καὶ ἡ μὲν ἄρα οὕτως ἀπολώλει· τινὲς μέντοι ἔφασαν, διωκομένην ἑαυτὴν ῥῖψαι. Τράμβηλον δὲ οὐ πολὺ μετέπειτα τίσις ἐλάμβανεν ἐκ θεῶν. ἐπειδὴ γὰρ Ἀχιλλεὺς ἐκ τῆς Λέσβου πολλὴν λείαν ἀποτεμόμενος ἤγαγεν, οὗτος ἐπαγομένων αὐτὸν τῶν ἐγχωρίων βοηθόν, συνίσταται αὐτῷ, ἔνθα δὴ πληγεὶς εἰς τὰ στέρνα παραχρῆμα πίπτει. ἀγάμενος δὲ τῆς ἀλκῆς αὐτὸν Ἀχιλλεὺς ἔτι ἔμπνουν ἀνέκρινεν, ὅστις τε ἦν καὶ ὁπόθεν. ἐπεὶ δὲ ἔγνω παῖδα Τελαμῶνος ὄντα, πολλὰ κατοδυρόμενος ἐπὶ τῆς ἠϊόνος μέγα χῶμα ἔχωσε. τοῦτο ἔτι νῦν ἡρῷον Τραμβήλου καλεῖται.* Pro *ἡρῷον* nescio an *ἠρίον* scribendum sit. Cfr. Schaeferus ad Plutarch. Vit. vol. IV p. 344. Ceterum similia de Trambelo ex Istri *Συμμίκτοις* rettulit laudatus a Galeo Tzetzes ad Lycophr. 468. Vitiose apud Athen. II p. 43 *d.* hoc nomen scribitur *Στράμβηλος*, docente versu Lycophronis l. l. *ἐλᾷ δὲ πάτρας τῆλε Τραμβήλου κάσιν.*

XXII.

Stephanus Byzant. p. 602: *Ὀγκαῖαι πύλαι Θηβῶν. Εὐφορίων Θρᾳκί. Ὄγκα γὰρ ἡ Ἀθηνᾶ κατὰ Φοίνι-*

κας. De Minerva Ὄγκᾳ dixit Kuhnius ad Pausan. IX p. 134. Aegyptiacam vocem dicit schol. Aeschyli S. c. Th. 492, Phoeniciam schol. Pind. Olymp. II, 44. Oncaeas portas, quas Oncaidas vocat Apollod. III, 6, 6, ab Ogygiis non diversas esse recte statuit Porsonus ad Eurip. Phoen. 1150 [1]).

XXII b.

Scholiastes Clementis Alex. Protrept. vol. IV ed. Klotz. p. 107: *Ἱπποκόων τις ἐγένετο Λακεδαιμόνιος, οὗ υἱοὶ ἀπὸ τοῦ πατρὸς λεγόμενοι Ἱπποκοωντίδαι ἐφόνευσαν τὸν Λικυμνίου υἱόν, Οἰωνὸν ὀνόματι, συνόντα τῷ Ἡρακλεῖ, ἀγανακτήσαντες ἐπὶ τῷ πεφονεῦσθαι ὑπ' αὐτοῦ κύνα αὐτῶν. καὶ δὴ ἀγανακτήσας ἐπὶ τούτοις ὁ Ἡρακλῆς πόλεμον συγκροτεῖ κατ' αὐτῶν καὶ πολλοὺς ἀναιρεῖ, ὅτε καὶ αὐτὸς τὴν χεῖρα ἐπλήγη. μέμνηται καὶ Ἀλκμὰν ἐν ά. μέμνηται καὶ Εὐφορίων ἐν Θρᾴκῃ* (sic) *τῶν Ἱπποκόωντος παίδων τῶν ἀντιμνηστήρων τῶν Διοσκούρων.* „De Hippocoontidis Dioscurorum *ἀντιμνηστῆρσιν* nihil constat aliunde: nisi forte Euphorion reconditiorem quandam et paene intermortuam famam sectatus est, ex qua fama non Apharetidis et Dioscuris, sed Dioscuris et Hippocoontidis de Leucippidibus fuerit contentio.“ Schneidewin. Coniect. crit. p. 7.

ΙΣΤΟΡΙΚΑ ΥΠΟΜΝΗΜΑΤΑ [2]).

XXIII.

Athenaeus lib. IV p. 154 c: *Εὐφορίων δὲ ὁ Χαλκιδεὺς ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν οὕτω γράφει. Παρὰ*

1) Haec nunc pluribus persequntus est Rob. Unger Parad. Theb. I p. 267 sqq. — 2) V. supra p. 26.

δὲ τοῖς Ῥωμαίοις προτίθεσθαι πέντε μνᾶς τοῖς ὑπομένειν βουλομένοις τὴν κεφαλὴν ἀποκοπῆναι πελέκει, ὥστε τοὺς κληρονόμους κομίσασθαι τὸ ἆθλον· καὶ πολλάκις ἀπογραφομένους πλείους δικαιολογεῖσθαι καθ' ὃ δικαιότατός ἐστιν ἕκαστος αὐτὸς ἀποτυμπανισθῆναι. Ex Athenaeo profecit Eustathius ad Odyss. p. 1837. Cfr. Roberti Titii Assert. V, 14 p. 120.

ΙΝΑΧΟΣ. ΙΣΤΙΑ [1]).

XXIV.

Scholiastes Clementis Alex. vol. IV ed. Klotz. p. 96: *Καρανῷ τῷ Ποιάνθους υἱῷ ἐξ Ἄργους μέλλοντι ἀποικίαν στέλλειν ἐπὶ Μακεδονίαν εἰς Δελφοὺς ἐλθόντι ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων·*

> *φράζεο δῖε Καρανέ, νόῳ δ' ἐμὸν ἔνθεο μῦθον·*
> *ἐκπρολιπὼν Ἄργος τε καὶ Ἑλλάδα καλλιγύναικα*
> *χώρει πρὸς πηγὰς Ἀλιάκμονος, ἔνθα δ' ἂν αἶγας*
> *βοσκομένας ἐσίδῃς, πρῶτον τόθι τοι χρεὼν ἐστιν*
> *ζηλωτὸν ναίειν αὐτὸν γενεάν τε πρόπασαν.*

Ἐπὶ δὲ τοῦ χρησμοῦ προθυμότερος γενόμενος Καρανός, σύν τισιν Ἕλλησιν ἀποικίαν στειλάμενος ἐλθὼν εἰς Μακεδονίαν ἔκτισε πόλιν καὶ Μακεδόνων ἐβασίλευσεν. καὶ τὴν πρότερον καλουμένην Ἔδεσσαν πόλιν Αἴγας (leg. *Αἰγὰς*) *μετωνόμασεν ἀπὸ τῶν αἰγῶν. ᾠκεῖτο δὲ τὸ παλαιὸν ἡ Ἔδεσσα ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Λυδῶν καὶ τῶν μετὰ Μίδου διακομισθέντων εἰς τὴν Εὐρώπην. Ταῦτα Εὐφορίων ἱστορεῖ ἐν τῇ Ἱστίᾳ καὶ Ἰνάχῳ.* De Carano, Phidonis fratre, qui primus Macedoniae regnum occu-

1) V. supra p. 22.

pavisse dicitur v. Wessel. ad Diodori Sic. II p. 637 et O. Müllerum Aegin. p. 59. Pro Carano alii nominant Perdiccam, v. Herod. VIII, 137 et Diodorus Sic. Exc. Vat. ed. Lips. p. 4 cll. O. Müllero Dor. I pag. 156.

XXIV b.

Athenaeus lib. XV pag. 700 *d*: *Εὐφορίων δ' ἐν Ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι Διονύσιόν φησι τὸν νεώτερον Σικελίας τύραννον Ταραντίνοις εἰς τὸ Πρυτανεῖον ἀναθεῖναι λυχνεῖον δυνάμενον καίειν τοσούτους λύχνους, ὅσος ὁ τῶν ἡμερῶν ἐστιν ἄριθμος εἰς τὸν ἐνιαυτόν.* Idem hoc *λυχνεῖον* memorari a Theocrito Id. XXI, 36 suspicatur Osannus Inscr. 275.

XXV.

Aelianus H. A. XXVII, 28: *Εὐφορίων δὲ ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι λέγει τὴν Σάμον ἐν τοῖς παλαιοτάτοις τοῦ χρόνου ἐρήμην, γενέσθαι τε ἐν αὐτῇ θηρία μεγέθει μὲν μέγιστα, ἄγρια δὲ καὶ προσπελάσαι τῳ δεινά, καλεῖσθαι δὲ* (fort. *γε*) *μὴν νηάδας, ἅπερ οὖν καὶ μόνῃ τῇ βοῇ ῥηγνύναι τὴν γῆν. παροιμίαν οὖν ἐν τῇ Σάμῳ διαρρεῖν τὴν λέγουσαν Μεῖζον βοᾷ τῶν νηάδων. ὀστᾶ δὲ ἔτι καὶ νῦν αὐτῶν δείκνυσθαι μεγάλα ὁ αὐτός φησι.* Vides quae hodie vocamus ossa Mammutina [1]), quorum effodiendorum frequens Samiis fuit opportunitas, quum eam insulam metallorum fodinis si quam aliam abundasse constet. Vid. Pollux VII, 99 et Valesius

1) Eodem refero Gigantum ossa a Suetonio Octav. Aug. 72 memorata et immanis magnitudinis costas corporum, ut ferebant, humanorum in Dalmatia repertas teste Phlegonte Trall. cap. 12, 15. Confer quae ex Alexandro tradit scholiasta Iliad. IV, 109.

ad Harpocrat. p. 108. Quas Aelianus *νηάδας* vocat, easdem haud scio an rectius Heraclides Polit. p. 518 dicat *νηΐδας*, quo ducit etiam Photius Lex. 298, 7: *Νηΐς: οὐκ εἰδώς· ἄπειρος· τὴν δὲ Νηΐδα νύμφην παρὰ τὰ νάματα ἔνιοι· καὶ τὸν Νεῖλον· καὶ ἐν Σάμῳ δὲ θηρία γενέσθαι [φασίν], ὧν φθεγγομένων ῥήγνυσθαι τὴν γῆν. ἐκαλοῦντο δὲ νηΐα ὡσεῦται ἄν.* Suidas *ὡς Ἐνταίων*, ubi Kusterus *ὡς Εὐφορίων*. Recte Dobraeus *ὡς Εὐγαίων* [1]). Mirifice corruptus est Apostolius Proverb. XI, 12 ubi proverbium illud ita legitur: *καὶ μία μείζων βία τῶν Μηνιάδων, ἐπὶ τῶν ἀφορήτοις περιπεσόντων δεινοῖς.* Ex iis, quae statim addit Apostolius, emendandus est Aelianus, apud quem male legitur *ἐρήμην γενέσθαι τε ἐν αὐτῇ*, pro quo recte Apostolius habet *ἐρήμην γενέσθαι, φανῆναί τε ἐν αὐτῇ κτλ.* Pro Aelianeis *ἄγρια δὲ καὶ προσπελάσαι τῳ δεινά*, idem habet *ἄγρια δὲ προσπαλαῖσαι.* Quod autem *Μηνιάδας* vocat Apostolius belluas istas pro *νηάδας* vel *νηΐδας*, id fluxit ex vitioso, quo usus est, Aeliani codice, in quo scriptum invenerat *καλεῖσθαί γε Μηνιάδας* pro *καλεῖσθαί γε μὴν Νηάδας*. Mire Dobraeus *καλέεσθαι δὲ μιν νηΐδας*, ut servata sint ipsa Eugaeonis verba. Atqui Euphorionem citavit Aelianus, non Eugaeonem.

Alia fragmenta probabiliter ex iisdem commentariis petita in Incertis exhibui.

---

1) De Eugaeone, antiquissimo scriptore Samio, Dobraeus affert Museum crit. Cantabr. I. II. V. Eiusdem nomen G. Cuperus restituit Suidae s. v. *Αἴσωπος*, sed male scripsit *Εὐγείων*. Idem nomen restitue auctori Certaminis Hom. et Hesiodi ed. Goettl. p. 241, 20 ubi vitiose legitur *Ἑλλάνικος καὶ Κλεάνθης Βίωνα* (Homeri patrem) *λέγουσι, Εὐμαίων δὲ Μελητα.*

ΛΕΞΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ [1]).

XXVI.

Erotianus Expos. Voc. Hipp. p. 104: *Βλιχῶδες*, *Ἐπικλῆς μὲν φησι τὸ λελιπασμένον μετὰ γλοιώδους ὑγρασίας ἀκαθάρτου, Εὐφορίων δὲ τὸ ἐκπεπιεσμένον καὶ κατάξηρον.* Vid. Foesium Oecon. Hipp. p. 132 *b*.

ΜΟΨΟΠΙΑ Η ΑΤΑΚΤΑ [2]).

XXVII.

Ἀκτῆς δὲ παροίτερα φωνηθείσης,
οἱ μὲν δὴ ἐνέπουσιν καὶ Ἀσίδα κικλήσκεσθαι,
οἱ δὲ Ποσειδάωνος ἐπώνυμον αὐδηθῆναι.

Scholiasta Dionysii Perieg. 620: *καὶ ἡ Ἀττικὴ δὲ Ἀσία πρώην ἐκαλεῖτο, ὡς ἱστορεῖ ὁ Διονύσιος ὁ Κυζικηνός. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ποσειδωνία ἐκαλεῖτο ὡς Εὐφορίων φησὶν Ἀκτῆς δὲ παροίτερα κτλ.* Vs. 1 *Ἀκτῆς δὲ παροίτερα* Bernhardius. Cod. *Ἀσίης δὲ πανροτέρα.* Idem recte vidit locum ad Mopsopiam referendum esse. De Acte vel Anchiale (Hesych. v. *Ἀγχιάλη*) et Asia, ve tustis Atticae nominibus, etiam aliunde constat; de Posidonia non item. Cfr. Bernhardium. Ceterum adverte tres deinceps hexametri exitus spondiacos. Nusquam id a vetustis, aliquoties ab Alexandrinis epicis factum est. V. Lehrsium Epic. quaest. p. 310. Alexandrinos sequutus est Catullus Carm. LXIV, 78 sq.

---

1) V. supra p. 29. — 2) V. supra p. 12.

XXVII b.

Choeroboscus apud Bekker. Anecd. gr. p. 1194: εἰ γὰρ καὶ εὕρηται τὸ λὶς συνεσταλμένον ἔχον τὸ ῑ, ὡς ἐπὶ τοῦ „ὥστε λὶς ἠϋγένειος“ ποιητικῶς, ὡς παρ' Εὐφορίωνι ἐν μομψοπίᾳ (leg. Μοψοπίᾳ) ὡς ἐπὶ τοῦ „οἱ ἐπιθύουσι βῶν λίες“ καὶ πάλιν „κάπροι τε λίες τε.“ ἀλλ' οὖν καὶ ἐκτεταμένον ἔχει αὐτό. ὡς ἐπὶ τοῦ „λῖες μέντοι λίεσσιν.“ Haec, nisi hariolatus est Choeroboscus, ita constitui debent: εἰ γὰρ καὶ εὕρηται τὸ λὶς συνεσταλμένον ἔχον τὸ ῑ ποιητικῶς, ὡς παρ' Εὐφορίωνι ἐν Μοψοπίᾳ ἐπὶ τοῦ

Οἱ δ' ἐπιθύουσιν βουσὶν λίες

(vel simili modo) καὶ πάλιν

Κάπροι τε λίες τε.

ἀλλ' οὖν καὶ ἐκτεταμένον ἔχει αὐτό, ὡς ἐπὶ τοῦ „ὥστε λῖς ἠϋγένειος“ (Hom. Il. ὁ, 275 et alibi) καὶ ἐπὶ τοῦ „λῖες μέν ῥα λίεσσιν.“ Postrema Callimachi verba esse suspicor. Vid. schol. Venet. ad Hom. Iliad. λ, 480 (Fragm. CCCCLXVIII) τὸ πληθυντικὸν παρὰ Καλλιμάχῳ αἱ μέν ῥα λίεσσιν, ex quo assumsi μέν ῥα pro μέντοι. Αἱ autem vides quam facile e λῖες corrumpi potuerit. De accentu vocis, quam alii λῖς alii λὶς scribebant, vide Lobeckii Paral. p. 85 et Hermannum ad Euripidis Bacch. 1166.

ΞΕΝΙΟΣ [1]).

XXVIII.

Scholiastes Apollonii Rh. II, 354: Πρόδωρός τε καὶ Εὐφορίων ἐν τῷ Ξενίῳ ἐκείνῃ (apud Heracleam

1) V. supra p. 23.

Ponticam) φασὶ τὸν Κέρβερον ἀνῆχθαι ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους καὶ ἐμέσαι χολήν, ἐξ ἧς φυῆναι τὸ καλούμενον ἀκόνιτον φάρμακον. Aelius Promotus MS apud Schneiderum ad Nicandri Alexiph. p. 92: τὸ ἀκόνιτον φύεται μὲν ἐν ἀκόναις· λόφος δέ ἐστιν ἐν Ἡρακλείᾳ οὕτω καλούμενος Ἀκόναι, ὡς ἱστορεῖ Θεόπομπος [1]) καὶ Εὐφορίων δὲ ἐν Ξενίῳ. De Aconis scholiasta Nicandri Alexiph. 41: τὰς δὲ Ἀκόνας οἱ μὲν ἐν Ἡρακλείᾳ φασὶ γίνεσθαι, οἱ δὲ ἐν Ἑρμιόνῃ, οἱ δὲ ἐν Ταναγρᾳ. Ubi pro Ταναγρᾳ fortasse Ταινάρῳ scribendum, quoniam Ἀκόναι iis fere locis commemorantur, ubi Orci fauces esse putabantur. Euphorionis locum respexit forsan Etymol. M. p. 50, 43: Εὐφορίων δὲ θηλυκῶς λέγει τὴν βοτάνην. ἣ ἣν οὐδεὶς δύναται κονῖσαι, τουτέστι κνῆσαι. Zonaras Lex. p. 108: Ἀκόνιτον: Εὐφορίων λέγει τὴν βοτάνην ἣν οὐδεὶς δύναται κονῖσαι, et mox p. 110: Ἀκόνιτον, εἶδος βοτάνης δηλητηριώδους. „Ἀλλὰ πιὼν ἀκόνιτον ὑπέκφυγε τοῦτ' ἀκονιτί.“ Qui versus, cuius sedes fugit Tittmannum, est Diogenis Laertii lib. V p. 273. De aconiti origine et nomine eadem rettulit Ovidius Metam. VII, 407. Cfr. Plinius H. N. 27, 3. Intpp. Ovidii Metam. l. l. et Meursius in Theophr. cap. 5. De infernalibus prope Heracleam faucibus multa veterum scriptorum testimonia prostant, ex quibus totam illam regionem subterraneis ignibus olim expositam fuisse coniicias [2]). Conf. Spanhemius ad Callim. in Del. 291 et Salmasius Exercitt. Plin. p. 623. Acherusiam paludem iisdem in locis commemorat Etymol.

1) V. Antigonus Caryst. 131 p. 181.

2) Contra hanc opinionem dubitationem movit Bernhard. ad Dionysii Perieg. 789.

mol. M. p. 180 fin. Cfr. Libanius vol. I p. 13 ed. Reisk. Herodorus, quem cum Euphorione coniungit scholiastes Apollonii, non dubito quin sit Ponticus, qui suam de aconiti origine sententiam haud dubie in libro de rebus Herculis proposuerat. V. Heynium ad Apollod. II p. 135.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΛΕΥΑΔΩΝ [1]).

XXIX.

Clemens Alex. Strom. I p. 389 Sylb.: *Εὐφορίων δὲ ἐν τῷ περὶ Ἀλιάδων κατὰ Γύγην αὐτὸν* (Homerum dicit) *τίθησι γεγονέναι, ὃς βασιλεύειν ἤρξατο ἀπὸ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος. ὃν καί φησι πρῶτον ὠνομάσθαι τύραννον.* Recte Valesius ad Harpocr. p. 75 et Toupius ad schol. Theocr. XVI, 34 corrigunt *Ἀλευαδῶν*. sic enim, non *Ἀλευάδων*, scribere debebant, cuius erroris consortem nacti sunt praeter alios Marxium ad Ephor. p. 7 qui latine vertens Euphorionei libri titulum scripsit de Aleuadibus. Nec melius Burmannus ad Ovid. vol. IV pag. 78. Editam lectionem *Ἀλιάδων* retinet non solum Vossius de Hist. Graec. I p. 86, sed Scaliger etiam in *Συναγωγῇ ἱστορικῇ*, notatus ob eam caussam a Ruhnkenio ad Timaei Lex. Plat. p. 23. Quod Gygen Euphorio primum omnium tyrannum appellatum fuisse scripserat, de eo olim actum fuisse videtur in scholiis Archilochi Iamb. 21 in Schneidew. Delect. pag. 178. Vide Etymol. M. pag. 771, 55 ibique Sylb.

---

1) V. supra p. 27.

XXX. XXXI.

Scholiastes Theocr. Idyll. XVI, 34: τὰ δὲ περὶ Ἀλεύαν τὸν Σιμίου πάντα ἀνείλετο Εὐφορίων. Reiskius ἀνείλεκτο. Pro Σιμίου legendum esse Σίμου iam olim monui Comment. Misc. I p. 52. Vide nunc Boeckh. ad Pind. p. 338 et Buttmannum Mythol. II p. 251. Aleuadarum familiae cognatos fuisse Scopadas quum aliunde constat tum Ovidius docet in Ibid. 513:

Lapsuramque domum subeas ut sanguis Aleuae,
Stella Leoprepidae quum fuit aequa viro.

Hinc admodum probabile videri potest in eodem de Aleuadis scripto Euphorionem nobilem illam et a multis commemoratam fabulam de Simonide praesenti Dioscurorum ope servato exposuisse. Quintil. Inst. XI, 2: *est autem magna inter auctores dissensio Glaucone Carystio an Leocrati an Agatharcho an Scopae scriptum sit id carmen, et Pharsali fuerit haec domus ut ipse quodam loco significare Simonides* [1]) *videtur atque Apollodorus et Eratosthenes et Euphorio, an Crannone, ut Apollas et Callimachus.* Ita enim recte haec quamquam dubitanter correxit Bentleius pro edito *ut Apollas Callimachus*, quod varie tentatum est ab editoribus. De Apolla, haud ignobili historico, vide Boeckhium Praef. ad Pind. schol. p. XXIII. Eiusdem scriptoris Δελφικὰ ad partes vocat Clemens Alex. Protr. p. 14 Sylb. Ab eo diversus videtur is, qui de Agrippa philosopho scripsit testante Diogene Laert. X, 106.

---

1) Ad hoc Simonidis carmen referendos esse quos Lucianus Imag. 19 affert anonymi poetae versus, monui ad h. l. in edit. prima, quod ignoravit Welckerus in Annalibus Iahnii a. 1830 vol. I p. 62.

ΠΕΡΙ ΙΣΘΜΙΩΝ [1]).

XXXII.

Athenaeus lib. IV p. 182 e: *Εὐφορίων δὲ ὁ ἐποποιὸς ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων, οἱ νῦν, φησί, καλούμενοι ναβλισταὶ καὶ πανδουρισταὶ καὶ σαμβυκισταὶ καινῷ μὲν οὐδενὶ χρῶνται ὀργάνῳ· τὸν γὰρ βάρωμον καὶ βάρβιτον, ὧν Σαπφὼ καὶ Ἀνακρέων μνημονεύουσι, καὶ τὴν μάγαδιν καὶ τὰ τρίγωνα καὶ τὰς σαμβύκας ἀρχαῖα εἶναι· ἐν γοῦν Μιτυλήνῃ μίαν τῶν Μουσῶν πεποιῆσθαι ὑπὸ Λεσβοθέμιδος ἔχουσαν σαμβύκην.* Eadem fere leguntur lib. XIV p. 635 a: *Εὐφορίων δ' ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων παλαιὸν μὲν φησιν ὄργανον εἶναι τὴν μάγαδιν, μετασκευασθῆναι δ' ὀψέ ποτε καὶ σαμβύκην μετονομασθῆναι. πλεῖστον δ' εἶναι τοῦτο τὸ ὄργανον ἐν Μιτυλήνῃ, ὡς καὶ μίαν τῶν Μουσῶν ἔχουσαν αὐτὸ ὑπὸ Λεσβοθέμιδος ποιηθῆναι ἀρχαίου ἀγαλματοποιοῦ.* Ibid. *f*: *Εὐφορίων τε ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων τὰ πολύχορδά φησι τῶν ὀργάνων ὀνόμασι μόνον παρηλλάχθαι, παμπάλαιον δ' αὐτῶν εἶναι τὴν χρῆσιν.*

XXXII b.

Athenaeus lib. XIV p. 633 *f*: *Περὶ σαμβύκης ἔφη ὁ Μασσούριος, ὀξύφθογγον εἶναι μουσικὸν ὄργανον τὴν σαμβύκην, διειλέχθαι τε περὶ αὐτοῦ Εὐφορίωνα τὸν [αὐτὸν] ἐποποιὸν ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων, χρῆσθαι φήσας αὐτῷ Πάρθους καὶ Τρωγλοδύτας τετραχόρδῳ ὄντι, ἱστορεῖν δὲ τοῦτο καὶ Πυθαγόραν ἐν τῷ περὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης.*

1) V. supra p. 28.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΟΠΟΙΙΩΝ [1]).

XXXIII.

Athenaeus lib. IV p. 184 *a*: *Εὐφορίων δὲ ὁ ἐποποιὸς ἐν τῷ περὶ μελοποιῶν τὴν μὲν μονοκάλαμον σύριγγα Ἑρμῆν εὑρεῖν, τινὰς δ' ἱστορεῖν Σεύθην καὶ Ῥωνάκην τοὺς Μαίδους, τὴν δὲ πολυκάλαμον Σιληνόν, Μαρσύαν δὲ τὴν κηρόδετον.* Postrema Salmasius Exercitt. Plin. p. 584 *b*. ita constituit: *τὴν δὲ πολυκάλαμον Σιληνὸν Μαρσύαν, τὴν κηρόδετον.* Quod verum videtur; certe non apparet quid discriminis intercedat inter tibiam *πολυκάλαμον* et *κηρόδετον*. Idem valet de Sileno et Marsya. Vulgatum tamen sequutus est I. H. Vossius ad Virg. Buc. vol. I p. 71. *Μαίδους* Schweighaeuserus, libri *Μήδους*.

ΠΟΛΥΧΑΡΗΣ [2]).

XXXIV.

Γαιζῆται περὶ δείρεα χρυσοφορεῦντες.

Etymol. M. p. 223, 16: *Γαιζῆται, οἱ Γαλάται, παρὰ τὸ τὴν γῆν ζητεῖν. ἐκπεσόντες γὰρ τῆς ἑαυτῶν χώρας πολλὴν γῆν περιῆλθον ζητοῦντες ὅπη οἰκήσουσιν. Εὐφορίων ἢ Πολυχαρίη· ὅθεν καὶ Γαιζῆται περὶ δείρεα χρυσοφορεῦντες.* Legendum videtur, *ζητοῦντες ὅπη οἰκήσουσιν· ὅθεν καὶ Εὐφορίων Πολυχάρει Γαιζῆται κτλ.* Nisi malis, *ὅπη οἰκήσουσιν. ἔστι δὲ ἔθνος χρυσοφοροῦν, ὅθεν καὶ Εὐφορίων Πολυχάρει Γαιζῆ-*

1) V. supra p. 29. — 2) V. supra p. 23.

ται etc. Cfr. Stephanus Byz. s. v. *Γάζα* p. 257: *λέγονται δὲ Γαζῖται παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις. — εἰσὶ δὲ καὶ διὰ τοῦ η ἔθνος Γαλατῶν χρυσοφοροῦν, ὡς Εὐφορίων.* Eustathius ad Il. β', 140 ex antiquis grammaticis: *Γαιζῆται παρὰ τὴν γαῖαν οἱ Γαλάται, οἳ τῆς οἰκείας ἐκπεσόντες γαῖαν ἐζήτουν ἐφ' ἧς οἰκήσουσι.* Priora Etymol. M. verba sunt etiam apud Zonaram Lex. p. 417. In Euphorionis versu Sylburgius coniecit *περιδέρρεα*, quae vitiosa est forma et quotiescunque occurrit in *περιδέραια* mutanda, ut apud grammat. Seguer. p. 388. Fortasse legendum *περὶ δειρὴν* vel *δειράδα.*

XXXV.

Choeroboscus apud Bekk. Anecd. Gr. p. 1381: *θρᾶνυξ θράνυκος ἐπὶ τοῦ θρόνου παρὰ Κορίννῃ. θρῆνυξ θρήνυκος ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ. καὶ ἔστιν ἡ χρῆσις παρ' Εὐφορίωνι ἐν Πολυχάρει.*

ΥΑΚΙΝΘΟΣ [1]).

XXXVI.

Πορφυρέη ὑάκινθε, σὲ μὲν μία φῆμις ἀοιδῶν
'Ροιτείης ἀμάθοισι δεδουπότος Αἰακίδαο
εἴαρος ἀντέλλειν, γεγραμμένα κωκύουσαν.

Scholiastes Theocr. Idyll. X, 28: *τὸ πάθος τοῦ Αἴαντος ὑποφαίνει εἰς ὃ Εὐφορίων ἀπιδὼν εἶπεν Πορφυρέη κτλ.* Eundem locum respexit Eustath. ad Hom. p. 285: *Εὐφορίων φησὶν ὅτι ἐκ τοῦ αἵματος τοῦ ῥυέντος ἐκ γῆς τοῦ Αἴαντος ὑάκινθος ἐξέφυ.* Ad Hyacinthum rettuli praeeunte Reinesio Epist. ad Daum.

1) V. supra p. 23.

85 p. 215. Vs. 1 *πορφυρέη ὑάκινθε.* Quemnam florem veteres hyacinthum vocaverint, saepe multumque disputatum est; hoc certum est, eum ex iridum genere fuisse. Vid. Salmasius ad Solin. p. 1042. I. H. Vossius ad Virgilii Ecl. II, 18, 50. III, 106. X, 39 et quos laudat Schweighaeuserus ad Athen. vol. VIII p. 150. Sequuntur verba *σὲ μὲν μία φῆμις ἀοιδῶν.* Pro *σε* duo codd. Vatic. *σοί*, alius *σύ.* Loco *φῆμις* vulgatur *φάτις.* Sensit vitium Bochartus Hierozoico tom. II p. 728, sed male corrigit: *σὲ τοὔνομα φασὶν ἀοιδοί.* Idem reperio apud Salmasium ad Solin. pag. 733 *b.* Toupius ad Theocr. schol. p. 218 tentabat *σὲ μὲν φάτις ἐστὶν ἀοιδῶν.* Non male id quidem, sed vereor ne invito poeta, qui quum dicit *σὲ μὲν μία φῆμις ἀοιδῶν*, significasse videtur se etiam reliquas fabulas, quas poetae de hyacinthi origine finxissent, in illo carmine explicaturum esse. Neque id alienum a more recentiorum epicorum esse docet Nonnus Dion. XII, 292 sqq. *Καὶ τὰ μὲν ἀμπελόεντος ἀείδεται ἀμφὶ κορύμβου, πῶς πέλεν ἡβητῆρος ἐπώνυμος. ὑμνοπόλων δὲ ἄλλη πρεσβυτέρη πέλεται φάτις.* Idem XLI, 155: *ἀλλά τις ὁπλοτέρη πέλεται φάτις, ὅττι* etc. Itaque recepi elegantem Hemsterhusii ad Lucian. p. 240 correctionem, etiam Geelio Bibl. or. nov. I p. 47 probatam, nisi quod *μίαν φῆμιν* de una et consentiente poetarum voce intelligit. — Vs. 2 *Ῥοιτείης ἀμάθοισιν.* Ea communis fama erat. V. Hemsterh. ad. Lucian. p. 520. Ad sequentia *δεδουπότος Αἰακίδαο* mira scripsit Heinsius Lectt. Theocr. XVI p. 351: „Non capio quomodo dicat *Αἰακίδαο*, non *Αἴαντος*“ notatus ideo Valckenario ad Euripidis Phoen. 425, quem vide etiam ad Theocr. Adon. p. 440 *b.* sq. Omnino satis frequens

est papponymicorum usus. Ita Perseus apud Ovidium Metam. IV, 771 a proavo vocatur Agenorides. De Protesilao Phylacide idem adnotavit Hemsterhusius ad Lucian. p. 426. Atque ipsum illud *Αἰακίδης* de Aiace usurpatum attulit grammaticus Crameri Anecd. IV p. 326, 25. Cfr. Suidas s. v. *Ἀλκείδης*. Nec desunt mammonymicorum exempla, ex quo genere est *Λητοΐδης* de Aesculapio dictum ab Hesiodo Fragm. ed. Marckscheff. CI p. 317:

πατὴρ δ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε
χώσατ', ἀπ' Οὐλύμπου δὲ βαλὼν ψολόεντι κεραυνῷ
ἔκτανε Λητοΐδην, φίλον σὺν θυμὸν ὀρίνων.

In quibus praeter *φίλον* nil corruptum. — Vs. 3 *εἴαρος ἀντέλλειν*. Ita editum *εἴαρος ἀντελλομένου* emendarunt Casaubonus Lectt. Theocr. p. 264 et Heinsius ad Ovidii Metam. X, 215. Confirmant codd. duo Vatic. qui habent *ἀνατέλλειν*, alius *ἀντέλλειν*. Idem sequutus est Hemsterhusius ad Lucian. p. 240, qui primus omnium intellexit *εἴαρ* Euphorionem de sanguine dixisse. Quem usum ibidem docte illustravit. Cfr. Ruhnkenium ad Fragm. Callim. CCXLVII et Naekium de Hecale cap. VI p. 40. Denique *γεγραμμένα κωκύουσαν* quo spectet obscurum esse non potest; hinc *αἰαστὴν ὑάκινθον* dixit Nicander apud Athen. XV p. 683 *e.* simul ad Aiacis nomen alludens. Ausonius Id. VI, 12 ***et tragico scriptus gemitu Salaminius Aeas.*** Claudianus Rapt. Pros. II, 131: ***Te quoque flebilibus moerens, Hyacinthe, figuris.*** Ante *γεγραμμένα* sine caussa Salmasius ad Solin. p. 860 addidit articulum. Cfr. quod Dioscorides dixit *ἐβληχημένα βάζειν*, de quo vide Delect. poet. Anth. gr. p. 186. Non probari posse videntur quae de his verbis scripsit Geelius Bibl. cr. I p. 48.

XXXVII.

Κώκυτός τοι μοῦνος ἀφ' ἕλκεα νίψεν Ἄδωνιν.

Ptolemaeus Heph. apud Photium Bibl. CXC p. 471. Schott. p. 146, 31 Bekk.: *ὅτι τὸ παρ' Εὐφορίωνι ἐν Ὑακίνθῳ ἀπορούμενον Κώκυτος μοῦνος κτλ. τοιοῦτόν ἐστι. Κώκυτος ὄνομα Χείρωνος ἐπὶ τῇ ἰατρικῇ μαθητὴς ἐθεράπευσε τὸν Ἄδωνιν ὑπὸ τοῦ συὸς τρωθέντα.* Quae si vera est interpretatio, facile intelligitur, non recte Schottum Observ. Human. II, 26 aliosque composuisse hunc versum cum Propertianis lib. II, 25, 91:

Et modo formosa qui multa Lycoride Gallus
Mortuus inferna vulnera lavit aqua,

quorum verborum longe alia sententia est. Addidi autem cum Scaligero *τοι* et pro *ἀφελκέα* scripsi *ἀφ' ἕλκεα*, quod recepit Bekkerus. Non recte editum mihi tueri videtur Geelius Bibl. crit. nov. I p. 48.

XXXVIII.

Πλευρά τε καὶ θώρηκα διήριχεν ἰνίον ἄχρις.

Scholiastes Pind. Nem. VII, 39: *Αἴας ἔπαξε διὰ φρενῶν λευρὸν ξίφος· οὕτω καὶ Εὐφορίων τὴν πληγὴν ὑπεστήσατο Πλευρά τε καὶ κτλ.* Facit huc argumentum Sophoclis Aiacis p. 7 ed. Herm.: *περὶ δὲ τῆς πλευρᾶς ὅτι μόνην αὐτὴν τρωτὴν εἶχεν ἱστορεῖ καὶ Πίνδαρος, ὅτι τὸ μὲν σῶμα ὅπερ ἐκάλυψεν ἡ λεοντῆ ἄτρωτον ἦν· τὸ δὲ μὴ καλυφθὲν τρωτὸν ἔμεινεν.* Alios auctores sequutus est Quintus V, 483 *Ἑκτόρεον ξίφος ὦσε δι' αὐχένος.* Cfr. Hermannum Opusc. VII p. 374 et Lobeckium ad Sophoclis Aiac. p. 365. Ceterum non dubito quin recte hunc versum ad Hyacinthum

rettulerim, in quo carmine ut Aiacis obitus a poeta narraretur, consentaneum erat. Alium versum probabiliter ad idem carmen referendum vide infra fragm. LXXXIX.

ΦΙΛΟΚΤΗΤΗΣ [1]).

XXXIX.

Τὸν δ' ἐκάλυψε θάλασσα λιλαιόμενον βιότοιο,
καί οἱ πήχεες ἄκρον ὑπερφαίνοντο ταθέντες
ἀχρεῖ' ἀσπαίροντος ἄδην Δολοπιονίδαο,
δυστήνου· ζωὴν δὲ μεθ' ὕδατος ἔκβαλε πᾶσαν
χεῖρας ὑπερπλάζων, ἅλμη δ' ἐκάλυψεν ὀδόντας.

Servavit Stobaeus Serm. LIX, 16 cum lemmate *Εὐφορίωνος Φιλοκτήτου.* Latino carmine reddidit Grotius:

Ast illum vitae cupidum mare fluctibus hausit,
Lenta super pelagus tollentem brachia frustra,
Heu miserum Dolopionidem, manibusque micantis
Obruit unda animam, salsusque os occupat imber.

Vs. 1 cod. Par. A *λιλαιόμενον πλούτοιο.* Cfr. Homer. Odyss. 21, 536: *πρὸς δὲ πόλιν τρωπῶντο λιλαιόμενοι βιότοιο.* — Vs. 2 Gesn. 3 *ὑπερβαίνοντο,* qui operarum error est, propagatus inde in Florilegium Grotianum. Recte Trinc. et prima Gesn. cum codd. *ὑπερφαίνοντο.* Elegans est Lobeckii coniectura ad Phryn. pag. 338 *ἄκρ' ὑπερικταίνοντο,* sed non necessaria. — Vs. 3 vulgo *ἀχρεῖα σπαίροντες,* quod correctum ex cod. Par. A. Atque ita ex coniectura iam Valckenarius

1) V. supra p. 23.

apud Gaisfordum et Blomfield. ad Aeschyli Pers. 970. Ibid. pro ἅλις Valckenarius ἅλης. Blomfield. ἁλός. Scripsi ἅδην. Nomen Δολοπιονίδης mirum est Valckenario propter productionem tertiae syllabae suspectum fuisse. Quaeritur autem, qui sit ille, cuius obitum describit poeta, Dolopionides. Respondet pro nobis Hyginus Fab. CII p. 164: ***Sed quum Achivi ex vulnere tetrum odorem ferre non possent, iussu Agamemnonis regis, in Lemno expositus est cum sagittis divinis. quem expositum pastor regis Actoris, nomine Phimachus, Dolophionis filius, nutrivit***, ubi legendum videtur: ***Iphimachus Dolopionis filius.*** Pro Iphimacho Euripides ipsum Actorem cum Philoctete conversantem induxerat, teste Dione Chrysost. LII p. 549 Mor.: *αὐτὸς γοῦν Εὐριπίδης τὸν Ἄκτορα εἰσάγει ἕνα τῶν Λημνίων, ὡς γνώριμον τῷ Φιλοκτήτῃ προςιόντα καὶ πολλάκις συμβεβληκότα.* Ita enim recte nuper editum Ἕκτορα correctum est. Eiusdem Actoris memoriam, quem alios auctores sequutus Hyginus Lemniorum regem appellavit, servavit, ni coniectura fallit, Ovidius Trist. I, 10, 17: ***Fleximus in laevum cursus, et ab Hectoris urbe Venimus ad portus, Imbria terra, tuos.*** Scribendum videtur ex bonis codd. ***ab Actoris urbe***, i. e. ab insula Lemno. Certe Rud. Merkelii interpretatio, qui Hectoris urbem de Ophrynio intelligit, non videtur probari posse. — Vs. 4 ἔκβαλε scripsi pro ἔμβαλε [1]). — Vs. 5 ἄλμη scripsi pro vulgato ἅλμη. Ibid. probabiliter Geelius Bibl. crit. nov. I p. 46 *ἐκάλυψε θανόντα.*

---

1) Ita in edit. prima. Nunc idem ex Valcken. adversariis protulit Gaisfordus

Ex eodem Euphorionis carmine etiam sequens fragmentum ductum videtur.

XL.

Tzetzes ad Lycophr. 911: *Φιλοκτήτης δ' ἐξώσθη εἰς Ἰταλίαν πρὸς Καμπανούς, καὶ πολεμήσας Λευκανοῖς πλησίον Κρότωνος καὶ Θουρίου Κρίμισσαν κατοικεῖ, καὶ πανθεὶς τῆς ἄλης Ἀλαίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν κτίζει, ᾧ καὶ τὸ τόξον αὐτοῦ ἀνέθηκεν, ὥς φησιν Εὐφορίων.* Cod. alii *Ὡρίων*, alii *Ἀρίων*. De Apolline Alaeo vide Etymol. M. p. 58, 4 et Wesseling. ad Itiner. p. 490. Probabile est Euphorionem etiam alia, quae de Philoctete in Italiam delato ferebantur, hoc carmine explicuisse, veluti quod de Eileniae Minervae templo a Philoctete condito narrat ex antiquis scriptoribus Etymol. M. p. 298, 26: *Εἰλενία Ἀθηνᾶ: Φιλοκτήτης γὰρ παραγενόμενος εἰς Ἰταλίαν ἱδρύσατο Εἰλενίας Ἀθηνᾶς ἱερόν.*

ΧΙΛΙΑΔΕΣ [1]).

XLI.

Καὶ Ψίλιν Ἀσκάνιόν τε [καὶ ὕδατα] Ναναίθοιο.

Stephanus Byzant. p. 180: *ἔστι καὶ Ἀσκάνιος ποταμός. Εὐφορίων Χιλιάσι Καὶ Ψιλοὶ Ἀσκάνιόν τε Ναναίθοιο. Ψιλῆς Μυσίας, Ναύαιθος Ἰταλίας.* Recte cod. Rehdig. in Euphorionis versu *Ψίλιν* et mox *Ψίλις*. Cfr. Stephan. s. v. *Ψίλις* et Strabon. XII, p. 513, ubi male editur *Ψίλλις*. Verba *καὶ ὕδατα* pro-

1) V. supra p. 13.

babili coniectura addidit Friedemann de M. S. P. p. 337. De Nauaetho vide Etymol. M. p. 598, 38 et Cluverii Ital. Ant. II p. 1313. Theocrito Id. IV, 24 dicitur *Νήαιθος*, cuius formae manifesta vestigia supersunt in hodierno nomine N e e t o. Suidas, *Ναίεθος*: *ὄνομα ποταμοῦ*. Lege *Ναύαιθος*.

XLII.

Δαίμων . . . σαιτο φιλοπλοκάμοισι Δυμαίναις.

Stephanus Byz. p. 312: *Δυμᾶν* (*Δυμᾶνες*?), *φυλὴ Δωριέων· ἦσαν δὲ τρεῖς, Ὑλλεῖς καὶ Πάμφυλοι καὶ Δυμᾶνες, ἐξ Ἡρακλέους . . . . οἱ οἰκοῦντες Δυμᾶνες. καὶ Δυμανὶς τὸ θῆλυ* (*θηλυκόν*?). *Στέλλεο νῦν ἔτι τῆλε Δυμανι πειροιο. καὶ Δύμαινα. Εὐφορίων χιλιάσι Δαίμων . . . σαιτο φιλοπλοκάμοισι Δυμαίναις.* Ita cod. Seguer. apud Montefalconium Bibl. Coisl. pag. 281. Vulgo *καὶ Δυμανὶς τὸ θῆλυ καὶ Δύμαινα*, ceteris omissis. Priorem versum auctoris incerti facile corrigas scribendo *Στέλλεο νῦν ἐπὶ τῆλε Δυμανίδος ἠπείροιο.* Sed Euphorionis verba non expedio. Dymaenas habes item in titulo fabulae Pratineae *Δύμαιναι ἢ Καρυάτιδες* apud Athen. X p. 392. De Dymanibus v. Boeckh. C. I. vol. I p. 579.

XLIII.

Ζηνὸς Χαονίοιο προμάντιες ηὐδάξαντο.

Stephanus Byzant. pag. 753: *Χαονία, μέση τῆς Ἠπείρου. οἱ οἰκήτορες Χάονες. λέγεται καὶ Χαόνιος. Εὐφορίων Χιλιάσι Ζηνός κτλ.* Probabile est hunc versum ex ultimo Chiliadum libro ductum esse.

XLIV.

Athenaeus lib. X p. 436 *f.*: *Ξέναρχος δ' ὁ Ῥόδιος διὰ τὴν πολυποσίαν Μετρητὴς ἐκαλεῖτο· μνημονεύει δὲ*

αὐτοῦ Εὐφορίων ὁ ἐποποιὸς ἐν Χιλιάσι. Hunc hominem Euphorio dixerat Ξείναρχος. Pro Xenarcho Aelianus Var. Hist. XII, 26 nominat Xenagoram: ποτίστατοι γεγόνασιν ἄνθρωποι, Ξεναγόρας ὁ Ῥόδιος ὃν ἐκάλουν Ἀμφορέα, ubi Perizonius et Fabricius Bibl. Gr. II p. 505 ex Athenaeo maluerunt Ξέναρχος. Quod potatorem illum Μετρητὴν appellatum fuisse scripsit Athenaeus, simili convicio Philonidem Tarentinum dicebant Κοτύλην, teste Anonymo apud Maium Excerpt. vett. auct. II p. 504.

XLV.

Tertullianus de Anim. 46 p. 346 ed. Rigalt. de somniorum eventu disputans: ***Alexandrum qui sciunt,*** inquit, ***leonem annuli recognoscunt, Ephorus scribit. sed et Dionysii Siciliae tyrannidem Himeraea quaedam somniavit, Heraclides prodidit. et Seleuco regnum Asiae Laodice mater nondum ea enixa praevidit, Euphorion provulgavit.*** Rem copiosius narrant Iustinus Hist. XV, 4 et Appianus Syr. p. 211, qui inter alia haec habet: καὶ ὄναρ αὐτοῦ μητέρα ἰδεῖν, ὃν εὗροι δακτύλιον δοῦναι φόρημα Σελεύκῳ, τὸν δὲ βασιλεύειν ἔνθα ἂν ὁ δακτύλιος ἐκπέσοι. καὶ ἡ μὲν εὗρεν ἄγκυραν ἐν σιδήρῳ κεχαραγμένην, ὁ δὲ τὴν σφραγῖδα κτλ. Ancoram illam Seleuci sigillo insculptam attigit etiam Clemens Alex. Paed. III pag. 106 et Ausonius Urb. III, 11. Eadem frequens in numis Seleucidarum. Vide Eckhel. Doctr. Num. I, 3 p. 211 sqq. Ephori locum apud Marxium non reperio. Ad Chiliades autem haec et sequens fragmentum rettuli non alio indicio nisi rei probabilitate ductus.

XLVI.

Servius ad Virgilii Eclog. VI, 72: *Gryneum nemus est in finibus Ioniis Apollini consecratum, ubi est locus arboribus multis, iunco, gramine floribusque variis omni tempore vestitus, abundans etiam fontibus. quae civitas nomen accepit a Gryno, Eurypyli filio, qui regnavit in Moesia, qui adversus Troianos Graecis auxilium tulit. Eurypylus namque Telephi filius, Herculis et Auges filii, ex Astyoche Laomedontis filia, fuit, qui Grynum procreavit. is quum patris occupasset imperium et bello a finitimis tentaretur, Pergamum Neoptolemi et Andromaches filium ad auxilium de Epiro provocavit, a quo defensus duas urbes condidit, unam Pergamum de nomine Pergami, alteram Grynium ex responso Apollinis. in hoc nemore Calchantem vites serentem quidam augur vicinus praeteriens dixit errare, non enim fas esse, novum vinum inde gustare. at is, opere absoluto vindemiaque facta, quum ad coenam vicinos eumque ipsum augurem invitasset, protulit vinum, et quum diis libare in focum vellet, dixit se non solum poturum, sed etiam diis daturum et convivis. cui ille eadem quae ante ei respondit. ob hoc deridens eum Calchas adeo ridere coepit, ut repente intercluso spiritu poculum abiiceret.* Et mox paucis interiectis: *in quo luco aliquando Calchas et Mopsus dicuntur de peritia vaticinandi inter se habuisse certamen, et quum de pomorum arboris cuiusdam contenderent numero, stetit gloria Mopso; prae cuius rei dolore Calchas interiit. hoc autem Euphorionis continent carmina, quae Gallus transtulit in sermonem latinum.* Haec omnia e

diversis in Virgilium commentariis temere conflata, ex Euphorionis Chiliadibus, et quinto quidem earum libro ducta esse, vix est quod ambigas. Oraculum Apollinis Grynei, de quo peculiarem librum scripsisse perhibetur Hermeas apud Athen. IV p. 149 *d*, commemorant etiam Pausanias I, 21. Philostr. V. A. IV, 11. Aristid. I p. 620 *c*. Strabo XIII p. 622. De Calchante et Mopso quod narraverat Euphorio, id alii in Cilicia, alii ad Colophonem in nemore Apollinis Clarii accidisse referunt. In his fuit etiam Hesiodus, cuius de Mopsi et Calchantis certamine versus a Strab. XIV p. 642 servatos apposuit I. H. Vossius ad Virgilii Ecl. p. 238. Apud Guil. Marckscheff. leguntur p. 359. Narrat autem Strabo ex Hesiodo Calchantem Troia deleta una cum Amphilocho venisse Colophonem, ibique eum a Mopso, Mantus filio, Tiresiae nepote, vaticinandi peritia victum occubuisse. Calchantis in illa loca adventum tractaverat etiam in *Νόστοις* Agias. Vide Proculi Chrest. p. 485. Gaisf. ubi quod legitur *οἱ περὶ Κάλχαντα καὶ Λεοντέα καὶ Πολυποίτην πεζῇ πορευθέντες Τειρεσίαν ἐνταῦθα τελευτήσαντα θάπτουσι*, mirifice ab aliarum narratione discrepat, nisi forte *Κάλχαντα ἐνταῦθα θάπτουσι* scriptum fuit, ut est apud Tzetzen ad Lycophr. 427. Alios auctores sequutus est Quintus Calab. XIV, 364 sqq. Has igitur de Apollinis Grynei nemore et de Calchantis cum Mopso congressu fabulas in postremo Chiliadum libro tractaverat Euphorio, in quo imitatorem nactus est Cornelium Gallum. Egregie Virgilius l. c. Musas Gallo dicentes facit:

Hos tibi dant calamos, en accipe, Musae,
Ascraeo quos ante seni; . . . . .

His tibi Grynei nemoris dicatur origo,
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.

Ubi, monente I. H. Vossio, non aliam ob caussam Musae Ascraei senis calamos Gallo offerre dicuntur, quam quod in eodem argumento etiam Hesiodus elaboraverat.

Alia probabiliter e quinto Chiliadum libro ducta vide infra fragm. L. CL et fragm. dub. I.

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA.

XLVII.

Κλαίοντες δέ τε κοῦρον ἐπ' ἀγχιάλοις πιτύεσσιν
κάτθεσαν, ὁκκότε δὴ στεφάνων ἄθλοις φορέονται·
οὐ γάρ πω τρηχεῖα λάβη κατεμήσατο χειρῶν
μνήμης παῖδα Χάρωνα παρ' Ἀσωποῦ γενετείρῃ.
ἐξότε πυκνὰ σέλινα κατὰ κροτάφων ἐβάλοντο.

Plutarchus Symp. V, 3 p. 677 a: *ἡ μὲν πίτυς ἦν στέμμα τῶν ἀγώνων πάτριον, ἐκ δὲ Νεμέας κατὰ ζῆλον ὁ τοῦ σελίνου ξένος ὢν ἐπεισῆλθε δι' Ἡρακλέα, καὶ κρατήσας ἠμαύρωσεν ἐκεῖνον, ὡς ἱερὸν ἐπιτήδειον* (Wyttenbachius coni. *ἥρωϊ ἀνεπιτήδειον*)· *εἶτα μέντοι χρόνῳ πάλιν ἀνακτησαμένη τὸ πάτριον γέρας ἡ πίτυς ἀνθεῖ τῇ τιμῇ. ἐγὼ οὖν ἀνεπειθόμην καὶ προσεῖχον, ὥστε καὶ τῶν μαρτυρίων ἐκμαθεῖν πολλὰ καὶ μνημονεύειν, Εὐφορίωνα μὲν οὕτω πως περὶ Μελικέρτου Κλαίοντες δέ τε κοῦρον κτλ.* Hos versus, quos merito et re et verbis obscuros vocat Wyttenbachius, ex

ex Atactis petitos esse ait Fabricius Bibl. Gr. II p. 304, quod quibus rationibus inductus statuerit non exposuit. Aequo, imo maiori iure e Dionyso eos ductos esse suspiceris. Sed eiusmodi coniecturis nihil fallacius. Vertitur autem locus apud Wyttenbachium ita:

Plorantes puerum tunc frondibus imposuerunt
De pinu sumtis, unde et mos ferre coronam
Isthmia vincenti: neque enim illo tempore Mnemes
Natus ad Asopi partu prorepserat undas
Ille Charon, apii primus qui tempora densis
Implicuit sertis, inventor moris et auctor.

Quae mihi quidem haud paulo graecis ipsis obscuriora videntur. Bene autem sit Plutarcho, quod de Melicerta sermonem esse diserte adiecit, cuius indicii ductu ex his Labyrinthi erroribus exitum tentare liceat. Constat Inonem, quum Athamas alterum filiorum Learchum [1]) interfecisset, metu perculsam per Geraneum montem fugisse et a Moluride petra (Pausan. I, 44. Tzetzes ad Lycophr. 219) cum altero filiolo Melicerta in mare se praecipitasse. Melicertae corpus (invidiose Clemens Alex. Protr. p. 10 Sylb. ἐλεεινὸν σκύβαλον vocat) littori appulsum quum tolli iussisset Sisyphus, Isthmiorum ludorum solennitatem, uni adhuc Neptuno consecratam, ita instituit, ut Melicertam in eiusdem honoris societatem admitteret. Minus accurate scholiastes Apollonii Rh. III, 1140: Ἴσθμια, inquit, πρότερον μὲν τῷ Ποσειδῶνι, ὕστερον δὲ Μελικέρτῃ ἐτελεῖτο. Rectius scholiastes Aristoph. Equ. 606 Isth-

1) Clearchum vocat Etymol. M. p. 24, 27. Utrumque recte habet. V. Eustath. ad Hom. p. 1543, 21. cll. scholiasta Iliad. η, 86 et Crameri Anecd. Oxon. III p. 369, 3.

mia et Neptuno et Palaemoni consecrata fuisse memoriae prodidit. Hoc enim non minus quam Glauci nomine (Athen. VI p. 296 *a*.) abhinc celebratum fuisse Melicertam, quum aliunde constat, tum ex scholiaste Aristoph. Vesp. 1404 [1]). Ab hoc inde tempore qui in Isthmiis victores evaderent, non picea corona, ut antea moris fuerat, sed apio, quod idem Nemeorum victorum praemium erat, donatos esse tradunt schol. Apoll. Rh. III, 1240 et Argum. Pind. Nem. p. 426 Boeckh. [2]). Alii contra, in quibus Callimachus et Euphorio, apii usum ex Nemeorum ludorum imitatione in Isthmios concessisse tradiderunt. Iam ad singula transeamus. — Vs. 1 *κλαίοντες κάτθεσαν*, scil. Donacinus et Amphilochus, quos Melicertae corpus sive fluctibus littori appulsum sive delphino in oram de-

1) Inouem abhinc Leucotheae nomine nuncupatam esse pervulgatum est. Illud autem memorabile, quod Etymol. M. p. 561, 44 tradit, Myrsilum Lesbium Leucotheae nomen omnino ad Nereidas transtulisse, quod tamen in illo fabularum novatore non mirandum est. Eius de Musis commentum refert Clemens Alex. Protr. p. 9, 24 Sylb. Conf. schol. Apoll. Rh. I, 615.

2) Apium, cuius mysticam originem declarant Clemens Alex. Protr. p. 6 Sylb. et Eusebius Pr. Evang. II pag. 40 Steph., frequentissime ad cippos ornandos adhibitum fuisse docuerunt Rigaltius ad Artemid. I, 21 et Casaubonus ad Theophr. Char. p. 38. 85. Cfr. Gellius N. A. XX, 4. Hinc notum proverbium, *δεῖται τοῦ σελίνου, ἐπὶ τῶν ἀσφαλῶς νοσούντων· καὶ γὰρ εἰώθαμεν τὰ μνήματα στεφανοῦν σελίνοις, ὥς φησι Πλούταρχος* Suid. II p. 491 qui respicit Plutarchi V. Timol. 26, ubi recte legitur *ἐπισφαλῶς*. Itaque ratione fecerunt, qui ad tristem Melicertae sortem significandam apii usum in Isthmiis victoriis obtinuisse tradidere. At fuisse etiam qui apium victoriae symbolum haberent, docent quae de Danao refert Etymol. M. p. 743, 22. quae ex integrioribus Pindari scholiis ad Pyth. *θ*, 185 ed. Bkh. desumta sunt. Herculis statuas apio coronatas commemorat Tertullianus de Cor. milit. 7.

latum (Pausan. II, 1) iubente Sisypho sustulisse testantur scholiastes Pind. Isthm. p. 515 Bkh. Tzetzes ad Lycophr. 229. Eudocia Ion. 238. Fortasse hunc ipsum Euphorionis locum, vel similem alius poetae, qui mortui Melicertae sive Palaemonis habitum descripserat, spectavit Statius Silv. II, 1, 180 Glauciae, pueri delicati, obitum deplorans:

Talis in Isthmiacos perlatus ab aequore portus
naufragus imposita iacuit sub matre Palaemon.

Nisi is picturam aliquam respexit, qualis illa est, quam Gerhardus (Abhandl. der Akad. 1836 p. 256 sqq.) illustravit, Archemorum egregio artificio repraesentans. Sequuntur verba *ἐπ' ἀγχιάλοις πιτύεσσιν*. Ita enim correxi editam lectionem *ἐπ' αἰλίσι πιτύεσσι*. MS *ἐπ' αἰγιαλοῖσι πιτύεσσιν*. Alius *ἐπ' αἰγιλίπεσσι πίτυσσι*. Schneiderus ad Nicandri Alex. p. 289 tentabat *ἐπ' αἰγιαλοῦ πιτύεσσιν*. Melius Boettigerus in Pictur. Vas. T. I, 2 p. 145 *ἐπ' εἰναλίαις πιτύεσσιν*. Sed unice verum videtur id, quod ipse reposui. *ἀγχίαλον δάφνην* habemus apud Apollon. Rhod. II, 160. Nisi forte alterius MS auctoritatem sequutus malis *ἐπ' ἀγχιάλοισι πίτυσσι*, quemadmodum passim legas *μάρτυσσι, δάκρυσσι, γένυσσι* et similia, de quibus Hermannus ad Orph. p. 471, Doctr. Metr. p. 45 et Iacobsius ad Anthol. Palat. p. LXV. Nec vero de nihilo est quod piceis frondibus Melicertae corpus impositum dicitur, quandoquidem totus ille Isthmii littoris tractus pinetis abundabat. Vid. Strabo lib. VIII pag. 273, Pausan. II p. 111, Philostr. Icon. II, 16 p. 833. Hinc etiam frequens est pinus in numis Corinthiacis, iis maxime, qui Melicertae imaginem exhibent. Vid. Millin. Theatr. Mythol. Nro. 401 sqq. — Vs. 2 reliqui editam lectio-

nem quamvis corruptam. Probabile tamen est sententiam expressisse Euphorionem hanc, ut illo tempore picea corona victores donati esse dicantur, de quo admonuit Geelius Bibl. crit. nov. I p. 50. — Vs. 3 libri, quod ego sciam, nihil mutant. Quarto autem versu, Schneidero annotante, pro μνήμης alii praebent μήμης, alii λίμνης, et χάρωνι pro χάρωνα, quibus nihil ad integritatem loci proficitur. Sententiam requiro fere hanc: ***necdum enim Nemei ludi, ex quibus postea apii usus in Isthmios receptus est, instituti erant.*** Itaque scripsisse poetam suspicor:

Οὐ γάρ πω τρηχεῖα λαβὴ καταμήσατο χειρῶν
Μήνης παῖδα χάρωνα παρ' Ἀσωποῦ γενετείρῃ

h. e. ***necdum enim Hercules saevo manuum pressu leonem, Lunae filium, ad Nemeam strangulaverat*** [1]). In his λαβὴ scripsi pro λάβῃ. Recte autem dici posse existimo λαβὴ χειρῶν de manibus quae faucium pressu leonem illum suffocaverant. Hoc enim modo interemtam esse belluam communi opinione ferebatur. V. Senecam Agam. 829, Silium Ital. III, 33 et quae collegit Victorius V. L. IV, 12. Verbum ἀμᾶν, quod etiam apud Sophocl. Phil. 749, Apollon. Rh. IV, 374 et apud ipsum nostrum poetam (Fragm. LI) primam syllabam corripit, passim etiam apud alios scriptores simpliciter est ***interficere***, hoc igitur loco ***faucium pressu interficere, strangulare.*** Cfr. Valcken. Diatr. p. 225. Sed possis etiam κατενήρατο coniicere. Sequitur χάρωνα, ***leonem***, quo sensu hanc vocem de Nemeo leone posuit Lycophr. 455:

1) Recepit has emendationes Dübnerus in edit. Plutarchi Paris.

ὃς χάρωνος ὠμηστοῦ δοράν
χαλκῷ τορητὸν οὐκ ἔτευξεν ἐν μάχῃ.

Ubi scholiastes: χάρων, ὁ λέων κατὰ Μακεδόνας. Eustathius ad Odyss. κ' p. 1666, 37: χάρων λέοντος ἐπίθετον ἀπὸ τῆς κατ' αὐτὸν χαροπότητος. Conf. ibid. p. 1073, 30 intpp. Euripidis Alc. 578 et Sturzius de dial. Maced. p. 47. Adde poetam incertum apud Stephanum Byz. s. v. Ἰώνη p. 431: τὸ ἐθνικὸν Ἰωνίτης ἢ Ἰωναῖος, ὡς *Κλεωναῖος* ὁ *χάρωνος*, τοῦ χαροποῦ λέοντος. Ita enim haec in libris scripta sunt. Lege igitur *Κλεωναιοῖο χάρωνος*. Hunc leonem vocat Μήνης παῖδα, *Lunae filium*. Quod nemo melius illustrat quam Aelianus H. A. XII, 7: τὸν Νεμεαῖον λέοντα τῆς σελήνης ἐκπεσεῖν φασί. Tum Epimenidis versus affert:

Καὶ γὰρ ἐγὼ γένος εἰμὶ Σελήνης ἠϋκόμοιο,
ἣ δεινὸν φρίξασ' ἀπεσείσατο θῆρα λέοντα [1])
ἐν Νεμέᾳ, ἀνάγουσ' αὐτὸν διὰ πότνιαν Ἥραν.

Quae adscripsi prout emendavit Bentleius Resp. ad Bayl. p. 335 ed. Lips. Eadem de ortu leonis Nemeaei tradidere Lactantius ad Statii Theb. II, 58. Servius ad Virgilii Georg. III, 391. Nigidius apud schol. German. p. 52. Cfr. Wesseling. ad Diod. Sic. IV p. 256. Gesnerus ad Claudian. Cons. Stil. III, 288. Eodem spectat schol. Apoll. Rhod. I, 498: τὴν δὲ σελήνην· Ἀναξαγόρας χώραν πλατεῖαν ἀποφαίνει, ἐν ᾗ (leg. ἐξ ἧς) δοκεῖ ὁ Νεμεαῖος λέων πεπτωκέναι. Quod ad tau-

1) Pro hoc quod olim tentavi θουρολέοντα dudum repudiavi. V. Callimachus H. Del. 119 θῆρες λέαιναι et Lobeckius Paral. gramm. p. 266. Leones κατ' ἐξοχὴν vocatos esse θῆρας annotavit schol. Arati vs. 36. Quem usum Cephalleniis assignavit schol. Ven. Hom. Il. ό, 322.

rum Cretensem transtulit Nemesianus L. H. 120 apud Wernsdorf. P. M. I p. 291. Cfr. Timaeus apud Diog. Laert. VIII, 69. Sequuntur verba *παρ' Ἀσωποῦ γενετείρῃ*, h. e. apud Nemeam, quam Asopi filiam perhibent etiam Pausanias Eliac. V, 22. Corinth. II, 15. scholiasta Pind. Olymp. VI, 144. *γενέτειρα* enim passiva significatione capiendum, ut *γενέτης* apud Sophoclem Oed. Tyr. 472 *ὁ Διὸς γενέτας* (*Ἀπόλλων*) et Euripidem Ion. 931 *ὁ δ' ἐμὸς γενέτας καὶ σός*. In epigrammate Cyzic. 3 Anthol. Pal. I p. 58 Phoenix appellatur *γενέτης* Amyntoris. Ita etiam in compositis. Timotheus lyricus apud Plutarchum de Alexandri fort. et virt. p. 334 *b*: *σὺ δὴ τὸν γαγενέταν ἄργυρον αἰνεῖς*. Bacchum poeta incertus Anth. Pal. IX, 524, 19 appellat *Σεμεληγενέτην*, et Apollinem ibid. 525, 19 *σελαηγενέτην*. Denique *εὐγενέτης* pro *εὐγενὴς* dixit Strato ib. XII, 195. Secundum alios Nemea Lunae et Iovis erat filia. Scholiastes Pind. argum. Nem. p. 425 Bkh.: *ἔστι δὲ ἡ Νεμέα τῶν Ἀργείων τῆς χώρας μοῖρα, ὠνομασμένη ἀπὸ τῆς Σελήνης καὶ Διός*, ubi quod post *ἀπό* addidit Boeckhius *Νεμέας*, sponte intelligitur. Cfr. Siebelis ad Pausan. vol. V p. 2. At Suidae glossam, *Νεμέας σέλινα*, vereor ut recte tentaverit Kusterus: *Νεμέα Σελήνης*. Sensus igitur totius loci, si omittas ornatum poeticum, hic est: ***Melicertae corpus pineis frondibus imposuerunt; necdum enim Hercules Nemeorum ludorum solennia, in quibus qui victores evaderent apio coronabantur, in leonis a se interfecti memoriam instituerat, a quo inde tempore etiam Isthmiorum certaminum victores coronis ex apio nexis donati sunt.*** Hoc autem ipsum illud esse, quod Plutarchus ex his Euphorionis versibus probare vo-

luit, planissime docet Callimachi locus Euphorioneo proxime adiectus: *λέγει δὲ ὁ Ἡρακλῆς περὶ σελίνου·*

Καί μιν Ἀλητιάδαι πουλὺ γεγειότερον
Τοῦδε παρ' Αἰγαίωνι θεῷ τελέοντες ἀγῶνα,
Θήσουσιν νίκης σύμβολον Ἰσθμιάδος,
Ζήλῳ τῶν Νεμέηθε· πίτυν δ' ἀποτιμήσουσιν,
Ἣ πρὶν ἀγωνιστὰς ἔστεφε τοὺς Ἐφύρῃ.

Atque haec Callimachum ex rei veritate cecinisse vel illud indicio est, quod veterum scriptorum ne unus quidem piceam coronam, omnes serta ex apio nexa tanquam solenne Isthmiorum victorum praemium commemorant. Quare, si talia rimari fas est, non recte Schillerus nostras Ibycum picea fronde coronandum induxit. Postea tamen, h. e. primo post Chr. saeculo, pinus pristinam dignitatem recuperavit, ut diserte testatur Plutarch. l. l. p. 676 *f.* Pausanias igitur VIII, 43: *ἐν Ἰσθμῷ ἡ πίτυς καὶ τὰ ἐν Νεμέᾳ σέλινα ἐπὶ τοῦ Παλαίμονος καὶ τοῦ Ἀρχεμόρου τοῖς παθήμασιν ἐνομίσθησαν*, non prisca tempora spectasse, sed ex suae aetatis more iudicasse censendus est. Cfr. Statium Silv. V, 3. Themist. Orat. 15 p. 186 *a.* et Gregorium Nazianz. Orat. XVIII fin. Apii usum qui etiam ad Olympios ludos refert Agathias Praef. hist. p. 5 *b*: *οὐ γὰρ οἶμαι κοτίνου γε ἕνεκα καὶ σελίνου οἱ Ὀλυμπιονῖκαι ἐν ταῖς κονίστραις ἐναπεδύοντο*, aut negligentius loquutus est aut scripsit *οἱ Ὀλυμπιονῖκαι καὶ Νεμεονῖκαι.* Schneideri errorem e Nicandro Alex. 605 constare dicentis, primam in Isthmicis ludis coronam fuisse ex apio, verbo tetigisse sufficiat.

XLVIII.

Ἀλλ' οὔπω Θήβῃ πεπρωμένα κεῖτο τάλαντα,
τήν ῥά ποτε Κρονίδης δῶρον πόρε Περσεφονείῃ,

ὃν γαμέτην ὅτε πρῶτον ὀπωπήσασθαι ἔμελλεν
νυμφιδίου σπείροιο παρακλίνασα καλύπτρην.

Scholiastes Euripidis Phoen. 688: *δεδόσθαι γὰρ τὰς Θήβας τῇ Περσεφονείᾳ ὑπὸ τοῦ Διὸς ἀνακαλυπτήρια λέγεται, ὡς Εὐφορίων Ἀλλ' οὔπω κτλ.* Proserpinam Thebanos sanctissima religione coluisse, non est quod quisquam ambigat. Illud autem singulare est nec a quoquam alio traditum, Thebas Proserpinae *ἀνακαλυπτηρίων* die nuptialis muneris loco donatas esse, id quod alii de Agrigento (Boeckh. Expl. Pind. p. 123) alii de tota Sicilia tradiderunt. V. Plutarch v. Timol. cap. 3. schol. Pind. Nem. I, 17 et Theocr. XV, 4. Cfr. Eckhel D. N. vol. II p. 541. Eodem honore Cyzicus gloriabatur, Appian. Mithr. 75. Porphyr. de Abstin. anim. I p. 38. Versu primo quid *τάλαντα* sit obscurum est. Geelius tentabat *θέμεθλα* Bibl. cr. nov. I p. 51. — Vs. 3 vulgo editur *ἐγγαμετήν*. Alii *ἐγγαμετῇ* vel *γαμετῇ*. Barn. *ἐς γαμετήν*. Rectius Valck. *ἐς γαμέτην*, vel *ἐν γαμέτην*. Scripsi *ὃν γαμέτην*, *sponsum suum*. Mox Schaeferus ad Lamb. Bos. Ellips. p. 126 *ὀπωπήσεσθαι*. Sed vide Lobeckii Parerg. ad Phryn. p. 745 sqq.

XLIX.

Ὄφρα κε μαντεύοιτο μεθ' υἱάσι Βοιωτοῖο,
τόν ῥα Ποσειδάωνι δαμασσαμένη τέκεν Ἄρνη,
Βοιωτὸν δ' ὀνόμηνε· τὸ γὰρ καλέσαντο νομῆες,
ὅττι ῥα πατρῴῃσι βοῶν ἀπεθήκατο κόπροις.

Stephanus Byzant. s. v. *Βοιωτία* p. 228: *γενέσθαι δέ φασι Βοιωτὸν Ἰτωνοῦ τοῦ Ἀμφικτύονος τοῦ κατ' αὐτὸν (?) νεωτέρου τῶν Δευκαλίωνος καὶ Πύῤῥας παίδων. Νικοκράτης δέ φησιν, ὅτι Ποσειδῶνος καὶ Ἄρ-*

νης ἦν παῖς. Εὐφορίων Ὄφρα κε μαντεύσαιτο κτλ. Eustathius p. 270, 28 de Arne: *παῖδα ὑπὸ τῷ Ποσειδῶνι τεκοῦσα Βοιωτὸν ἐκ τῶν βοῶν ἐκάλεσε. φησὶ γοῦν Εὐφορίων Βοιωτὸν δ' ὀνόμηνε κτλ.* Tres postremos fragmenti versus habet etiam Etymol. M. p. 203, 10. *Βοιωτός. Ἄρνη ἡ μήτηρ αὐτοῦ τεκοῦσα αὐτὸν λαθεῖν βουλομένη τὸν πατέρα ἔρριψεν εἰς βοῶνα. παρὰ τὸ οὖν μετὰ βοῶν τραφῆναι Βοωτὸς καὶ Βοιωτὸς ἐκλήθη. Εὐφορίων Τόν ῥα Ποσειδάωνι κτλ.* Denique duos postremos versus servavit etiam Eudoc. Ion. p. 80. — Vs. 1 *μαντεύοιτο.* Fortasse de Tiresia in iis, quae praecedebant, dixerat in eum fere modum, quo Tiresiae caecitatem enarravit Callim. Lav. Min. 125 sqq. De Boeoto, Itoni filio, Amphictyonis nepote, pluribus egisse videtur Armenidas in Thebaicis. Vid. schol. Apoll. Rhod. I, 551. — Vs. 2 Etymol. M. *τέκε μήτηρ.* Praestat quod e Stephano dedi. Eodem versu pro *δαμασσαμένη* malim *δαμασσαμένῳ*, ut infra Fragm. LXI: *ἶφι βιησαμένῳ Ἑλένη ὑπεγείνατο Θησεῖ.* Quamquam etiam illud explicari potest, ***quae vim sibi inferri passa erat.*** Quem ad modum Hesychius *μεταπείσασθαι* explicat per *μεταπεισθῆναι.* Cfr. Geelius Bibl. crit. nov. I p. 51. — Vs. 3 Etyml. M. Eustath. et Eud. *καλέουσι βοτῆρες*, in quo *βοτῆρες* fortasse praestat. — Vs. 4 *κόπροις* h. e. *βοῶν σταθμοῖς*, ut apud Hom. Iliad. VI, 575. Vid. Staveren in Miscell. Observ. vol. X pag. 297 et Bernhardium ad Dionys. Perieg. p. 906.

L.

Πύραμον ἠχήεντα, πόλιν δ' ἐκτίσσατο Μαλλόν,
ἧς πέρι δῆριν ἔθεντο κακοφράδες ἀλλήλοισιν

Μόψος τ' Ἀμφίλοχός τε, καὶ ἄκριτα δηρινθέντες
μουνὰξ ἀλλίστοιο πύλας ἔβαν Ἀϊδονῆος.

Tzetzes ad Lycophr. 440: *Μετὰ τὴν τῆς Τροίας πόρθησιν ἀμφότεροι* (Mopsus et Amphilochus) *ἦλθον εἰς Κιλικίαν. Ἀμφίλοχος δὲ ὁ Ἀμφιάρεω υἱὸς βουλόμενος χωρισθῆναι εἰς τὸ Ἄργος παρέθετο τῷ Μόψῳ τὴν βασιλείαν, ἤτοι τὴν ἱερωσύνην αὐτοῦ, κελεύσας φυλάξαι μέχρι ἐνιαυτοῦ ἑνὸς πληρωμένου. τελεσθέντος δὲ αὐτοῦ ἦλθεν ὁ Ἀμφίλοχος καὶ οὐ παρεχώρει αὐτῷ ὁ Μόψος. διὸ περὶ τούτου πρὸς ἀλλήλους διαφερόμενοι ὑπ' ἀλλήλων ἀνῃρέθησαν, οὓς θάψαντες οἱ ἐνοικοῦντες πύργον μεταξὺ τῶν τάφων κατεσκεύασαν, ὅπως μηδὲ μετὰ θάνατον ἀλλήλων κοινωνήσωσιν, ὡς καὶ Εὐφορίων Πύραμον ἠχήεντα κτλ.* E Mopsopia hos versus ductos esse censet Müllerus; credo propter Mopsi commemorationem. Rectius e quinto Chiliadum libro petitos esse suspiceris. — Vs. 1 *Πύραμον ἠχήεντα* sc. venit Amphilochus. Codd. Vitt. 2. 3. *Πυραμόν.* Mox scripsi *πόλιν δ' ἐκτίσσατο Μαλλόν* pro edito *πόλιν δ' ἐκτίσαντο μᾶλλον.* Similiter Spohnius de extr. p. Odyss. p. 207: *πόλιν κτίσαντο δὲ Μαλλόν*, in quo displicet *δὲ* duabus vocibus subiectum. Pro *ἐκτίσαντο*, quod Müllerus e Vitt. 2. 3. reposuit, vulgo legitur *ἐκτίσατο.* Vit. 1 et Ciz. *ἐκτήσατο.* Nec urbem tantum sed etiam oraculum Amphilochus ad Pyramum condidit, quod omnium sua aetate veracissimum nuncupant Pausan. Att. 34. Celsus apud Origin. c. Cels. VII p. 355 et Lucianus Philops. 38. — Vs. 2 vett. editt. cod. Vit. 1 et Ciz. *ἧς περὶ δῆριν θέντε.* Vitt. 2. 3. *δεριvισθέντες*, quod in *δηρισθέντες* mutavit Müllerus. Sed nec *δῆριν θέντε* sine offensione est, non solum propter sequentem versum,

in cuius fine idem sonus recurrit, sed eam etiam ob caussam, quod dubitare licet, num graece dici possit *δῆριν τιθέναι* pro *τίθεσθαι*. Ita recte dicitur *ἔχθραν* vel *μῖσος καταθέσθαι*, non item *μῖσος* vel *ἔχθραν καταθεῖναι*. Cfr. Matthiae ad Euripid. Bacch. 677. Nec orationis forma ab elegantia commendatur: *ἧς πέρι δῆριν θέντε καὶ ἄρκια δηρινθέντες πύλας ἔβαν Ἀϊδονῆος*. Eas igitur ob caussas scripsi *ἧς πέρι δῆριν ἔθεντο*. Geelius Bibl. crit. nov. I p. 52 tentat *ἧς πέρι δὴν ἐρίσαντο*. — Vs. 3 *τ'* post *Μόψος* addidit Spohnius. Idem in fine dedit *δηρινθέντες* pro *δῆριν θέντες* sive, quae codd. lectio est, *δηρισθέντες*. Pro *ἄκριτα* libri *ἄρκια*, quod correxi. — Vs. 4 legebatur *ἀλήστοιο*. Vitt. 2 et 3 *ἄλησθοι*. Scripsi *ἀλλίστοιο*, inexorabilis. Ita Crinagoras Anthol. Palat. I p. 502: *κούρην αἱμύλον εἰναέτιν ἥρπασας, ὦ ἄλλιστ' Ἀΐδη*. Ubi cod. *ἄλιστε*, editt. *ἄλησιε* et *ἄλληστε*. Spohnius *ἀπλήστοιο*. — Vs. 4 recte Spohnius antiquam lectionem revocavit, Müllerus *Αἰδωνῆος*. In epigr. Antipatri Anthol. Pal. II p. 267 Iacobsius edidit *δώματα δ' Αἰδωνῆος ἐρευνήσαντος Ὁμήρου γέγραμμαι*. Cod. *Ἀϊδωνῆος*. Malim igitur *Ἀϊδονῆος*. Ac nescio an eadem forma reddenda sit Quinto XII, 179 aliisque locis. Phlego Trall. de Mirac. in Thesauro Gronovii VIII p. 2715 *b*. *Αἰδώνῃ Πλουτῶνι βοὸς κυανότριχος αἷμα*, utrum *Ἀϊδονεῖ* an *Αἰδωνεῖ* scripserit non decerno.

LI.

Τέκνον, μή σύ γε μητρὸς ἀπ' ἀνθερεῶνας ἀμήσῃς,
ἠελίους ἥτις σε τριηκοσίους ἐφόρησα,
τέκνον, ὑπὸ ζώνῃ, φοβερὰς δ' ὠδῖνας ἀνέτλην
ἐς φάος ἐρχομένου, λαιὸν δ' ἐπὶ χείλεσι πρώτη
μαστὸν ἐπισχομένη λευκῷ σ' ἔψισα γάλακτι.

Servavit Stobaeus Flor. LXXVIII, 5 p. 105 Gaisf. p. 333 Grot. cuius haec est translatio:

Nate, caput miserae ferro ne deme parenti,
hoc utero soles quae te gestare trecentos
sustinui, tristesque metus saevosque dolores
te nascente tuli: quae suavem prima papillam
immulgens tenero pavi te flumine lactis.

Sunt Clytaemnestrae verba ad Orestem, caedem matri parantem. Similiter apud Aeschylum Choeph. 888 Clytaemnestra: *ἐπίσχες, ὦ παῖ, τόνδε δ' αἴδεσαι, τέκνον, μαστόν*, et apud incertum poetam in Anthol. Palat. vol. II p. 43: *πῇ ξίφος ἰθύνεις; κατὰ γαστέρος ἢ κατὰ μαζῶν; γαστὴρ ἥ* (fort. *μέν*) *σ' ἐλόχευσεν, ἀνεθρέψαντο δὲ μαζοί.* Primo versu usus est Etymologus M. p. 109, 30: *Ἀνθερεών: ὁ ἐπὶ τοῦ γενείου τόπος, διὰ τὸ δι' αὐτοῦ θορεῖν τὸ πνεῦμα. — οἱ δὲ παρὰ τὴν ἄνθησιν τῶν τριχῶν. κατηγοροῦσι τὸ Εὐφρονίωνος εἰπόντος Τέκνον, μὴ σύγε μητρὸς ὑπ' ἀνθερεῶνος ἀνήσῃς.* Recte Sylburgius correxit *Εὐφορίωνος* et *ἀμήσῃς*, ut habet Zonaras p. 173 et schol. Victor. ad Hom. Il. XXIV, 165, qui utitur hoc versu propter correptionem primae syllabae verbi *ἀμήσῃς*. At hos omnes mirum est consentire in lectione *ὑπ' ἀνθερεῶνος*, me quidem quid genitivo faciam nesciente. Schol. tamen Vict. propius ad Stobaei lectionem habet *ἀπ' ἀνθερεῶνος*. Quod autem notasse grammaticos Euphorionem dicit Etymologus ob usum vocis *ἀνθερεών*, id illi eam potissimum ob caussam fecisse putandi sunt, quod *ἀνθερεὼν παρὰ τὴν ἄνθησιν τῶν τριχῶν* dici censerent; itaque non poterant non reprehendere eum, qui vocem illam de mulieris gutture dixisset. Adde schol. Hom. Il. ά, 501: *ἀνθερεῶνος, τοῦ*

ὑπογενείου, παρὰ τὴν ἐξάνθησιν τῶν τριχῶν. Confr. Foesius Oecon. Hippocr. p. 61 et intpp. Hesychii I, p. 173. — Vs. 2 Cocondrius apud Boissonadum Anecd. IV, p. 294: *καὶ παρ' Εὐφορίωνι ἠελίους — ἐφόρησα, ἀντὶ τοῦ ἡμέρας.* Ita praeter alios etiam Dionysius apud Stephanum Byz. p. 258 *ἀτὰρ μῆκός τε* (leg *γε*) *καὶ ἰθὺν ὅσσον ἀνὴρ δοιοῖσιν ἐν ἠελίοισιν ἀνύσει* (leg. *ἀνύσσει*). — Vs. 5 *δέ σ' ἔλοισα* vulgo *σ' ἔψησα* cod. A. *σ' ἔθρεψα* Gesnerus coniecit, recepit Grotius. Valckenarius apud Gaisfordum *δέ σ' ἔδευσα*. Iacobsius Animadv. ad Eurip. p. 176 *σ' ἔπλησα*, probante Schaefero ad Longi Past. p. 410. Idemque ego sequutus eram in editione prima. Nunc optimi cod. ductu scripsi *σ' ἔψισα*. Photius, *Ψῖσαι: ψωμίσαι.* Lycophron Alex. 639 *οὐ γάρ τις αὐτῶν ψίσεται πύρνον γνάθῳ.* Antipater in Anthol. vol. II p. 105: *ἐξ ὑμῶν ἐψισμένον.* At idem etiam de potu dictum fuisse docet haec glossa Orionis Theb. p. 168 *Ψίω: ποτίζω.* Quod eodem versu legitur *ἐπισχομένη*, in A scriptum est *ἐποιχομένη.* Poeta incertus (Callimachus) apud Etymol. M. p. 372: *κεῖθι δὲ οἱ πρώτη μαζὸν ἐπέσχ' ἐρίφη.* Euripides Androm. 225: *καὶ μαστὸν ἤδη πολλάκις νόθοισι τοῖς ἐπέσχον,* ubi Porsonus *ὑπέσχον* tentabat, quod merito redarguit Pflugkius.

LII.

Πρόπρο δέ μιν δασπλῆτες ὀφειλομένην [ἄγον] οἶμον
Εὐμενίδες ἀργῆτα θυγατριδέαι Φόρκυνος,
. . . . ναρκίσσου ἐπιστεφέες πλοχαμῖδας.

Scholiasta Sophoclis Oed. Col. 674: *ὅτι δὲ* (*ὁ νάρκισσος*) *'Ερινύων ἐστὶ στεφάνωμα δῆλον ἐν οἷς Εὐφορίων φησί Πρόπρο δέ μιν κτλ.* Orestem dicit.

Vs. 1 addidi *ἄγον*, quod facile excidere potuisse in promptu est. *Δασπλῆτας* vocat Eumenidas Homerum sequutus Odyss. ό, 234. Docte hanc vocem illustravit Ruhnkenius Epist. crit. p. 156 qui nec Euphorionem neglexit. Immodicum in huius etiam vocabuli usu se praestitit Nonnus, qui, quod dubito num antiquiores fecerint, etiam ad res inanimatas hanc vocem transtulit, velut lib. XIV, 298: *κοιρανίη δασπλής*, XV, 32: *δασπλῆτα σιδηρείης γένυν ἅρπης*, XXI, 63: *πέλεκυς δασπλής*, XXII, 219: *δασπλὴς μάχαιρα*, XXIII, 25: *μῦθος δασπλής*, et aliis locis. Cfr. Paulus Silent. in Anthol. Pal. V, 241. — Vs. 2 *ἀργῆτα* haud dubie corruptum. Suspicabar *μάργητα* ***furibundum***, quod Euphorione novatore non indignum videbatur. O. Müllerus ad Aeschyli Eumen. p. 171 audaci at ingeniosa coniectura tentabat *γήλοφον εἰς ἀργῆτα*, eiecto *Εὐμενίδες* nomine, comparans Sophocleum *ἀργῆτα Κολωνόν*. Ibid. *θυγατριδέαι* scripsi pro *θυγατρίδαι*. Furias quum Phorci *θυγατριδᾶς* dicit, Noctem, quae Furiarum mater erat, Phorci filiam finxisse videtur. Quam enim olim huius loci interpretationem exhibui, eam merito improbavit Lobeckius Aglaoph. p. 864. — Vs. 3 excidisse videtur epitheton ad *πλοκαμῖδας* referendum, veluti *αὐσταλέας*. Nisi scripsit poeta *ναρκίσσου καλύκεσσιν ἐπιστεφέες πλοκαμῖδας*, ut voluit Geelius Bibl. crit. nov. I p. 54. Hermannus Opusc. vol. VI p. 205 Mülleri de secundo versu coniecturam probans ipsum illud *Εὐμενίδες* a Müllero eiectum ante *ναρκίσσου* addendum suspicatur. De narcisso Furiis sacro dixit Creuzerus Praef. ad Plotin. de Pulcr. p. 49. Eundem florem qui Cupidinis *στέμμα* vocavit Nonnus Dion. X, 38 haud dubie eo Amoris vim indicare voluit.

LIII.

'Ὁπλοτέρου τ' Ἀχιλῆος ἀκούομεν Εὐρυλόχοιο,
Δελφίδες ᾧ ὕπο καλὸν Ἰήϊον ἀντεβόησαν,
Κρῖσαν πορθήσαντι Λυκωρέος οἰκία Φοίβου.

Argum. Pindari Pyth. p. 298 ed. Boeckh.: τὸν δὲ Εὐρύλοχον νέον ἐκάλουν Ἀχιλλέα, ὡς Εὐφορίων ἱστορεῖ 'Ὁπλοτέρου τ' Ἀχιλῆος κτλ. Crisaei quum iniustius vectigalia exigerent ab iis, qui oraculum consulturi Delphos proficiscerentur, tandem Eurylochus Larisaeus extitit, qui eorum temeritatem comprimeret et, debellatis Crisaeis, longo tempore intermissam Pythiorum solennitatem instauraret Olymp. XLVII. Vid. Strabo IX p. 418 et 421 et Helladius Photii Bibl. p. 533, 33. Cfr. Heynius ad Pind. Vit. p. 5 Bckh. Ad eandem Eurylochi contra Crisaeos expeditionem referenda est Polyaeni narratio Strat. VI, 13: Ἀμφικτύονες Κίρραν ἐπολιόρκουν· καὶ δὴ κρυπτὸν ὑπόνομον εὗρον ἄγοντα ναματιαῖον ὕδωρ πολύ. καὶ τῇ Εὐρυλόχου γνώμῃ συλλέξαντες Ἀντικύραθεν πολὺ πλῆθος ἐλλεβόρου, κατέμιξαν τῷ ὕδατι. Κιρραῖοι πιόντες διαφθείρονται τὰς γαστέρας — Ἀμφικτύονες ἀπονητὶ τὴν πόλιν ἔλαβον, κειμένων τῶν πολεμίων. — Vs. 2 malim ᾧ ἔπι. Ibidem vulgo ἀνεβόησαν. Correxit Boeckhius et Naekius ad Choeril. p. 119. Simile est ἀντηχεῖν παιᾶνα, de duabus chori partibus alterno cantu sese excipientibus. Cfr. Cuperi Observ. I, p. 4. — Vs. 3 addidi Κρῖσαν auctore Boeckhio. Dobraeo Advers. II, p. 7 πέτραν supplente non felicior Leneppius fuit ad Terent. Maur. p. 144 qui addebat Κίρφιν, cll. Strabone IX p. 640 (416): χωρία πρὸς τῇ

Παρνασῷ Δελφοί τε καὶ Κίρφις[1]) *καὶ Δαυλίς.* Quod initio versus legebatur *ἀντηγώνισαν*, delevit Boeckhius. Est interpretamentum verbi *ἀντεβόησαν*. Tum *Λυκωρέος* i. e. *Δελφικοῦ* a Lycorea, vico vel oppidulo Delphico. V. Pausan. X, 6. Etymol. M. p. 571, 47. Schol. Apoll. Rh. II, 711. Similiter Callimachus H. in Apoll. 19: *Λυκωρέος ἔντεα Φοίβου.* Cfr. Stephanus Byz. s. v. *Ἀνεμώρεια.*

LIV.

Ἠ μὲν πάνθ' ὅσα που φύει εὐδείελος αἶα,
ἢ φυτὸν ἢ ποίην, ὅτεῳ χριμψαίατο λύθρον,
ὡς πυρὶ καρφόμενα ψαφαρῇ ἰνδάλλετο τέφρῃ.

Scholiastes Arati Phaen. 519: *καυστικὸς γάρ ἐστιν αὐτῆς* (hydrae Lernaeae) *ὁ ἰός. καὶ Εὐφορίων Ἠ μὲν πάνθ' ὅσα κτλ.* — Vs. 1 vulgo *ἡ μέν.* Emendavit Bentleius ad Callim. in Iov. 87. At praestat fortasse quod Theon ad Aratum ed. Buhl. p. 309 habet, *τῆς μέν*, genitivus ut a *λύθρον* pendeat. — Vs. 2 vulgo *ἢ φύλλον γ'*, pro quo mihi *ἢ φυτὸν* scribendum videri monuit Bekkerus ad Aratum p. 156. Nunc idem Lobeckius Aglaoph. p. 567. Tum vulgo editur *ἢ ποίην ὅττ' ἐχρίμψατο λύθρον*, quod apud Bekkerum l. l. ita corrigebam *ἢ ποίη ἢ ὅτεῳ ἐγχρίμψατο λύθρον.* Atque ita etiam Lobeckius, nisi quod is rectius *ποίην* retinuit. Nunc locum ita correxi ut supra adscriptus est. Verbum *χρίμπτεσθαι* recte dativo iungi docet Aeschylus Eumen.

1) Notior est Cirphis mons. Apud Galenum Lex. Hippocr. ed. Franz. p. 520: *πόλις δὲ αὕτη (Μέλαιναι) κατὰ τὸ Κρισαῖον πεδίον προκειμένη τῷ Κριφίῳ, νομὰς ἀγαθὰς ἔχουσα, ὥς φησιν ὁ Διοσκορίδης*, legendum *προσκειμένη τῷ Κίρφει.* De Melaenis, Phocico oppido, aliunde, si recte memini, nihil constat.

Eumen. 176 *δόμοισι τοῖσδε χρίμπτεσθαι πρέπει.* Sept. c. Theb. 84 *ὠσὶ χρίμπτεται βοά.* De optativi forma *χριμψαίατο* v. ad Fragm. CLXI. Nomen *λύθρον*, quod fere cruoris pulvere commixti significatum habet, Euphorio de hydrae veneno vel sanie dixit. De viri semine habet Nonnus Dion. 41, 101. — Vs. 3 vulgo *καρφόμενον* et *ἰνδάλλεται*. Correxit Bentleius,

LV.

Ἦ οἱ Μούνιτον υἷα τέκε πλομένῳ ἐνὶ ὥρῳ·
ἀλλά ἑ Σιθονίῃ τε καὶ ἐν κνημοῖσιν Ὀλύνθου
ἀγρώσσονθ' ἅμα πατρὶ πελώριος ἔκτανεν ὕδρος.

Servavit Tzetzes ad Lycophr. 494. Acamas quum Diomede comitante pacis leges Troianis laturus Troiam venisset, Laodicen compressit ex eaque filium, cui Munito nomen, suscepit. Capta Troia Laodice *ἀπῇρε μετ' αὐτοῦ κομίζουσα καὶ τὸν Μούνιτον. περὶ δὲ τὴν Θρᾴκην γινομένων καὶ κυνηγετούντων ὄφις δακὼν τὸν Μούνιτον ἀνεῖλεν, ὥς φησιν Εὐφορίων Ἦ οἱ Μούνιτον κτλ.* Pro *υἷα* codd. *υἱόν*. Ibidem memorabile est *πλομένῳ ἐνὶ ὥρῳ* pro eo quod usus postulat, *περιπλομένῳ*. Compares quod eodem insolentiae vitio laborat *τελλόμενον ἔτος* apud Apollonium Rhod. I, 688. Nec dissimile est *ἠνεκὲς* pro *διηνεκές*, de quo dixit Naekius ad Choeril. p. 120, fortasse etiam *ὠλύγιος* pro *διωλύγιος* a Suida servatum vol. II p. 755. De *ὥρος* cfr. Plutarchi Quaest. Sympos. p. 677 *d*. — Vs. 2 legebatur *κνήμησι*. Scripsi *κνημοῖσι*, ***saltibus***. Homerus Il. *β'*, 820: *τὸν ὑπ' Ἀγχίσῃ τέκε δῖ' Ἀφροδίτη Ἴδης ἐν κνημοῖσι.* Odyss. *δ'*, 337: *κνημοὺς ἐξερέῃσι καὶ ἄγκεα ποιήεντα.* De Laodice quid praeterea tradiderit Euphorio subindicat Pausanias Phoc. XXVI, 3 propter

amicum Antenoris in Graecos animum consentaneum fuisse dicens, ut Agamemno et Menelaus nihil hostile in Laodicen, Antenoris nurum, committerent, *Εὐφορίων δὲ ἀνὴρ Χαλκιδεὺς σὺν οὐδενὶ εἰκότι τὰ ἐς τὴν Λαοδίκην ἐποίησεν.* Ex quo coniicere licet, apud Euphorionem Laodicen, antequam cum Acamante aufugeret, Atridarum iniurias passam esse. Laodicae fata alii aliter narraverunt. V. Heynium Observ. ad Apollod. p. 302. De Munito eadem quae Euphorio tradidit Hegesippus in Milesiacis apud Parthen. Erot. XVI: *χρόνου δὲ προϊόντος γίνεται τῷ Ἀκάμαντι υἱὸς Μούνιτος, ὃν ὑπ' Αἴθρᾳ τραφέντα μετὰ Τροίας ἅλωσιν διεκόμισεν ἐπ' οἶκον. καὶ αὐτὸν θηρεύοντα ἐν Ὀλύνθῳ τῆς Θρᾴκης ὄφις ἀνεῖλεν.*

LVI.

Ἐς Φθίην χιλοῖο κατήϊε πάμπαν ἄπαστος·
τούνεκα Μυρμιδόνες μιν Ἀχιλλέα φημίξαντο.

Etymol. M. p. 181, 28: *Ἀχιλλεὺς — διὰ τὸ μὴ θίγειν χείλεσι χιλῆς, ὅ ἐστι τροφῆς. ὅλως γὰρ οὐ μετέσχε γάλακτος, ἀλλὰ μυελοῖς ἐλάφων ἐτράφη ὑπὸ Χείρωνος. ὅτι ὑπὸ Μυρμιδόνων ἐκλήθη, καθά φησιν Εὐφορίων Ἐς Φθίην χιλοῖο κτλ.* Apertum est haec de Achille dici ex Chironis disciplina ad patrios lares revertente. Idem locus est apud Eustath. ad Iliad. p. 15, 11, ubi *χιλοῦ* legitur pro *χιλοῖο* et *ἄγευστος* pro *ἄπαστος*, cuius illud interpretamentum est. Hesychius, *Ἄπαστος: ἄγευστος.* Eustath. ad Dionysii Perieg. 828: *πάσασθαι ὅ ἐστι γεύσασθαι.* Cfr. grammatic. Bekk. Anecd. p. 415, 24. Idem habet Tzetzes Exeg. Homer. p. 61: *διὰ τὸ χιλῆς ἄμοιρον εἶναι, ὡς Εὐφορίων φησὶν ὁ Αἰσχύλου πατήρ Ἐς Φθίην κτλ.*, ubi adverte

hominis imperitiam Euphorioni, Aeschyli patri, hos versus tribuentis. Nisi scripsit ille ὡς Εὐφορίων φησὶν ὁ Χαλκιδεύς, οὐχ ὁ Αἰσχύλου πατήρ. Cfr. Crameri Anecd. Oxon. III p. 377, 33. In Achillis nomine explicando eandem etymologiae rationem sequuti sunt Suidas vol. III, p. 671. Eudocia Ion. 34. schol. Iliad. π΄, 36. Inepte illi quidem, ineptius tamen Tertull. de Pall. III, 6: *ille ferarum medullis educatus, unde et nominis consilium, quandoquidem labiis vacuerat ab uberum gustu.* Non minus miram rationem commentus est Ptolemaeus Hephaest. apud Photium Bibl. CXC p. 152, 31 Achillem vocatum dicens ὅτι ἓν τῶν αὐτοῦ χειλέων κατακαυθείη, quod disertius explicat Agamestor Larisaeus Epithal. Pel. et Thetidis apud Tzetzen ad Lycophr. 178. Ceterum eiusmodi lusus etymologici, quantumvis a nostro sensu alieni, non tamen displicuisse videntur poetis graecis. Tractavit hoc argumentum primus quod sciam Ios. Scaliger Coni. in Varr. VI p. 231 Bip. sed diversissima confundens. Ita Aeschylea Promethei originatio Prom. 85: αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθέως, ὅτῳ τρόπῳ τῆςδ' ἐκκυλισθήσει τύχης, nihil habet quod merito reprehendas, praesertim si ab eo prolatam memineris, qui acerbis et mordacibus dicteriis Prometheum quoquo modo lacessit. Ad quod miror non attendisse elegantissimi virum ingenii Petrum Elmsleium ad Eurip. Bacch. 508, a quo illud etiam minus recte factum arbitror quod προμηθέως in προμηθίας mutari voluit [1]). Substantivo προμηθεύς, **prudentia,** usus est Pindarus Ol. VII, 44. ad quem

---

1) Προμηθέως tuentur etiam citationes schol. Eurip. Phoen. 470 et Eustathii p. 1497, 43

locum vide Boeckhium. Magis etiam mira sunt, quae narrat Scaliger de Artapherne, quem unice metri necessitate coactus in Artaphrenem mutavit Aeschylus. Sed prima huius etymologici studii indicia et quasi semina sparsa videmus ab Homero Iliad. VI, 403, ubi Astyanactis, et Odyss. XIX, 407, ubi Odyssei nominis rationem reddidit. Hunc proximo intervallo sequuti sunt Homeridae, veluti auctor Hymni Apoll. 373, ubi vide Hermannum. Nec aspernatus est hanc rationem Hesiodus in Theog. 209 in Genealogia Heroica p. 174 Gaisf. ubi de Ileo, et auctor Aegimii apud Stephan. Byzant. s. v. *Ἄβαντες*, ubi de Euboeae nomine agitur. Cyclicos poetas probabile est frequentius his lusibus indulsisse, nec refugit eos severa Musa Antimachi, quem vide apud schol. Apoll. Rh. II, 296 et Stephan. Byzant. s. v. *Τευμησσός*. Parcius in illo etymologiarum captandarum studio sibi indulserunt poetae lyrici; neque id mirum. Quamquam ne apud hos quidem exempla plane desunt, v. Pindar. Olymp. VI, 91. IX, 71. Isthm. VI, 79. Apud tragicos poetas contra, praesertim apud Euripidem nihil hac re frequentius. V. Elmsleius ad Eurip. Bacch. 508. Alexandrinos et qui hos proximo intervallo praecesserunt verbo tetigisse sufficiat. De reliquis vide Lobeckium ad Sophoclis Aiac. 420 coll. Valckenario ad. Phoen. 639. Apud Etymol. M. p. 665, 46 qui leguntur incerti auctoris versus:

Τὸν μὲν καὶ Περσῆα μετεκλήϊσσαν Ἀχαιοί,
οὕνεκεν ἄστεα πέρσεν ἀπειρεσίων ἀνθρώπων,

sunt fortasse Euphorionis, quem in Dionyso de Persei rebus exposuisse certissimum est. Cfr. quae supra attuli p. 21.

LVII.

Τῷ καὶ μέτρια μέν τις ἐπὶ φθιμένῳ ἀκάχοιτο,
μέτρια καὶ κλαύσειεν· ἐπεὶ καὶ πάμπαν ἄδακρυν
Μοῖραι ἐπημήναντο.

Servavit Stob. Flor. CXXIII, 12. Locus fortasse ex Epicedio in Protagoram derivatus est. — Vs. 1 *τῷ καὶ* cod. B. Vulgo *καὶ τόκα.* Omittunt *καὶ* A et Trinc. — Vs. 3 A. *ἐσχμη . . ν* superscripto *το.* B. *ἐσημήναντο.* Trinc. *ἐπιμήναντο.* Heinrich Observ. III p. 54 *ἀπηνήναντο.* Idem postea Gaisfordus, qui praeterea *μοῖραν* coniicit, ad *ἀπηνήναντο* subintelligens *θεοί.* Apertum est in cod. lectione aliquid reconditius latere, e. c. *ἐσικχήναντο, fastidiunt,* de quo verbo vide Lobeckium ad Phryn. p. 226 et Blomfieldum ad Callim. Epigr. XXIX, 4. Parcas aversari dicit mortales lacrimarum expertes. Cfr. Callimachus fragm. 418: *ἐπεὶ θεὸς οὐδὲ γελάσσαι ἀκλαυτεὶ μερόπεσσιν ὀϊζυροῖσιν ἔδωκεν.*

LVIII.

Ἡ μὲν δὴ Φοῖβός τε Ποσειδάων τ' ἐκάλεσσαν
Αἰακόν, οὐκ ἀβοήθητοι κρήδεμνα δέμοντες.

Scholiastes Pindari Olymp. VIII, 41 p. 194 Bkh.: *τὸν Ποσειδῶνα καὶ Ἀπόλλωνα εἰς τὴν τοῦ τείχους κατασκευήν φησι τὸν Αἰακὸν προσλαβεῖν. — παρ' οὐδενὶ δὲ πρεσβυτέρῳ Πινδάρου ἡ ἱστορία. ὁ δὲ Εὐφορίων φησίν Ἡ μὲν δή κτλ.* Primo versu cod. *ἡ μὲν Δηΐφοβος.* Correxit Gerhardus. — Vs. 2 cod. *ἀβοήθητοι πρὸς κρήδεμνα δέμονες.* Correxit Boeckhius; fortasse recte. Quamquam non intelligitur unde irrepserit vocula *πρός,* in qua vide an lateat *πατρός.*

Fortasse scripserat poeta, si quis alius, novandi studiosus, *οὐκ ἀβοητὶ πατρός*, **non iniussu patris moenia condentes.** Ab Iove iussos Phoebum et Neptunum Troiana moenia struxisse tradit Homerus Iliad. XXI, 444. Sed praefero nunc quod Lobeckius Aglaoph. p. 288 coniecit *οὐκ ἀβοηθὶ πόλιος.*

LIX.

Πολλάκις οἱ κλισίῃσι πυληγενέεσσί τε νηυσὶν
ἐννύχιοι πίτναντο νόσῳ ἅπερ ἰητῆρος.

Scholiastes Victor. ad Iliad. κ', 18 apud Heynium vol. VI p. 623: *πρὸ ὀλίγου δὲ χωρισθεὶς* (Agamemno a Nestore) *ὡς ἂν εἰς ἰατροῦ νοσῶν θέλει φοιτᾶν πάλιν. ὡς καὶ Εὐφορίων φησὶ Πολλάκις οἱ κτλ.* Codex *πυληγενεῆσι*, quod correxit Heynius. *Νῆες πυληγενεῖς*, naves Pyliae sive Nestoreae, ut **Graiugenas domos** dixit Catullus Epithal. P. et Th. 35 et *συρηγενὲς ἅρμα* oraculum apud Herod. VI, 140. Pro *πίτναντο* Heynius recte, ut videtur, *πίλναντο*. Totus locus ita scribendus videtur:

Πολλάκις ἐν κλισίῃσι πυληγενέεσσί τε νηυσὶν
ἐννύχιοι πίλναντο, νόσων ἅπερ ἰητῆρος.

Nisi malis *πολλάκι οἱ* et *νόσων ἅπερ ἰητῆρι. Κλισίας* nescio quid moverit Heynium, ut non de tentoriis, sed de lectis aegrotorum explicaret. Sensus est: Saepe ad Nestorem Graeci tanquam ad medicum accesserunt.

LX a. b.

Ἡ Αἴτνην ψολόεσσαν ἐναύλιον ἀστεροπαῖον
Αιγνὺν δὲ ψολόεσσαν ἀϊδνήεντά τε καπνόν.

Scholiastes Nicandri Ther. 286: *σημαίνει δὲ ἡ λέξις* (*ψολόεις*) *τρία. ἔστι γὰρ ψολόεν τὸ μέλαν, τὸ σπο-*

δοειδές, τὸ λαμπρόν. Εὐφορίων Ἢ Αἴτνην ψολόεσσαν ἐναύλιον ἀστεροπαῖον. καὶ ἔτι Λιγνὺν δὲ ψολόεσσαν κτλ. — Vs. 1 Schneiderus *Ἀστεροπαίου.* Idem voluit Heynius ad Apollod. I p. 4 nisi quod praeterea scripsit *ἐναυλόν τ' Ἀστεροπαίου.* Poterant etiam *Ἀστερόπαο.* Atqui neque *Ἀστερόπαιος* neque *Ἀστερόπης* legitimam huius nominis formam esse docuit Mützell. de Emend. Theog. p. 224. Itaque lenissima correctione refingere malim:

Ἢ Αἴτνην ψολόεσσαν, ἐναύλιον ἀστεροπάων.

Ἐναύλιον, habitaculum, Euphorionem fortasse sequutus dixit Nonnus Dion. XLI, 147: *Βάκχου τερπνὸν ἔδεθλον, ἐναύλιον Ἰοχεαίρης.* Secundo versu editur vulgo *ἀχλύν.* Cod. Goett. *ἰγνύν,* quod in *λιγνύν* recte mutavit Schneiderus. Tum *αἰδνήεις,* quae incognita lexicis forma est, Euphorio fortasse novavit. Usitatae formae sunt *αἰδνὸς* et *αἰδνής.* Nisi id *αἰδνῆς* scribendum est, ut *τεχνῆς, τολμῆς* etc.

LXI.

Οὕνεκα δή μιν
Ἶφι βιησαμένῳ Ἑλένη ὑπεγείνατο Θησεῖ.

Etymol. M. p. 480, 18: *Ἶφις, ὄνομα κύριον παρὰ τὸ ἶφι, τὰ δὲ παρ' αὐτοῦ πάντα διὰ τοῦ ῖ γράφεται, οἷον Ἰφιμέδουσα, Ἰφιγενής, Ἰφικλῆς. Εὐφορίων αὐτὴν ἐτυμολογεῖ [ἀγνοῶν αὐτὴν Ἀγαμέμνονος, οἴεται δὲ αὐτὴν] Ἑλένης καὶ Θησέως, ὑποβλητὴν δὲ δοθῆναι Κλυταιμνήστρᾳ. Οὕνεκα δή μιν — Θησεῖ. ἐξ Ἑλένης καὶ Θησέως.* In his ante *Εὐφορίων* inserendum *Ἰφιγένεια,* a qua voce novus orditur articulus a priori, qui in *Ἰφικλῆς* desinit, seiungendus. De hoc admonui iam in editione prima. Confirmant nunc Cra-

meri Anecd. II p. 450, 29. ubi haec leguntur: *Ἰφιγένεια*: *οὕνεκα δ' ἡμῖν ἶφι βιησαμένῳ Ἑλένη ὑπεγείνατο Θησεῖ. ἡ ἐξ Ἑλένης καὶ Θησέως*. Verba uncis inclusa ex cod. Barocc. supplevit Bekkerus Anecd. gr. p. 1446 habetque etiam Etymol. Gud. p. 285, 6. Scribendum videtur: *Εὐφορίων, ἀγνοῶν αὐτὴν Ἀγαμέμνονος, ἐτυμολογεῖ [αὐτὴν] Ἑλένης καὶ Θησέως· οἴεται δ' αὐτὴν ὑποβλητὴν δοθῆναι Κλυταιμνήστρᾳ*. Scripsi autem *βιησαμένῳ* pro edito *βιασαμένη* e cod. Barocc. apud Bekkerum et Cramerum. Pro *ὑποβλητήν* Etymol. Gud. *ὑποβλῆθιν*, cod. Paris. *ὑποβλῆτιν*, qua ipsa voce Euphorionem usum esse male olim suspicatus sum. Quod autem Thesei et Helenae filiam dicit Iphigeniam, id Argivos et inter poetas primum Stesichorum tradidisse docet Pausanias lib. II, 32: *ἔχειν μὲν γὰρ αὐτὴν* (Helenam) *λέγουσιν ἐν γαστρί, τεκοῦσαν δὲ ἐν Ἄργει — τὴν μὲν παῖδα ἣν ἔτεκε Κλυταιμνήστρᾳ δοῦναι· συνοικεῖν γὰρ ἤδη Κλυταιμνήστραν Ἀγαμέμνονι· αὐτὴν δὲ ὕστερον τούτων Μενελάῳ γήμασθαι· καὶ ἐπὶ τῷδε Εὐφορίων Χαλκιδεὺς καὶ Πλευρώνιος Ἀλέξανδρος ἔπη ποιήσαντες, πρότερον δὲ ἔτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος, κατὰ ταὐτά φασιν Ἀργείοις Θησέως εἶναι θυγατέρα Ἰφιγένειαν*. Stesichorum sequutus est etiam Nicander apud Antoninum Lib. 27 p. 178 et Duris Samius apud Tzetzen ad Lycophr. 103. 513. 851. Cfr. schol. Homeri Il. *ν'*, 626. De Iphigenia quae tradebantur apud Graecos, uberius persequutus esse videtur Pherecydes Lerius, cuius de ea scriptum commemorat Suidas s. v. *Φερεκύδης*.

LXII.

Μοῦσαι ποιήσαντο καὶ ἀπροτίμαστος Ὅμηρος.

Eustathius ad Hom. p. 1183, 31: *τὸ δὲ ἀπροτίμαστος ἀντὶ τοῦ ἀπρόσψαυστος, παρὰ τὸ μάσασθαι τὸ ἄψασθαι. ὅθεν καὶ Εὐφορίων φησίν Μοῦσαι — Ὅμηρος. ἤγουν οὐ δυσχερὲς ἐφάψασθαι τῆς δυνάμεως.* Paullo alio sensu eodem nomine usus erat poeta, quem respicit Hesychius, *Ἀποτίμαστος, ἀνύβριστος.* Euphorionis versus est etiam apud schol. Victor. Hom. Il. *τ'*, 263 sive apud Heynium vol. VII p. 664.

LXIII.

Αὐτῷ σὺν τελαμῶνι κυνηλατέων νεοτμήτῳ.

Scholiastes Nicandri Ther. 22: *κυνηλατέοντος δὲ ἀντὶ τοῦ κυνηγετοῦντος, ὡς Εὐφορίων Αὐτῷ σὺν τελαμῶνι νεοτμήτῳ.* Excidisse vocem *κυνηλατέων* in promtu est; itaque addidi. Pro *νεοτμήτῳ* rectius legas *νεοκμήτῳ.* Certe insolens correptio ante *τμ.* Euphorionis versum fortasse respicit Hesychius, *Νεοκμήτῳ: ἀντὶ τοῦ νεωστὶ κατεσκευασμένῳ.* Similiter, quamquam aliam ob caussam, Aristarchus apud Homerum Il. *ή*, 304 pro *ἐΰτμήτῳ* scribebat *ἐΰκμήτῳ.*

LXIV.

Πτῶκες ἀειχλώροισιν ἰαύεσκον μολοθοίροις.

Scholiastes Nicandri Alex. 147: *ἡ μολόθουρος βοτάνη ἐστίν, ἀειθαλὴς δέ· διὸ καὶ Εὐφορίων φησί Πτῶκες κτλ.* Scribebatur *ἀειχλωροῖσιν.* Quamquam possis etiam *ἀεὶ χλωροῖσιν.*

LXV.

Ὑετόμαντις ὅτε κρώξειε κορώνη.

Scholiastes Nicandri Ther. 406: *ὅτι δὲ χειμῶνα δηλοῦσιν οἱ κόρακες, καὶ Ἄρατος μαρτυρεῖ καὶ Εὐφο-*

ρίων ὁμοίως 'Υετόμαντις ὅτε κρώξειε κορώνη. Iridem a poetis ὑετόμαντιν dici annotavit Olympiodorus ad Aristot. Meteor. p. 132 ed. Idel.

LXVI.

'Ορχομενὸν Χαρίτεσσιν ἀφαρέσιν ὀρχηθέντα.

Pollux IV, 95: τάχα δὲ καὶ 'Ορχομενὸς παρὰ τὴν τῶν Χαρίτων ὄρχησιν, ὡς Εὐφορίων· 'Ορχούμενον Χαρίτων φάρεσιν ὀρχηθέντα. MS Χαρίτεσσιν ἀφαίρεσιν, unde genuinam lectionem restituit Piersonus ad Moerin p. 79. Recte autem dicit Χαρίτεσσιν ἀφαρέσιν, **nudis Gratiis**, ut in proverbio Χάριτες γυμναὶ apud Suidam. Idem sequuti sunt artifices; certe non nisi antiquiori tempore Gratiarum signa vestiri solebant, teste Pausania IX, 35. ut Seneca de Benefic. I, 3 solutas et pellucidas vestes Gratiis tribuens antiquiora artis opera spectasse videatur. Non defuisse tamen inter serioris aetatis artifices qui ad pristinum morem reverterentur, praeter Caracallae numum apud Millin. Theatr. Mythol. Nro. 202 p. 37 docent quae disputavit Boettigerus de Nuptiis Aldobr. p. 146. Cfr. Winckelm. Hist. Art. IV p. 112 et Monum. Ined. vol. I p. 40 ed. Berol. De Gratiarum cultu apud Orchomenios nota omnia e Pindaro Theocrito Pausania aliis. V. Manso Mythol. Versuche p. 425, Müllerus Hist. Civitt. Graec. I p. 177 sqq. et Boeckhius Corp. Inscr. I p. 763. Non indigna memoratu quae eam in rem ex Ephoro tradit schol. Iliad. ι, 381: πολὺ δὲ τούτῳ (Orchomeno Boeotio) παράκειται πεδίον, εἰ πιστός ἐστιν Ἔφορος, πλῆρες πολλῶν ἀγαθῶν, ὧν ταῖς ἐκεῖσε τιμωμέναις Χάρισι πέμπουσιν οἱ περίοικοι. Quod autem Orchomeni nomen ab ipsa illa Gratiarum ὀρχήσει

derivavit Euphorio, in eo praeter Alciphronem III, 1 ἐνορχεῖσθαι ταῖς παρειαῖς εἴποις ἂν τὰς Χάριτας Ὀρχομενὸν λιπούσας, nactus est imitatorem Nonnum Dion. XXIV, 261: καὶ χορὸν ὠρχήσαντο χορίτιδες Ὀρχομενοῖο, aliisque locis indicatis a Naekio Progr. acad. aest. 1836 p. III.

LXVII.

Ὀθνεῖον Πέρσης Λέων γε μὲν Εὐρυμέδοντα.

Schol. Victor. Hom. Il. ξ', 319: Δανάης, ἐξ Εὐρυδίκης καὶ Ἀκρισίου. Εὐφορίων Ὀθνεῖον κτλ. Corruptissimum versum ingeniose Lobeckius Aglaoph. p. 574 ita restituit, ὀθνεῖον Πέρσῃ τελέων γάμον Εὐρυμέδοντι. „Acrisius scil. Perseo peregrinas nuptias (Andromedae) parans, aut Cepheus aut Iupiter."

LXVIII.

Ἤ τις ἔχεις κληῖδας ἐπιζεφύροιο Δυμαίης.

Stephanus Byz. s. v. Δύμη p. 314: Δύμη πόλις Ἀχαΐας ἐσχάτη πρὸς δύσιν ὅθεν καὶ Καλλίμαχος ἐν τοῖς ἐπιγράμμασιν Ἐς Δύμην ἀπιόντα τὴν Ἀχαιῶν [1]) — ὁ πολίτης Δυμαῖος. τὸ θηλυκὸν δὲ Δυμαία. Εὐφορίων Ἤτις ἔχεις κληῖδα ἐπιζεφύροιο Δυμαίης, διὰ τὸ πρὸς δύσιν ἐπιζέφυρον. Haec postrema ita intelligo, quasi scriptum esset διὰ τὸ πρὸς δύσιν κεῖσθαι ἐπιζέφυρον αὐτὴν καλῶν. Adiectivo ἐπιζέφυρος qui praeter Euphorionem usus sit scio neminem, nisi forte Callimachum apud schol. Dionysii Perieg. 361, si tamen is de Locris Epizephyriis in hexametro carmine lo-

---

1) Ita enim corrigendum. Cod. τὴν Ἀχαι.. Male Bentleius Fragm. LXXIII τὴν Ἀχαΐας, quod nomen nunquam trisyllabum est. Praeterea ἐσχάτην vel simile quid excidit.

quutus est. Pro κλῆδας vulgo κλῇδα. Cod. κλῄδας. Accentum correxit Friedemann de M. S. P. p. 325. Contra reliquorum poetarum usum mediam eius vocis corripuit Pindarus Pyth. IX, 66 κρυπταὶ κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς πειθοῦς. In Δυμαίης primam syllabam corripuit, ut fere fieri solet in dilatatis verborum formis; velut in ἀνύω, Τυφάων, ὑδέω, de quo Naekius ad Choeril. p. 183, aliisque apud Lobeckium ad Sophoclis Aiac. p. 184, 13. Differunt tamen illa aliquantum a Δυμαία, quod prima syllaba producta dictum esse docet Perses in Anal. Brunck. II p. 5 et Apollodorus in Chronicis apud Stephanum Byz. p. 314 *b.* πόλεμος ἐνέστη τοῖς τε Δυμαίοις τόθεν [καὶ τοῖς Πατρεῦσι] [1]). Non improbabile igitur Euphorionem scripsisse ἐπιζεφύρου Δυμαίης. Formam Δυμαία sive Δυμαῖαι servavit etiam Etymol. M. p. 291, 12: Δύμη ἡ πόλις τῆς Ἀχαΐας — λέγεται καὶ Δῦμαι καὶ Δυμαῖαι. Implorat autem, quemcunque haec dicentem fecit Euphorio, Minervam, cuius templum et vetustissimum simulacrum apud Dymaeos commemorat Pausanias VII, 18. Quod claves urbis tenere dicitur dea, id ad urbis tutelam Minervae commissam recte trahit Wesseling. Observ. I p. 7 laudans eam in rem Aristoph. Thesm. 1152, ubi itidem habes Παλλάδα κληδοῦχον, et Eurip. Iphig. T. 132, ubi Diana vocatur κλειδοῦχος.

LXIX.

Αὐλίς τ' Ὠρωπός τε καὶ Ἀμφιάρεια λοετρά.

Stephanus Byz. s. v. Ὠροπός p. 770: Ὠρωπός, πόλις Μακεδονίας — καὶ ἄλλη Βοιωτίας, περὶ ἧς Εὐ-

---

1) Sic scribendum videtur, de quo alias dicam. Omisit Apollodori locum cum plurimis aliis Heynius.

φορίων Κλιτρὶς Αὐλίς τ' Ὠρωπός τε κτλ. In corrupto κλιτρίς, pro quo in cod. Rehd. κλίτορις scriptum est, indicem potius carminis Euphorionei quam urbis nomen latere existimo. Suspicabar Κλείτορι, qui fuit Azanis Arcadici regis filius, τῶν βασιλέων δυνατώτατος, ut est apud Pausaniam Arcad. IV, 3. et propter funebres ludos, quos primus omnium instituit, celebratus. V. scholiasten Pind. Ol. III, 19. Idem etiam Ungero Parad. Theb. I p. 460 in mentem venisse video. Pro Αὐλίς τ' vulgo legitur Αὐλητής. Cod. Rehd. Αὐλιστής. Hinc scripsi Αὐλίς τ', praeeunte Salmasio Exerc. Plin. p. 104 f, nisi quod ille minus recte Αὐλὶς ἴδ' Ὠρωπός τε etc. Memorabilis est forma Ἀμφιάρειος pro Ἀμφιαράειος, ut Ἰολάειος Μενελάειος et alia, de quibus Lobeckius ad Phryn. p. 870. Repetenda videtur ab aeolico Ἀμφιάρης, ut Τυνδάρειος a Τυνδάρης, quas formas ex Herodiano commemorat Etymol. M. p. 175, 23. Quod apud Suidam habes, Ἀμφάρης: ὄνομα κύριον, dubitari potest utrum ex Ἀμφιάρης corruptum sit, an ex Ἀφάρης, quod pro Ἀφαρεύς dictum fuisse annotavit Etymol. M. l. l. Amphiarai λοετρά, locum in Atticae et Boeotiae confiniis prope Oropum, commemorat etiam Aratus apud Brunck. Anal. I p. 253 ubi vide Iacobs. et Ungerum l. l.

LXX.

Ὕδατα δινήεντος ἀμευσάμενος Ἀθύραο.

Stephanus Byz. s. v. Ἀθύρας p. 45: Ἀθύρας ἐπίνειον καὶ ποταμὸς περὶ τὸ Βυζάντιον. ἔστι δὲ καὶ κόλπος Ἀθύρας. κλίνεται δὲ ἰσοσυλλάβως, ὡς Εὐφορίων Ὕδατα κτλ. De Athyra et fluvio et navali classicus locus est Agathiae hist. V, 14. Verbum ἀμεύσασθαι illustravit Ruhnkenius Epist. crit. p. 209.

LXXI.

Ἄστεα Δυρραχίης τε καὶ ἔθνεα Ταυλαντίνων.

Stephanus Byz. s. v. *Δυρραχία* p. 317: *λέγεται δὲ καὶ ἡ χώρα τῆς Ἰλλυρίας Δυρραχία. Εὐφορίων Ἄστεα κτλ.* Idem s. v. *Ταυλάντιοι* p. 697: *Ἰλλυρικὸν ἔθνος. Εὐφορίων δὲ μετὰ τοῦ ν̄ Ταυλαντίνους αὐτούς φησι.* De Taulantiis, gente Illyrica Epidamniis vicina, nota sunt omnia. Eósdem *Δαυλαντίους* vocat Nonnus Dion. XLIV, 1 *Ἰλλυρίης Δαυλάντιον ἔθνος ἀρούρης*, nisi hic etiam *Ταυλάντιον* scribendum.

LXXII.

Ἠέ ποθεν ποταμῶν κελέβῃ ἀποήφυσας ὕδωρ.

Athenaeus lib. XI p. 475 *f.* de voce *κελέβη* disserens: *καὶ Εὐφορίων Ἠέ ποθεν ποταμῶν κτλ.* Fortasse *πόθεν — ὕδωρ;* Ex *Ἀραῖς ἢ Ποτηριοκλέπτῃ* ductus videtur hic versus Casaubono Lectt. Theocr. III p. 245 haud aliam ob caussam, quam quod in unico huius carminis fragmento Euphorio voce *κελέβη* usus est.

LXXIII.

Δωροφόροι καλεοίαθ' ὑποφρίσσοντες ἄνακτα.

Athenaeus VI p. 263 *d*: *τάχ' οὖν διὰ τοῦτο καὶ Εὐφορίων ὁ ἐποποιὸς τοὺς Μαριανδυνοὺς δωροφόρους κέκληκεν Δωροφόροι καλευίαθ' ὑποφρίσσοντες ἄνακτα.* Ita Schweigh. recte emendavit codicis lectionem *καλε οἷά θ'*. Vulgo *καλέονται.* Ad sententiam loci tenendum, Mariandynos ab Heracleotis devictos et sub iugum missos ea conditione perpetua victoribus ministeria pollicitos esse, ut nunquam extra Heracleotarum fines venderentur. Vid. Posidonius apud Athen. l. c. et

Strabo XII p. 51. Eustath. ad Hom. p. 295, 31. 1090, 55. *Δωροφόροι* autem h. e. ***munera ferentes*** sive potius ***accipientes*** vocabantur propterea quod ab Heracleotis victu quotidiano susteutabantur; idque nomen eam ob caussam iis imponebatur, ne unquam servilis conditionis oblivisccrentur. Idque ipsum significare voluit Euphorio, quum dicit *ὑποφρίσσοντες ἄνακτα*, sive ut mihi legendum videtur *ἄνακτας*, ***dominos***, quae verba ex ea carminis alicuius parte desumta suspiceris, ubi ipsa illa Heracleotarum de Mariandynis victoria eiusque leges et conditiones enarrarentur: *δωροφόροι* ***appellentur, dominos suos reverentes.*** Similis Helotum conditio apud Lacedaemonios, Penestarum apud Thessalos et, si Eustathio fides, apud Macedonas, Callicyriorum apud Syracusanos, Corynephororum apud Sicyonios, Gymnesiorum apud Argivos, Clarotarum apud Cretenses. De quibus accurate exposuit Ruhukenius ad Timaei Gloss. Plat. p. 214. De Clarotis adde grammat. Seguer. p. 292: *οἱ τῶν Λακεδαιμονίων Εἵλωτες καὶ τῶν Κρητῶν καροταί.* Corrige *Κλαρωταί.* Photius: *Κλαρωταί, μέτοικοι* (adde *Κρητῶν*), *ὡς Μαριανδυνοὶ ἐν Ἡρακλείᾳ καὶ Εἵλωτες ἐν Λακεδαίμονι, καὶ ἐν Θετταλίᾳ Πενέσται καὶ Καλλικύριοι ἐν Συρακούσαις.*

LXXIV.

Καί οἱ γείνατο κοῦρον, ὅς οὐκ ἠλέκτορα εἶδεν.

Clemens Alex. Strom. IV p. 207 Sylb.: *αὐτίκα πρὸς τῶν ποιητῶν τυφλὸς (ὁ Πλοῦτος) ἐκ γενετῆς κηρύττεται Καί οἱ γείνατο — εἶδεν, φησὶν ὁ Χαλκιδεὺς Εὐφορίων.* In antecedentibus Euphorio de Iasione et Cerere egisse videtur, quorum amores a mul-

tis commemoratos (vid. Empedocles ed. Sturz. vs. 128 Theocr. III, 49. Diodor. Sic. V, 49, 77. Ovidii Amor. III, 10, 25. Munker. ad Hygin. Fab. 270) nemo praeclarius cecinit Goethio Eleg. Rom. XII, 24 sqq. Ἠλέκτορα de Sole dixit, Homerum sequutus Iliad. VI, 513. Apud Isidorum lib. XVI, 23: ***Sol a poetis electron vocatur***, lege ***elector***.

LXXV.

Οἱ δ' οὔπω Σιμόεντος Ἀχαιίδας ἤρσαμεν ἵππους.

Clemens Alex. Str. V p. 240 Sylb.: *Ἀριστόκριτος μέμνηταί τινος ἐπιστολῆς οὕτως ἐχούσης· „Βασιλεὺς Σκυθῶν Ἀτοίας Βυζαντίων δήμῳ. Μὴ βλάπτετε προσόδους ἐμάς, ἵνα μὴ ἐμαὶ ἵπποι ὑμέτερον ὕδωρ πίωσιν.“ Συμβολικῶς γὰρ ὁ βάρβαρος τὸν μέλλοντα πόλεμον αὐτοῖς ἐπάξεσθαι παρεδήλωσεν. ὁμοίως καὶ Εὐφορίων ὁ ποιητὴς τὸν Νέστορα παράγει λέγοντα οἱ δ' οὔπω κτλ.* Eadem habet Eusebius P. E. p. 703. Locum Euphorionis fortasse expressit Virgilius Aen. I, 473: ***ardentesque avertit equos in castra, prius quam pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent***. Pro *ἤρσαμεν* legebatur *ἄρσαμεν*. Conqueri videtur Nestor lente procedere Troiae expugnationem. In *οἱ δέ* i. e. *ἡμεῖς δέ* non est cur quis offendat. Pro *Ἀχαιίδες* Potterus nescio unde *Ἀχαίδες*. Verbum *ἄρδειν* genitivo iuuxit, ut Chaeremo apud Athen. II p. 43 c. *χήμῶν δὲ πᾶσα δύναμις ὑδάτων ἄρδεται*. Alcman. ibid. XIII, p. 601 *b*. *μηλίδες ἀρδόμεναι ῥοᾶν*. Parthenius apud Etym. M. p. 137, 32: *νιψάμεναι κρήνης ἔδραμον Ἀργαφίης*. Cfr. Ruhnk. Epist. crit. p. 61. Ceterum qui Clementi *Ἀτοίας* (cod. *Ἀντέας*), *Ἀτέας* dicitur Straboni VII p. 307, Plutarcho de senis admin. reip.

reip. p. 792 c. et de Epic. p. 1095 f. Eadem forma reddenda Frontoni Strat. II, 1, 20. Cfr. intpp. Luciani Macrob. vol. III p. 215.

LXXVI.

Ἠπεδανὸν πέμφιγες ἐπιτρύζουσι θανόντα.

Galenus Comment. ad VI Epid. p. 455 Bas.: τῶν προγνωστικῶν οἱ πλεῖστοι ἐπὶ τῶν κατὰ τοὺς ὄμβρους σταγόνων εἰρῆσθαί φασι τὰς πέμφιγας· ὁ δὲ (leg. μὲν) Καλλίμαχος ὧδε Μὴ διὰ πεμφίγων ** ἐνάγουσιν ἐα. ὁ δὲ Εὐφορίων οὕτως Ἠπεδανὸν κτλ. Pro ἠπεδανὸν vulgo εἶπε δ' ἄνθη. Bentleius Epist. ad Mill. p. 501 Lips. εἰ πεδαναὶ vel ἠπεδαναί. Schneidew. ad Ibyci Fragm. p. 205 εἴτ' ἄνθη πέμφιγες ἐπικλύζουσι θαλόντα. Sequutus sum emendationem Hermanni Opusc. vol. IV p. 277 Callimachi verba ita corrigentis μὴ διὰ πεμφίγων ἐναγίσματα. Naekius de Callimach. Hecale p. 15 praeterea δείδια pro μὴ διά. De verbo τρύζειν dixit Iacobsius ad Anthol. Palat. p. 714 et Geelius Bibl. crit. nova vol. I, 56.

LXXVII.

Ὅς ῥά τε πᾶσιν ἔικτο θαλάσσιος ἠΰτε Πρωτεύς.

Scholiastes Apollon. Rhod. I, 156 de Periclymeno: τοῦτον δὲ ὡς ἔγγονον αὐτοῦ ὁ Ποσειδῶν — ἄλλοις τε ἐκόσμησε καὶ ἐχαρίσατο αὐτῷ εἰς πάντα μεταβάλλεσθαι, ὡς καὶ Εὐφορίων Ὅς ῥά τε πᾶσιν κτλ. De Periclymeno vide Ruhnkenium Epist. crit. p. 111 et Heynium ad Apollod. vol. II p. 62.

LXXVIII.

Φοιταλέος δ' ἀνὰ πᾶσαν ἄδην ἐπάτησε κοθόρνῳ.

Scholiastes Apollon. Rhod. IV, 55: φοιταλέην, ἐμμανῆ, μανιωδῶς πορευομένην. φοῖτος γὰρ ἡ μανία

λέγεται. καὶ Εὐφορίων Φοιταλέος δ' ἀνὰ πᾶσαν κτλ. Ita scholia Parisina, Stephaniana διὰ πᾶσαν. Valckenarius ad Ammon. p. 149 διὰ πᾶσαν ἄλην, probante Blomfieldio Gloss. Aesch. Agam. p. 183. Caussam mutationis idoneam non video; ἀνὰ vel διὰ πᾶσαν sc. γῆν. Tum ἄδην esse videtur *continuo*. Apollonius Rhod. II, 81: ἐπ' ἄλλῳ δ' ἄλλος ἄγηται δοῦπος ἄδην. Ubi scholiastes συνεχῶς. Cfr. Nicander Alex. 426 et Menophilus apud Stobaeum Floril. LXV, 7, 6: ὑπ' ἀμφασίῃ δ' ἀλεγεινῇ θυμὸς ἄδην πεπότητο. Hoc etiam sine caussa attentavit Ruhnkenius Epist. crit. p. 108 coniiciens ἄλῃ πεπέδητο. Melius Bergkius in Zimmermanni Ephem. 1841 p. 85: θυμὸς δὴν πεπότητο. Sed cfr. Quintus Smyrn. XIII, 33: ὧν ἀπὸ νόσφιν ὕπνος ἄδην πεπότητο. Idem hoc ἄδην recte mihi restituisse videor Fragm. XXXVI, 3. Ad κοθόρνῳ desidero adiectivum, quod nisi in iis quae omissa sunt affuisse statuas, pro φοιταλέος legi possit φοιταλέῳ, vel φοιταλέοις κοθόρνοις. Quamquam nec singularis offensionem habet. Nonnus Dion. XXVI, 40: καὶ πάλιν ἔνθα καὶ ἔνθα θυελλήεντι πεδίλῳ — ἤϊε κῆρυξ. At idem XXXII, 260: ὀκλάζων ταχύγουνος ὀλισθηροῖσι πεδίλοις. Ceterum versus noster de Oreste intelligendus et fragmento LII praefigendus videtur. De quo admonuit Geelius Bibl. crit. nov. I p. 57.

LXXIX.

Στειψαμένη θαλεροῖσι συνήντετο δικτάμνοισιν.

Scholiastes Arati Phaen. 33: δοκεῖ δὲ (τὸ δίκταμνον) πρὸς εὐτοκίαν συμβάλλεσθαι, διὸ καὶ τὴν Εἰλείθυιαν τούτῳ στέφουσι. καί που ἐπ' αὐτῷ Εὐφορίων φησί Στειψαμένη κτλ. Eadem quae scholiastes habet,

sed corrupta, leguntur apud Theon. p. 271 ed. Buhl. Vim dictamni ἐκτρωτικήν commemorat etiam Plutarchus de Aquat. et Terrestr. p. 974 *d.* qui quod de Creticis capris refert, plane convenit cum Ciceronianis de Nat. Deor. II, 50, ubi Creuzeri notatis adde Plutarchum Gryllo p. 991 *f.* et Statium Sylv. I, 4, 101. Omnino miram quandam et singularem huic herbae vim tributam esse a veteribus etiam illud indicio est quod dictamnum igne combustam angues fugare crediderunt, v. Etymol. M. p. 108, 38.

LXXX.

Οἳ πλόον ἠρνήσαντο καὶ ὅρμους αἰγιαλοῖο.

Eustathius ad Hom. Iliad. p. 266, 20: *Ταναγραῖοι οὐκ ἐστράτευσαν, ὡς Εὐφορίων Οἳ πλόον ἠρνήσαντο καὶ ὅρμους αἰγιαλοῖο.* Eadem schol. Venet. ad Iliad. II, 498, ubi pro *ὅρμους αἰγιαλοῖο* legitur *ὅρκον αἰγιαλήων.* Eustathii lectionem praefert Heynius vol. IV p. 295. Immo legendum:

Οἳ πλόον ἠρνήσαντο καὶ ὅρκους Αἰγιαλήων.

Ubi qui *ὅρκοι* dicantur obscurum esse non potest. Intelligitur enim fides Agamemnoni data a Graecis. Cfr. Hom. Il. *β'*, 339, ubi Nestor: *πῇ δὴ συνθεσίαι τε καὶ ὅρκια βήσεται ἡμῖν;* Quamquam etiam de eo iuramento cogitare licet, de quo Sophocles Aiac. 1113: *οὐ γάρ τι τῆς σῆς οὕνεκ' ἐστρατεύσατο γυναικός — ἀλλ' οὕνεχ' ὅρκων, οἷσιν ἦν ἐνώμοτος*, ubi scholia: *τῶν γὰρ ἀριστέων συνελθόντων ἐπὶ τὴν τῆς Ἑλένης μνηστείαν, ὁ Τυνδάρεως πάντας ὅρκους ἀπῄτησεν συναγωνίζεσθαι τῷ γαμοῦντι αὐτὴν καὶ συστρατεύειν, εἴ τις ἁρπαγὴ γένοιτο περὶ τὴν Ἑλένην, τῷ γήμαντι.* Philoct. 72: *σὺ μὲν πέπλευκας οὔτ' ἔνορκος οὐδενί, οὔτ' ἐξ ἀνάγκης.*

Poeta apud Cicer. Off. III, 26, ubi de Ulixe: *cuius ipse princeps iuris iurandi fuit, quod omnes scitis, solus neglexit fidem.* Recte autem *Αἰγιαλήων* h. e. *Graecorum.* Ut enim Achaei, ita etiam vetustum Achaeorum nomen *Aegialenses* in universum pro Graecis ponitur. Vid. Strabo lib. VIII, 7. Etymol. M. p. 28, 15. Idem tradit Helladius Chrest. p. 873 *a*: *καὶ αἰγιαλὸν ἐξηρημένως φασὶ τὸ περὶ τὴν Ἑλίκην παράλιον μέρος· ἔστι δὲ τῆς Ἀχαΐας ἀφ' οὗ καὶ πάντας τοὺς Ἀχαιοὺς αἰγιαλούς τινες εἰώθασι καλεῖν.* Lege *Αἰγιαλεῖς*[1]). Hesychius, *Ἀγγείλω: Ἀργείων.* Lege *Αἰγιαλέων.* Antimachus apud Etymol. M. p. 289, 6 *οἴ οἱ* (leg. *οἷοι*) *ἔσαν βασιλεύτορες Αἰγιαλήων*, ut e Valckenarii coniectura haec dedit Schelleub. pag. 53 comparato Theocrito Idyll. XXV, 174: *ἔλπομαι οὐχ ἕτερον τάδε τλήμεναι Αἰγιαλήων.* Ita etiam poeta inc. Anthol. Pal. IX, 164 de Graecis Troiam oppugnantibus: *ἔρρετέ τοι ξύμπαντες, ἐλεγχέες Αἰγιαλῆες.* Et Aegialeam de tota Peloponneso dictam fuisse dicit schol. Homeri Il. *α'*, 22. Tanagraeos noluisse participes esse expeditionis Troicae ideoque ab Achaeis oppugnationem passos esse tradidit etiam Plutarchus Quaest. graec. p. 299 *c*: *Ποίμανδρος τοίνυν, ὁ Ἐφίππου πατήρ, ἔτι τῆς Ταναγρικῆς κατὰ κώμας οἰκουμένης, ἐν τῷ καλουμένῳ Στέφοντι πολιορκούμενος ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συστρατεύειν, ἐξέλιπε τὸ χωρίον ἐκεῖνο νύκτωρ.* Pro Tanagraeis Artemidorus Onirocr. IV, 63 nominat Thebanos: *μόνοι οἱ Θηβαῖοι τῶν Βοιωτῶν οὐκ ἐστράτευσαν ἐς Ἴλιον.*

1) Ita nunc edidit Bekkerus p. 534, 29.

LXXXI.

Ἀγχίαλον Βραυρῶνα κενήριον Ἰφιγενείης.

Scholiastes Aristoph. Lysistr. 648: *οἱ δὲ τὰ περὶ Ἰφιγένειαν ἐν Βραυρῶνί φασιν οὐκ ἐν Αὐλίδι. Εὐφορίων Ἀγχίαλον κτλ.* Brauron quam nobilis fuerit sacris et cultu Dianae, e multis multorum scriptorum testimoniis intelligitur. Eodem Iphigeniam, quum e Taurorum finibus profugisset, vetus illud Tauricae deae simulacrum attulisse refert Pausan. I, 30. Non mirum igitur fuisse qui Iphigeniae fabulam ab Aulide ad Brauronem referrent; quamquam qui ante Euphorionem id fecerit, scio neminem. Ceterum monuit iam Lobeckius de Morte Bacchi I p. 14 integrum Euphorionis versum sibi vindicasse Nonnum Dionys. XIII, 186 ex quo *Ἰφιγενείης* scripsi pro *Ἰφιγενείας*. Idem mutato accentu *Βραύρωνα*, quem ad modum etiam aliis in locis scriptum reperio. De situ Brauronis dixit Leakius de Demis Attic. ed. West. p. 61, qui quam ea de re coniecturam proposuit, ei neque Pausanias favet neque scholiastes Statii Theb. XII, 615: ***Brauron locus Atticae regionis in Boeotiam vergens.*** Sed de hoc quaerere nunc non vacat.

LXXXII.

Χαλκείῃ ἀκάτῳ βουπληθέος ἐξ Ἐρυθείης.

Eustathius ad Dionys. Perieg. 558: *ᾄδεται δὲ Ἡρακλῆς εἰς αὐτὴν* (Erytheam) *πλεῦσαι χαλκῷ λέβητι, ὅτε καὶ τὰς Γηρυονείους ἀπήλασε βοῦς. Χαλκείῃ ἀκάτῳ βουπληθέος ἐξ Ἐρυθείας, ὡς ὁ Εὐφορίων λέγεται ἱστορεῖν· ὁμοίως δὲ ὁ Ἐφέσιος Ἀλέξανδρος εἰπών,*

χαλκείῳ δὲ λέβητι μέγαν διενήξατο πόντον.

Eadem fere habet Eudocia Ion. p. 214. De Solis poculo, quo Hercules pro navigio usus in Erytheam navigasse dicitur, nota omnia ex Athenaeo et Macrobio. Vid. Bentleius Resp. ad Boyl. p. 213. Lips. et Welcker Zeitschrift für Kunst III p. 501.

LXXXIII.

Δίρφυν ἀνὰ τρηχεῖαν ὑπ' Εὐβοίῃ κεκόνιστο.

Tzetzes ad Lycophr. 374: *τὸν δὲ Διρφωσσὸν* (Euboeae promontorium) *ὁ Εὐφορίων Δίρφυν καλεῖ, Δίρφυν κτλ.* Pro *Εὐβοίῃ* quod duo libri habent, vulgo *Εὐβοίᾳ.* Vit. 2 *Εὐβοίας.* Idem pro *κεκόνιστο* habet *κεκένιστο.* Suspicabar *κεκόνητο, occisus erat,* cll. Sophocle Elect. 1386 *νεοκόνητον αἷμα.* Sed videant alii. Pro *Δίρφυν* Vit. 2 *Δίφρυν.* Editum tuetur Euripides Herc. Fur. 185. Simonides Epigr. ed Schneidew. p. 145 et Stephanus Byz. *Δίρφυς: ὄρος Εὐβοίας, ὡς Εὐφορίων.* Quamquam non mirer si quis Euphorionem novatorem *Δίφρυν* scripsisse suspicetur pro usitatiore *Δίρφυς.* Ita variant *στέρφος* et *στέφρος,* de quo Valckenarius ad Callim. Eleg. p. 288, *τέρχνος* et *τρέχνος,* de quo Ruhnken. Auct. ad Hesych. p. 1369, *τράφος* pro *τάφρος* ap. Hesych. Tab. Heracl. I, 82. II, 51, 53, 64 et Eustathium ad Hom. p. 582, 8. *συβριάζειν* pro *συβαρίζειν* Etym. M. p. 732, 26 et fortasse Aristoph. Pac. 343, ubi *συβαρίζειν* invito metro legitur. De *κορτεῖν* pro *κροτεῖν* dixi ad Fragm. Com. gr. III p. 188; *ἀργυπνία* pro *ἀγρυπνία* adnotavit alicubi Eustathius, et *ἐφάρξαντο* pro *ἐφράξαντο* servavit Etym. M. p. 667, 22. Quam insulam ceteri *Καρπασίαν,* eam Dionysius, Bassaricorum auctor, dixerat *Κραπάσειαν,* teste Steph. Byz. p. 452: *οἵ τε πόλιν Κινύ-*

ρειον (leg. *Κινύρειαν*) ἴδ' *αἰπεινὴν Κραπάσειαν*, quem versum expressit Nonnus XIII, 451: *οἵ τε πόλιν Κινύρειαν* et 455: *οἵ τ' εἶχον Κραπάσειαν*. Multa huius generis habet Hesychius, ut *θιδρακίνη* et *θίδραξ* pro *θριδακίνη* et *θρίδαξ*, *νίκλον* pro *λίκνον*, *νάθραξ* pro *νάρθηξ*, *πρέκνος* pro *πέρκνος*. Alia eiusdem generis comparaverunt Salmas. ad Herod. Inscr. p. 123 et Valcken. ad Theocr. Adon. p. 119 *a*.

LXXXIV.

Βουκολέων Τρηχινίδα Τυμφρηστοῖο αἰπῆς.

Tzetzes ad Lycophr. 420: *Τυμφρηστὸς πόλις, καὶ ὄρος Τραχῖνος ἀπὸ Τυμφρηστοῦ τινος βασιλέως ἢ Τέφραντος υἱοῦ Ἡρακλέους· λέγεται δὲ τὸ ὄρος ἀρσενικῶς, ἡ δὲ πόλις θηλυκῶς, ὡς Εὐφορίων Βουκολέων Τρηχινίδα Τυμφρηστοῖο αἰπῆς.* Euphorio fortasse de Endymione agebat, cuius cum Diana consuetudinem fuisse qui Trachinem transferrent docent quae ex Nicandri Aetolicis refert Etymol. M. p. 153, 4. De *Τρηχινὶς* adiectivo, quamquam alias non lecto, non dubitari posse videtur; fortasse in fine praecedentis versus positum erat *γαῖαν* vel *χώρην*. Quamquam nec hoc necessarium. Nec in *βουκολέων* cum accusativo loci coniuncto haereo. Similia composuit Naekius de Callim. Hecale p. 70. Quibus multa addi possunt, fortasse etiam *τρέχειν χεῦμα* ex Hedylo apud Strabonem XIV p. 683: *Μυρίον ἀνδράσι θαῦμα νοεῖν πάρα, πῶς ἀνόδευτον χεῦμα δι' εἰαρινῶν ἐδράμομεν ζεφύρων.* Nisi hic *χεῦμα δι' εἰαρινῷ — ζεφύρῳ* legendum. Hactenus igitur recte omnia habent; sed postrema *Τυμφρηστοῖο αἰπῆς*, in quibus duo codd. habent *Τυμφρηστῆς*, non expedio, nisi forte spreta Tzetzae admonitione et

aliorum librorum ductu, in quibus *Τρηχινίδου Τυμφρηστὰς αἰπῆς*, legendum *Βουκολέων Τρηχινίδ' ὅπου Τυμφρήστιον αἶπος* vel *ὅπου Τυμφρηστιὰς ἀκτή* i. e. *ἄκρα*. De Tymphresto vide ad Parthen. Fragm. XLV.

LXXXV.

Χθιζόν μοι κνώσσοντι παρ' Ἀργανθώνιον αἶπος.

Etymol. M. p. 135, 26: *Ἀργανθών, οἷον, Ἀμφ' Ἀργανθώνειον ὄρος προχοάς τε Κίοιο* (Apoll. Rh. I, 1178). *τινὲς δὲ Ἀργανθώνην αὐτήν φασιν. Εὐφορίων δὲ καὶ Φιλίας Ἀργανθώνιον λέγουσιν διὰ τοῦ ῑ οἷον Χθιζόν μοι κτλ.* Pro *Φιλίας* sunt qui *Φιλητᾶς* corrigant. Scribendum *Φιλέας* cum Toupio Emend. ad Suid. I p. 82.

LXXXVI.

Ἤ οἱ Εὐάρχοιο φέρε κλέος ἀμφὶ ῥέεθρον.

Etymol. M. p. 388, 42: *οἱ μετάβολοι εὐφημιζόμενοι τοὺς πρώτους ὠνητὰς εὐάρχους καλοῦσι. φασὶ δὲ καὶ ποταμόν τινα παρὰ τὴν Σινώπην Εὔαρχον ὑπὸ Ἀργοναυτῶν προσηγορεῦσθαι, ἀφ' οὗ πρῶτον ἔπιον, ὥς φησιν Εὐφορίων Ἤ οἱ Εὐάρχοιο κτλ.* Sinopen appulisse Argonautas tradidit etiam Apollonius Rhod. II, 946 sqq. Euarchum autem non in vicinia Sinopes ponit Marcianus Heracleota, sed octoginta stadiorum intervallo abesse testatur. Cui consentit Menippus apud Stephanum Byz. p. 445: *Καππαδοκία χώρα τῇ Κιλικίᾳ πρόσβορρος, ὥς φησι Μένιππος, ἀπὸ Σινώπης εἰς Εὔαρχον ποταμόν, ὃς ὁρίζει Παφλαγονίαν καὶ Καππαδοκίαν.* Itaque probabile est apud Euphorionem de alio flumine agi, quod Argonautae boni ominis caussa *Εὔαρχον* appellaverint.

LXXXVII.

Ὅσσους εὐρυκόωσα Τυφάονι κύσσατο Κητώ.

Etymol. M. p. 396, 28: *Εὐρυκόωσα, ἡ μέγα χάσμα ἔχουσα, παρὰ τὸ εὐρὺ καὶ κόον. ἡ μεγάλη καὶ πλατεῖα· κόον γὰρ λέγουσι τὸ μέγα οἱ Λάκωνες. Εὐφορίων Ὅσσους κτλ.* De *κόος* vide Salmasium ad Simmiam Rhod. p. 193. Aliam vocis explicationem servavit Hesychius, *Εὐρυκόας: μεγαλόνους, μέγα ἰσχύων.* Quod idem affert *Εὐρυκόωσα: εὐρυνόμος, πολυάστερος νύξ*, ex epico poeta ductum est. Comparatio similium nominum, Laocoosa Hippocoosa Democoosa aliorumque, satis docet in eiusmodi compositis *κοᾶν* idem fere significasse quod *μέδειν*, quasi dicas *εὐρυμέδουσα, λαομέδουσα* etc. De *κύσσατο* i. e. *ἔτεκε* vide Lobeckium ad Sophoclis Aiac. 239.

LXXXVIII.

Τῆς οὐδ' αἴθυιαι οὐδὲ κρυεροὶ καύηκες.

Etymol. M. p. 493, 48: *καύηξ, ὁ λάρος, διὰ τὸ ἀδηφάγον. καύη γὰρ ἡ τροφή. ἢ ἀπὸ τοῦ λέγειν καῦ καῦ. Εὐφορίων Τῆς οὐδ' αἴθυιαι οὐδὲ κρυεροὶ καύηκες.* Idem versus est apud Suidam s. v. *κάβηξ*, Zonaram Lex. p. 1149 et scholiasten Lycophr. 425. 740. Vide T. Hemst. ad Plut. p. 313.

LXXXIX.

Οὗτος μὲν Ζωστὴρ Φοίβου πέδον.

Etymol. M. p. 414, 20: *Ζωστὴρ — καὶ τόπος τῆς Ἀττικῆς. Εὐφορίων Οὗτος μὲν Ζωστὴρ Φοίβου πέδον. καὶ Ζώστριος* (leg. *Ζωστήριος*) *Ἀπόλλων παρὰ Ἀθηναίοις τιμώμενος. καὶ Ἦδ' ἐπαπηδήσασα* (?) *Ζω-*

στηρίῳ Ἀπόλλωνι. Postrema verba fortasse ipsa etiam sunt Euphorionis. Zoster locus in occidentali Atticae littore situs et antiqua sanctitate conspicuus. Ferebant enim Latonam, Iunonis ira agitatam, post multos viarum errores in Atticam venisse ibique eo loco, cui postea *Ζωστῆρος* nomen inditum, zonam solvisse, in Delo autem peperisse. Stephanus Byzant. p. 377: *Ζωστὴρ τῆς Ἀττικῆς ἰσθμός, ὅπου φασὶ τὴν Λητὼ λῦσαι τὴν ζώνην* (add. *καὶ*) *καθεῖσαν ἐν τῇ λίμνῃ λούσασθαι. ἐνταῦθα θύουσιν ἁλιεῖς* (fort. *Ἁλαιεῖς*) *Λητοῖ καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Ἀπόλλωνι Ζωστηρίῳ.* Hyperides Io. Siciliotae apud Ruhnkenium Hist. crit. Orat. p. LXX: *λέγεται γὰρ τὴν Λητὼ κύουσαν ἐκ Διὸς ἐλαύνεσθαι κατὰ πᾶσαν γῆν τε καὶ θάλασσαν — ἤδη δὲ αὐτὴν ἡ ὠδὶς καταλαβοῦσα* (nominativus pendens), *εἰς τὴν ἡμετέραν χώραν* (add. *ἐλθοῦσαν*) *λῦσαι τὴν ζώνην — ἔπειτα εἰς Δῆλον διαβᾶσαν διδύμους τεκεῖν.* Apollinem tamen fuisse qui in *Ζωστῆρι* natum dicerent, docet Semi Delii locus apud Steph. Byz. s. v. *Τεγύρα.* Latonae Apollinis et Dianae aras in Zostere praeter Stephanum Byz. l. l. commemorat Pausan. I, 31. Apollinis *Ζωστηρίου* sacerdotio Euripidem functum esse discimus ex vita eius Ambros. p. 173 Lips. Eodem nomine deus colebatur apud Cumanos in Aeolide, teste glossatore Lycophr. Alex. 1279. Etiam Minervam Athenienses sub *Ζωστείρας* nomine coluisse colligas e grammatico Seguer. p. 261: *Ζωστὴρ Ἀπόλλων τιμᾶται παρ' Ἀθηναίοις. καὶ τόπος, ἔνθα Λητὼ ἐλύσατο τὴν ζώνην καὶ Ἀθηνᾶ ζωστῆρα.* Lege *τὴν ζώνην. καὶ Ἀθηνᾶ Ζώστειρα.* Quo loco ne quis Minervam pro Diana errore commemoratam suspicetur, prohibet allatus Pausaniae locus, Minervae quoque aram in pago

isto fuisse testantis. Adde quod etiam Locros Epicnemidios et Boeotios Minervae *Ζωστείρας* sacra coluisse constat ex Stephano Byz. v. *Ζωστήρ* et Hesychio, *Ζώστειρα: Ἀθηνᾶς ἐπίθετον ἐν Βοιωτίᾳ.* Ubi non erat quod Alberti *Σώτειρα* reponi vellet.

XC.

Τό ῥα οἱ δάνος ὤπασεν Ἕκτωρ.

Etymol. M. p. 247, 51: *δάνειον παρὰ τὸ δάνος, ὃ σημαίνει τὸ δῶρον. Εὐφορίων τὸ ῥά οἱ δάνος ὤπασεν Ἕκτωρ.* Intellige gladium Aiaci ab Hectore datum, de quo cfr. Meursius ad Lycophr. 464 et inprimis Lobeckius ad Sophoclis Aiac. p. 302. Locus fortasse ex Hyacintho desumtus est. Cfr. ad Fragm. XL, quod vide an cum hoc loco ita coniungendum sit:

τὸ ῥά οἱ δάνος ὤπασεν Ἕκτωρ,
πλευρά τε καὶ θώρηκα διήρικεν ἰνίου ἄχρις.

Vocabulum *δάνος*, quod constanter primam syllabam corripit, qui eam syllabam producere tradit Herodianus dict. solit. p. 36, 2. pro *δάνος* scripsisse videtur *πᾶνος* i. e. *πῆνος*.

XCI.

Πολύτροφα δάκρυα Βύνης.

Etymol. M. p. 565, 45: *Εὐφορίων δὲ βύνην τὴν θάλασσαν λέγει. οἷον Πολύτροφα δάκρυα βύνης, τοὺς ἅλας βουλόμενος εἰπεῖν.* Etymol. Gudian. p. 117, 9: *βύνη ἡ θάλασσα, καὶ ὄνομα θεᾶς.* Nimirum Leucotheam seu Inonem ita vocatam fuisse tradit Etymol. M. p. 217, 14: *Βύνη ἡ Λευκοθέα ἢ Ἰνώ. οἷον Βύνης καταλέκτριαι* [1]) *αὐδηέσσης.* Quae suum in usum con-

1) G. Dindorfius ad Stephani Thesaurum tentat *κατὰ λέκτρ*

vertit Eudocia Ion. p. 238. Cfr. intpp. Hesychii s. v. *βύνη* et Potter. ad Lycophr. 167. Nominis rationem qui reddidit auctor Etymol. Gud. l. l.: *ὅτι ὕδατος ἐπληρώϑη* (Ino)· *βλῦσαι* (leg. *βῦσαι*) *γὰρ τὸ πληρῶσαι, ἢ παρὰ τὸ δῦναι εἰς τὸ ὕδωρ*, Boeoticam vocem esse addit. Ceterum similiter Timotheus lyricus apud Athen. p. 465 c. aquam dixit *νεόρρυτα δάκρυα Νυμφῶν*.

XCII.

Καὶ ὀχϑηρῆς Γερανείης.

Etymol. M. p. 228, 20: *Γεράνεια, ὄρος Μεγάρων. Εὐφορίων Καὶ ὀχϑηρῆς Γερανείης.* Vid. Tzetzes ad Lycophr. 229 et T. Hemst. ad Lucian. p. 307.

XCIII.

Ἄστυ κάτ' εὐβύριον.

Etymol. M. p. 389, 24: *Εὐβύριον, τὸ εὔοικον, ὥς φησιν Εὐφορίων Ἄστυ κατ' εὐβύριον. εἴρηται δὲ ὅτι κατὰ τὴν Βαυρίαν ἢ κατὰ Μεσσαπίους σημαίνει τὴν οἰκίαν, ὥς φησι Κλέων ὁ ἐλεγοποιός*

Τοῦτο μὲν οὖν ῥέξαντες ἀολλέες ἠγερέϑοντο
Βαυριόϑεν βριαροὶ γοργοφόνοι νέποδες.

κατ' ἔλλειψιν οὖν τοῦ ā τὸ βαύριον βύριον, καὶ ἐν συνϑέσει εὐβύριον. Sylburgius tentabat, *εἴρηται δὲ ὅτι βαύριον ἢ βύριον κατὰ Μεσ.* Equidem malim, *εἴρηται δὲ παρὰ τὴν βαυρίαν, ἢ κατὰ Μεσσαπίους σημαίνει τὴν οἰκίαν.* Hesychius, *Βύριον: οἴκημα.* Idem *Βυριόϑεν: οἴκοϑεν*, ubi vides ipsum illud Cleonis *βαυριόϑεν*. Fortasse cognata fuere *βυρίον* sive *βαυρίον* et

---

ιεν. Mihi *καταλέκτρια* dici potuisse videntur Nymphae Inonis *ϑαλαμηπόλοι*.

βᾶρις, de quo Stephanus Byz. *Βᾶρις, ἡ οἰκία, ὡς Ποσείδιππος, καὶ ἡ συνοικία, ὡς Ἔφορος.* Cfr. Sylburg. ad Etym. l. l. et Geelius Bibl. crit. nov. I pag. 58. Cleon ab Etymologo commemoratus num idem sit cum eo qui Argonautica scripsisse perhibetur, patria Curiensis, pro certo non affirmaverim. Nam alius etiam Cleo, genere Siculus, commemoratur a Curtio lib. VIII, 17, 8, ubi cum Agide Argivo, pessimorum post Choerilum carminum auctore, coniungitur [1]). Certe Alexandrinae aetati eum adscribendum esse, dubitare vix sinit usus vocum glossematicarum *βαυριόθεν* et *νέποδες*, in quo postremo, sive id pro piscibus sive pro posteris usurparunt, mirum est quantopere sibi placuerint poetae Alexandrini et qui horum vestigiis insisterent [2]). Altero Cleonis versu nescio an *Γοργοφόνου νέποδες* scribendum sit, *Persei posteri*, i. e. *Persae*. *Γοργοφόνος* Persei cognomen habes apud Euripid. Plutarchi Symp. IX, p. 747 *d.* et Chrysermum Plutarchi de Fluv. p. 1159.

XCIV.

Μυσοῖο παρ' ὕδασιν Ἀσκανίοιο.

Strabo lib. XII, p. 566: *ὅτι δ' ἦν κατοικία Μυσῶν ἡ Βιθυνία, πρῶτον μαρτυρήσει Σκύλαξ ὁ Κα-*

---

1) Qui a Polluce X, 113 laudatur *Κλέων μελοποιὸς ἐν δευτέρῳ μελῶν*, ei recte ex codd. suffecerunt Alcaeum, quod fugit eos qui Alcaei fragmenta collegerunt.

2) Apud Moschum Europ. 135 ex optimis libris dedi: *πῆ με φέρεις θεόταυρε; τίς ἔπλεο; πῶς δὲ κέλευθον ἀργαλέην γε πόδεσσι διέρχεαι;* quod etsi vulgato aliquanto melius est, pro genuino tamen haberi non posse diligentior loci contemplatio docet. Scribo certus coniecturae *ἁρπαλέην νεπόδεσσι*, *viam piscibus gratam.*

ρυανδεὺς φήσας περιοικεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Φρύγας καὶ Μυσούς — ὅ τε Εὐφορίων Μυσοῖο παρ' ὕδασιν Ἀσκανίοιο λέγων, καὶ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος — τὸ αὐτὸ ἐκμαρτυροῦσιν. Idem XIV, p. 681: ἐξ ἧς (Ascanium lacum dicit) καὶ τὸν Ἀσκάνιον ποταμὸν ῥεῖν, οὗ μνημονεύει καὶ Εὐφορίων Μυσοῖο παρ' ὕδασιν Ἀσκανίοιο, καὶ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος.

XCV.

Ἀτρέα δῆμον Ἀθηνέων.

Hermog. de Ideis p. 123 (325) de dictionibus, quas δριμεῖς appellant rhetores, agens: καὶ ὁ Εὐφορίων ἀτρέα δῆμον Ἀθηνῶν, ἀντὶ τοῦ ἄτρεστον. ἄλλως τε πολὺς κίνδυνος ἐν ταῖς τοιαύταις δριμύτησιν ἐμπεσεῖν εἰς ψυχρότητα, ἐπεὶ καὶ οἱ τὰ σπουδαῖα γελοῖα (fort. σπουδογέλοια vel σπουδαιογέλοια) ταυτὶ συντιθέντες τοῦ γελοίου γε ἕνεκα οὐδὲν ἀλλ' ἢ ταῖς τοιαύταις χρώμενοι δριμύτησιν εὐδοκιμοῦσιν. MS Ἀθηναίων, quod emendavit Blomfield. ad Aeschyli Prom. p. 206. Tzetzes apud Cramerum Anecd. Oxon. IV p. 130: ἀτρέα δῆμον ἄτρεστον, ὡς Εὐφορίων λέγει. Usus est nostro loco Salmasius ad inscript. Triop. pag. 66 bene comparans Δία ἕκτορα Sapphonis, ἕκτορα κεκρύφαλον Leonidae Tarentini, et alia aliorum, quibus adde χεῖρα ἱπποδάμειαν ex Euphorione Fragm. CLXIV, σποδὸς ἀντήνωρ ex Aeschyli Agam. 451, κύκλωψ σελήνη ex Parmenide Fragm. 130, διομήδης ἀνὴρ de Achille dictum in epigr. adesp. Anth. Pal. ed. Iac. III, 29, quod vereor ut recte explicaverit Eustathius ad Hom. p. 453, 55. Eiusdem generis sunt παρθένος μένανδρος, de quo vide Fragm. CXI. Ζεὺς ἀρίσταρχος apud Bacchylidem Apollonii de Synt. II, 31 et Simonidem Athe-

naei III p. 99. *Ἀγησίλαος* de Plutone dictum illustravit Bentleius ad Callim. Lav. Pall. 130. *Ἄρτεμις τηλέμαχος* ridet Lucianus Lexiph. T. II p. 335. *ἔκτορος πλημυρίδος* de ancoris dixit nescio quis apud Eustathium p. 1479, 30. Cfr. Etymol. M. p. 383, 25.

XCVI.

Ζεφύρου μέγα ποιφύξαντος.

Scholiastes Nicandri Ther. 179: *τὸ δὲ ποιφύζειν πολλαχῶς λέγεται· καὶ ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦ ἐκφοβεῖν, ὡς Σώφρων ἐν τοῖς Μίμοις „Παιδικὰ ποιφύξεις" ποτὲ δὲ ἐπὶ τοῦ πνεῖν, ὡς Εὐφορίων Ζεφύρου μέγα ποιφύξαντος.* Sophronis locus est etiam apud Athen. VII p. 324 e. ubi vide intpp. Neutrali significatione verbo *ποιφύζειν* usa est etiam Anyte in Anthol. Palat. I p. 368, cuius de loco v. Delect. poet. Anth. gr. p. 98. Active, ut Sophron, eo usus est Lycophron Cass. 198. cfr. Eustath. p. 160, 33 et intpp. Hesychii s. v. *ποιφύξεις.*

XCVII.

Ἀλεξίκακον φύε ῥάμνον.

Scholiastes Nicandri Ther. 861: *τὴν δὲ ῥάμνον ἀλεξιάρην φησίν, ὅτι καὶ εἰς φαντάσματα βοηθεῖ. ὅθεν καὶ πρὸ τῶν θυρῶν ἐν τοῖς ἐναγίσμασι κρεμῶσιν αὐτήν. ἔστι δὲ λευκὴ καὶ μέλαινα. μέμνηται τῆς βοτάνης καὶ Εὐφορίων Ἀλεξίκακον φύε ῥάμνον.*

XCVIII.

Θιμβρὴν τε Σεμίραμιν.

Scholiastes Nicandri Ther. 35: *θιμβρὴν δὲ τὴν θερμὴν καὶ ὀξεῖαν διὰ τὰς ἐξ αὐτῆς γινομένας φλεγ-*

μονάς. Καλλίμαχος· ϑιβρῆς Κύπριδος ἁρμονίης. καὶ Εὐφορίων Θιμβρήν τε Σεμίραμιν. Praestare videtur forma ϑιβρός, qua usus est Nicander Alex. 568. Vid. intpp. Hesychii vol. I p. 1718. cll. Salmasio ad Herod. inscr. p. 87. Eandem varietatem in scriptura nominis proprii Θίμβρων et Θίβρων deprehendas.

XCIX.

Ἐν δὲ πόποις ἕσσαντο.

Apollonius Lex. Hom. p. 133, 19: πόποι ἐπιφώνημα σχετλιαστικόν· τινὲς δὲ ἔδοξαν σημαίνειν ὦ ϑεοί. ὁ γοῦν Εὐφορίων φησίν „Ἐν δὲ πόποις ἕσσαντο.“ τινὲς δὲ τούτῳ βοηϑοῦντες φασὶ συναλοιφὴν εἶναι, ἐν δὲ ἐπόποις, ἀντὶ τοῦ ἐπόπταις. Cfr. Eustath. ad Hom. p. 99 in. Dryopum fuisse λέξιν testantur Plutarchus de Aud. poet. p. 22 c. et schol. min. ad Odyss. I, 32. Alii Scythas subterranea deorum signa appellasse πόπους referunt v. c. Etymol. M. s. v. ὦ πόποι et grammaticus Bekkeri Anecd. p. 1433. Cfr. Alberti ad Hesychium s. v. πόποι. Apud Tragicos si quando occurrit ὦ πόποι, non sunt intelligendi dii; neque apud Homerum. Alia Euphorionis et omnino Alexandrinorum poetarum ratio, rarissima quaeque et obscurissima avide occupantium. Pro ἕσσαντο fortasse ϑέσσαντο scribendum, de quo verbo v. intpp. Hesychii vol. I p. 1704. Cfr. Fragm. Com. graec. vol. III p. 8.

C.

Οὐ γὰρ Ἀλήσιοί ἐστε.

Stephan. Byz. s. v. Ἀλήσιος p. 97: ἔστι καὶ Ἀλήσιον πεδίον τῆς Ἠπείρου, ἵνα πήγνυται πολὺ ἅλας. ὁ δὲ Εὐφορίων „Οὐ γὰρ Ἀλήσιοί ἐστε“ φησίν. Campum Ha-

Halesium idem memorat p. 712: *Τραγάσαι, χώρα ἐν Ἠπείρῳ — ὅθεν Τραγασαῖοι ἅλες, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῳ Λεσβιακῶν. ἀφ' οὗ καὶ τὸ πεδίον Ἀλήσιον καλεῖται.* Salinas in Epiro habemus apud Polluc. VI, 63. Cfr. Lycophr. 138.

CI.

Οἷόν θ' εἰαμενῆς ὑποκυδέος.

Harpocratio 179, 16: *ὑποκυδής ἐστιν ὁ δίυγρος, ὡς ἐκ τῆς τρίτης Κτησίου φανερόν ἐστιν. Εὐφορίων Οἷόν τ' εἰαμενῆς ὑποκυδέες.* Recte *ὑποκυδέος* corrigunt Salmasius et Ruhnkenius Auct. Hesych. ad pag. 1472. Grammaticus Bekk. Anecd. p. 313: *Ὑποκυδεῖς — κοῖλοι τόποι.* Schol. Apollonii Rhod. IV, 316: *εἰαμεναὶ οἱ κάθυγροι τόποι καὶ στεγανώδεις.* Lege *τεναγώδεις.* Locis editioribus opponuntur apud Callimachum H. Dian. 192: *ἡ δ' ὁτὲ μὲν λασίῃσιν ὑπ' ὀφρύσι κρύπτετο νύμφη, ἄλλοτε δ' εἰαμενῇσιν.* Ita enim ex codd. Voss. legendum pro edito *ὑπὸ δρυσί* [1]). Praeterea scripsi *οἷόν θ' εἰαμενῆς.*

CII.

Οὐδέ τοι εὔωροι θυέων.

Zonaras Lex. p. 905: *εὔωροι, ἀπαραφύλακτοι. Εὐφορίων Οὐδέ τε εὔωροι θυέων.* Rectius Etymol. M. p. 401, 39 *οὐδέ τοι.* Cfr. Suidas s. v. *εὔωρος.*

---

1) Eodem errore in eodem hymno vs. 159 scribitur *Φρυγίῃ περ ὑπὸ δρυῒ γυῖα θεωθείς.* Lege *Φρυγίῃ περ ὑπ' ὀφρύϊ,* in colle Phrygio. Prope a vero abfuit Ruhnkenius corrigens *Φρυγίης περ' ὑπ' ὀφρύσι.* Apud Hesychium pro *Ὀθρυόεν: τραχὺ, ὑλῶδες, δασὺ, κρημνῶδες,* legendum *Ὀφρυόεν.*

CIII.

Ἀτάρμυκτον πρέπεν ὄμμα.

Etymol. M. p. 162, 5: *Ἀτάρμυκτον· τὸ ἄφοβον. κυρίως τὸ μὴ μῦον. Εὐφορίων ὅτι ἀτάρμυκτον πρέπον ὄμμα.* Eadem habet Zonaras p. 336. Pro edito *πρέπον* (Zonaras *τρέπεν*) cod. apud Schneiderum ad Nicandri Alexiph. p. 130 habet *πρέπεν*, quod melius convenit cum oculis *ἀταρμύκτοις*, de qua voce v. Bentleium ad Horatii Carm. I, 3, 18.

CIV.

Ἀπόπρο δὲ Βέβρυκα πύκτην.

Choeroboscus apud Bekker. Anecd. gr. p. 1353: *τὸ Βέβρυξ — εὑρέθη γὰρ καὶ ἐκτεταμένον ἔχον τὸ ῡ, οἷον Βεβρύκων βασιλῆος ἀγήνορος* (Apollon. Rhod. II, 2), *καὶ συνεσταλμένον, οἷον Οὐδ' ἄρα Βέβρυκες ἄνδρες ἀκήδησαν βασιλῆος, καὶ παρ' Εὐφορίωνι Ἀπόπρο δὲ Βέβρυκα πύκτην.* Amycum dicit. Alter versus *οὐδ' ἄρα Βέβρυκες ἄνδρες ἀκήδησαν βασιλῆος* Apollonii Rhodii est II, 98, ubi pro *ἀκήδησαν* rectius legi *ἀφείδησαν* ostendunt ea quae de verbo *ἀφειδέω* collegit Iacobsius Anth. Palat. p. 116.

CV.

Strabo VIII, 364: *Εὐφορίων δὲ καὶ τὸν ἧλον λέγει ἧλ. παρὰ Φιλητᾷ δὲ Δμωΐδες εἰς ταλαροὺς λευκὸν ἄγουσιν ἔρι.* Ad Euphorionis locum respexit Eustathius ad Iliad. p. 217, 6. indeclinabile esse docens *κρῖ* pro *κρῖμνον*, *δῶ* pro *δῶμα*, *ἧλ* pro *ἧλος*. Idem p. 295, 2: *ὁ δὲ γεωγράφος ἐκτίθεται καινότερα ἕτερα, ἐν οἷς καὶ ὅτι ὁ ἧλος ἧλ*, et p. 566, 35: *ἰστέον δὲ ὅτι τοῦ γεωγράφου ἱστοροῦντος καινήν τινα ἀποκοπὴν τοῦ ἧλος ἧλ, οἷον δαιμόνιος ἧλ*, ex quo manifestum est, Eusta-

thium integriore Strabonis exemplari usum esse. Denique Apollonius de Pronom. p. 372 *a.* *καὶ ἀπὸ τοῦ δῶμα δῶ, ἧλος ἧλ.* Idem sequutus est Phavorinus ed. Dind. p. 160. Igitur Strabo Apollonius et Eustathius in eo omnes consentiunt, Euphorionem *ἧλ* dixisse pro *ἧλος.* Aliam vero lectionem et explicationem praebet Epitome Strab. ed. Siebenk. p. 119: *Εὐφορίων τὸν ἥλιον λέγει ἧλ,* cui favet Buttmannus Grammat. mai. I p. 214 laudato Servio ad Virg. Aen. I, 696: ***Solem colunt*** (Assyrii) ***qui ipsorum lingua Hel*** (alii El) ***dicitur; et ἥλιος. ergo addito digammo et in fine facta derivatione a sole regi nomen imposuit.*** *Ἧλ* Assyriorum idem sine controversia qui alias *Βῆλ* vel *Βῆλος* dicitur. Vid. Ruhnken. Auct. Hesych. ad I p. 723. cll. D'Orvillio ad Charit. p. 511 Lips. et Seldeno de diis Syr. II, 1 p. 220. Equidem, inprimis propter Apollonii auctoritatem, alteram explicationem, qua *ἧλ* pro *ἧλος* ab Euphorione dictum sit, praeferre non dubito. Similia sunt praeter ea, quae iam commemoravimus, *φῦν* pro *φῦναι*, de quo Buttmannus Museo Antiqu. Stud. I p. 248, *πῖν* pro *πίνειν* Anal. Brunck. II p. 323, *βὰν* pro *βῆναι* apud Etymol. M. p. 187, 43, *πῶ* pro *πῶθι* ibid. p. 698, 52, *κτὰν* pro *κτανεῖν* quod attigit Hesychius *Κτάν: κτάναι, φονεύειν, ἀνελεῖν.* Sed tota haec de nominibus monosyllabis doctrina uberrime tractata est a technico Regimontano in Paralipomenis grammaticae graecae.

CVI.

Κλέος ἀστέμβακτον.

Eustathius ad Iliad. p. 235, 10 *στέμβειν ὃ δηλοῖ οὐ μόνον τὸ ὑβρίζειν ἀλλὰ καὶ τὸ συνεχῶς κινεῖν, ὅθεν*

καὶ ἀστέμβακτα παρὰ Λυκόφρονι. λέγει δὲ καὶ Εὐφορίων Κλέος ἀστέμβακτον. Lycophronis locus est Alex. 1117 ubi vulgo *ἀστένακτα*. Vatic. *ἀστέμβακτα*, ut praeter Eustathium legerunt etiam Etymol. M. p. 158, 39 et Zonaras Lex. p. 320. Müllerus Etymologi locum festinantius inspexit.

CVII.

Πεσσά [τε] Ναυπλιάδαο.

Eustathius ad Odyss. p. 1397, 8: *ὁ τὰ περὶ ἑλληνικῆς παιδιᾶς γράψας* [1]) *διαφορὰν καὶ αὐτὸς εἰδὼς κύβων καὶ πεσσῶν — παλαιοτάτην εἰπὼν τὴν κυβευτικὴν παιδιάν, παράγει Σοφοκλέους μὲν ἐκ Παλαμήδους τό Οὗτος ἐφεῦρε πεσσοὺς κύβους τε τερπνὸν ἀργίας ἄκος. καὶ Εὐφορίωνος τό Πεσσὰ Ναυπλιάδαο.* Copiose haec explicuit Salmasius ad Flavium Vopisc. p. 746. Sophoclis locum Brunckius in Nauplii fragmentis posuit cum alio loco apud Achillem Tatium servato coniunctum, cuius priores versus correxit Salmasius de Usur. p. 430. Cfr. Scaliger ad Manil. p. 288. Quod ad Nauplium eos versus retulit Brunckius, id dubitari potest num recte fecerit. Palamedis enim argumentum etsi ignoramus, nil tamen prohibet ne Nauplii quoque partes in eo fuisse credamus. Is enim, audita filii nece, in castra Graecorum venisse dicitur, ubi si versus illos ab eo pronunciatos fuisse statuas, omnia bene conspirant. Celeritatem itineris nemo obiiciet [2]).

---

1) Dicere videtur Suetonium. Suidas vol. III p. 495: *Τραγκύλλιος — ἔγραψε περὶ τῶν παρ' Ἕλλησι παιδιῶν βιβλίον ά.* Ubi Kusterus laudat Tzetzen Chil. VI, 875.

2) Haec non legerat Fr. Vaterus Diss. de Aleadis p. 26 sq.

CVIII.

Scholiastes Ven. ad Iliad. σ', 486 (p. 507, 32 ed. Bekk.): Ὑριεὺς ὁ Ποσειδῶνος καὶ Ἀλκυόνης, μιᾶς τῶν Ἄτλαντος θυγατέρων, ᾤκει μὲν ἐν Ταναγρᾳ τῆς Βοιωτίας, φιλοξενώτατος δὲ γενόμενος ὑπεδέξατό ποτε καὶ θεούς. Ζεὺς γὰρ καὶ Ποσειδῶν καὶ Ἑρμῆς ἐπιξενωθέντες αὐτῷ, καὶ τὴν φιλοφροσύνην ἀποδεξάμενοι, παρῄνεσαν αἰτεῖν ὅ τι ἂν βούλοιτο. ὁ δὲ ἄτεκνος ὢν ᾐτήσατο παῖδα. λαβόντες οὖν οἱ θεοὶ τὴν τοῦ ἱερουργηθέντος αὐτοῖς βοὸς βύρσαν ἀπεσπέρμηναν εἰς αὐτήν, καὶ ἐκέλευσαν κρύψαι κατὰ γῆν καὶ μετὰ δέκα μῆνας ἀνελέσθαι. ὧν διελθόντων ἐγένετο ὁ Οὐρίων, οὕτως ὀνομασθεὶς διὰ τὸ οὐρῆσαι ὥσπερ (?) τοὺς θεούς, ἔπειτα δὲ κατ' εὐφημισμὸν Ὠρίων. συγκυνηγετῶν δὲ οὗτος Ἀρτέμιδι ἐπεχείρησεν αὐτὴν βιάσασθαι. ὀργισθεῖσα δὲ ἡ θεὸς ἀνέδωκεν ἐκ γῆς σκορπίον, ὃς αὐτὸν πλήξας κατὰ τὸν ἀστράγαλον ἀπέκτεινε. Ζεὺς δὲ συμπαθήσας κατηστέρισεν αὐτόν· διὸ τοῦ σκορπίου ἀνατέλλοντος Ὠρίων δύνει. ἡ δὲ ἱστορία παρὰ Εὐφορίωνι. Hinc sua derivavit Eudocia p. 441 et Arsenius Viol. p. 490, ubi quum alia vitiose scripta sunt, tum Ἐρετριεὺς pro Ὑριεὺς et Ἀλκμήνης pro Ἀλκυόνης. Spurcissimam de natalibus Orionis fabulam quomodo sine magna offensione explicare potuerit Euphorio docet Nonni narratio Dion. XIII, 96 — 103 ex Euphorione fortasse expressa. Quod attrectasse Dianam Orion dicitur, id Aratus Phaen. 634 sqq. iam veteres poetas tradidisse testatur; eosdem sequutus est Callimachus apud Hygin. Astron. 34, Nicander Ther. 15 ubi v. schol., Horatius Carm. III, 4, 71, Nonnus Dion. IV, 331 sqq. In alio autem carmine Euphorionis non

Dianae sed Upi incontinentes manus Orionem iniecisse ex sequenti fragmento intelligitur.

CIX.

Οὖπις ἀμαλλοφόρος.

Scholiastes Hom. ad Odyss. V, 121: *τούτου* (Orionis) *ἐρασθεῖσα ἡ Ἡμέρα ἥρπασεν ἀπὸ Τανάγρας εἰς Δῆλον, ἔνθα τὴν ἀμαλλοφόρον Οὖπιν ἰδὼν ἤθελε βιάσασθαι. ἐφ' ᾧ ὀργισθεῖσα ἡ θεὸς ἀναιρεῖ αὐτόν, ὡς Εὐφορίων δηλοῖ.* Aliorum loca, in quibus eadem narrantur, collegit Creuzerus Melet. I p. 34 a Buttmanno laudatus.

CIX b.

Helladius apud Photium Bibl. p. 531 ed. Bekk.: *τὸ γὰρ ζητεῖν οἱ Δωριεῖς μῶσθαι* (ita Kusterus ad Suid. II p. 582 pro *μῶ*). *καὶ μῶται τὸ τρίτον πρόσωπον παρ' Ἐπιχάρμῳ, καὶ μῶνται παρ' Εὐθυφορίωνι* (recte Scaliger *Εὐφορίωνι*) *καὶ μώμεναι* (leg. *μωμένη*) *ἡ μετοχὴ παρὰ Σοφοκλεῖ.* Respicit, ni fallor, Trach. 1136, ubi ante Heathium legebatur *μνωμένη*. Photius p. 284, 3 *τὸ γὰρ μῶσθαι ζητεῖν.* Eodem verbo usus est Epicharmus apud Xenophont. Memor. II, 1, 20 *μὴ τὰ μαλακὰ μῶσο, μὴ τὰ σκλήρ' ἔχῃς.* Ita enim pro edito *μώεο* ex libris Stobaei legendum esse docebit H. L. Ahrens. Ac respicit, ni coniectura fallit, Epicharmi locum Hesychius, *Μῶσοι: ζητεῖ.* Scribendum enim *Μῶσο: ζήτει.* Sed apud Bionem Stobaei Ecl. phys. tom. I, 170: *Δίζετο φάρμακα πάντα σοφὰν δ' ἐπεβώετο τέχναν*, non recte Salmasius *ἐπεμώετο.* Scribendum potius quod nunc unice probo *ἐπεμαίετο.* Rarioris usus est activa forma *μῶ*, cuius exemplum praebet Epicharmus apud Etymol. M. p. 589,

42: *Πύῤῥαν γε μῶ καὶ Δευκαλίωνα.* Confr. Bekkeri Anecd. G. p. 1201.

CX.

Helladius apud Photium Bibl. p. 533 ed. Bekk. *ὁ Εὐφορίων, φησίν, ἱστορεῖ τινὰ ἐνύπνια μηδέπου ἑωρακέναι.* Inepte Meursius: ***refert quaedam somnia alicubi non videri.*** Legendum *μηδέποτε* [1]), ***nescio quem nunquam somniasse***, ut constat de Thrasymene quodam et Cleone, teste Plutarcho Orac. def. p. 437 *f*. Eandem fuisse Atlantum, Libycae gentis, sortem narrat Herodotus IV, 184 et ex Herodoto Plinius HN. V, 8. Cfr. Stephanus Byz. s. v. *Ἄτλαντες.*

CXI a. b.

Helladius apud Photium Bibl. p. 532 ed. Bekk.: *Παρὰ Εὐφορίωνι — κακοζήλους ἔστιν εὑρεῖν λέξεις. καὶ γὰρ τὸν Ἰάσονα ναυαγὸν εἶπεν, ὅπερ οὐ νεναυαγηκότα μᾶλλον, τὸν δὲ ναῦν ἄγοντα δηλοῖ. καὶ τὸν τὰ χρυσᾶ μῆλα τῶν Ἑσπερίδων φρουροῦντα ὄφιν κηπουρὸν ὠνόμασε. παρεζήλωσε δὲ τὸν πρῶτον Διονύσιον, τὸν Σικελίας τύραννον.* Cfr. Fragm. CXL. Quod *ναυαγὸν* non de ***naufrago***, sed de ***navis ductore*** dixit Euphorio, in eo sequutus est, si Suidae fides, vulgarem loquendi consuetudinem. Sic enim ille, *Ναυηγός: ὁ τῆς νεὼς ἀρχηγός. τοῦτο δὲ κοινῶς. ἡ δὲ ποίησις καὶ τὸν ναυαγήσαντα οὕτω γράφει.* Quamquam mirum est, quum Suidas dicat *τοῦτο δὲ κοινῶς*, nullum eius significationis exemplum apud alios scriptores reperiri; nec minus mirum quod addit *ἡ δὲ*

1) Ita nunc edidit Bekkerus

ποίησις καὶ etc., quasi non omnes omnino scriptores eam voci *ναυαγὸς* vim tribuerint, qua naufragum significat. Rem tetigit etiam Alberti ad Hesych II p. 599 et Naekius ad Choeril. p. 166. In Philemonis versu apud Stobaeum Serm. XXX, 4 (Fragm. Comic. IV p. 31): *Οὔτε γὰρ ναυαγός, ἂν μὴ γῆς λάβηται φερόμενος* etc. male Gesnerus *ναυαγὸν* de *nauta* interpretatus est. Nec Schneiderum lex. gr. v. *ναυαγός* probo, qui ad eandem significationem revocavit incerti poetae verba apud Brunckium Anal. III p. 233, ubi *ναυηγοὶ ἄνεμοι* eodem modo dicti sunt, quo Horatius *naufragum mare* dixit. Cfr. Delect. poet. Anth. gr. p. 225. Illud autem memorabile, quod addit Helladius, in illa novandarum significationum licentia Euphorionem aemulatum esse exemplum Dionysii maioris, ex cuius tragoediis exempla posuit haec: *βαλάντιον* sive *βαλλάντιον* pro *ἀκόντιον*, *ἐλκύδριον* pro *κάδος*, *σκέπαρνον* pro *ἔριον* (Schol. Dion. Thrac. p. 731 et Psellus Anecd. Boisson. III p. 208 sq. Eustath. Epist. p. 46), *χλαῖνα* pro *ἐριωλή*[1]), *θυέστης* pro *δοίδυξ*. Similia purpurati poetae deliramenta apposuit Athenaeus loco admodum memorabili lib. III p. 98 *d*, ubi novorum vocabulorum architecti multis parasangis superare dicuntur ipsum Dionysium, quamvis ille virginem dixerit *μέναν δρον* (Bekk. Anecd. pag. 1162), columnam *μενεκράτην*, iaculum *βαλλάντιον*, murium latibula *μυ-*

---

1) In hoc praeivit Dionysio iocus Aristophanis Vesp. 1148 per lusum *ἐριώλη* ab *ἔριον* deducentis, quae ratio etiam grammaticis quibusdam placuit, v. c. scholiastae Apollon Rh. I, 1132: *γράφεται καὶ ὀξυτόνως ἐργωλή· καὶ σημαίνει τὴν τοῦ ἔργου ἀπώλειαν.* Ubi scriptura *ἐργωλή* et *ἔργον* non scholiastae sed librarii errori debetur *Γ* scribentis pro I.

στήρια, bovem *γαρόταν*, porcum denique *ἴακχον*. Hinc sane non mirandum est, absurda et inconcinna tyranni carmina censuisse Philoxenum. Nec magis honorifice de Dionysii tragoediis sentiebat is, qui eum in pangendis carminibus adiuvisse dicitur, Antiphon. Vid. Philostr. Vit. Soph. I p. 499 et Plutarch. Vit. Orat. p. 833 *c*. Eodem spectat Melanthii dictum, qui interrogatus, quid de Dionysii quadam tragoedia sentiret, se eam vidisse negabat, quippe verborum tenebris obfuscatam, Plutarch. de Aud. Poet. p. 41 *c*. ex emendatione Xylandri. Tanta igitur obscuritate quum laborarent inepti hominis tragoediae, non mirum est eas aut nunquam aut raro in scena fuisse exhibitas. Themist. Orat. IX p. 126: *ἐνέπλησε δραμάτων Σικελίαν μᾶλλον ἢ τὴν σκηνήν*. Adfectatum dicendi genus satis ostendit etiam fragmentum ex eius tragoedia Adonis inscripta apud Athen. IX p. 401. Tragoediam dixi Adonin, non comoediam, ut fecit Casaubonus ad Athen. IX p. 401 *e*. Neque enim verum existimo, quod Suidas ait, etiam comoediis scribendis Dionysium operam dedisse [1]). Paeanas eundem composuisse constat ex Athen. VI p. 250 *b. c.*

CXII.

Hesychius *Ἄλλιξ*: *χιτὼν χειρίδωτος*. *Εὐφορίων*. Thessalam vocem dicit Etymol. M. p. 68, 33, qui non de tunica exponit sed per *χλαμὺς* explicat citato Callimachi versu: *ἄλλικα χρυσείῃσιν ἐεργομένην ἐνέτῃσιν*. Idque non dubito quin verum sit. Cfr. Suidas s. v.

---

1) Haec nunc copiosius persequutus sum Hist. Com. graec. p. 525.

ἄλλιξ, Spanhemius ad Callimachum in Apoll. 32, Salmasius ad Tertullianum de Pall. p. 99 et Naekius Dissert. de Hecale III p. 576.

CXIII.

Hesychius *Ἄνταρ: αἰετὸς ὑπὸ Τυρρηνῶν. Εὐφορίων δὲ δίασμα.* Vellem haec expediisset Lobeckius Paral. gramm. p. 205 sqq.

CXIV.

Stephanus Byzant. s. v. *Δαφνοῦς* p. 292. *Δαφνοῦς, Φωκικὴ πόλις, ἀρσενικῶς λεγομένη καὶ θηλυκῶς Δαφνουσίς. Δαφνοῦσαν δὲ αὐτήν φησιν Εὐφορίων.*

CXV.

Stephanus Byzant. s. v. *Ἄλπωνος* p. 105: *Ἄλπωνος, πόλις καὶ ὄρος ἐν Μακεδονίᾳ, ὡς Εὐφορίων.*

CXVI.

Stephanus Byzant. s. v. *Αἴγυς* p. 56: *Αἴγυς, πόλις Λακωνική, ὡς Εὐφορίων.* Vide O. Müllerum Doriens. I p. 95.

CXVII.

Stephanus Byzant. s. v. *Νάξος* p. 580: *Νάξος νῆσος τῶν Κυκλάδων ἡ διάσημος, ἀπὸ τοῦ Νάξου Καρῶν ἡγεμόνος. ἄλλοι δὲ ἀπὸ Νάξου τοῦ Ἐνδυμίωνος. Εὐφορίων δὲ παρὰ τὸ νάξαι, ὅ φασι θῦσαι τινές.* In his *δὲ* post *Εὐφορίων* addidi ex cod. Rehd. Pro *θῦσαι* Salmasius ad Solin. p. 183 et Kusterus ad Suid. III p. 586 scribunt *βῦσαι*. Apud scholiastam Apoll. Rhod. IV, 1492 Naxus dicitur Acacallidis et Apollinis filius.

CXVIII.

Stephan. Byzant. s. v. *Τρικόρυνθον* p. 717: *οὐδετέρως Αἴδυμος καὶ Διόδωρος, Διονύσιος ἀρσενικῶς, Εὐφορίων θηλυκῶς. ἔστι δὲ δῆμος τῆς Αἰαντίδος φυλῆς.*

CXIX.

Stephanus Byzant. s. v. *Νέδη* p. 584: *Νέδη, πόλις Ἀρκαδίας, ἀπὸ Νύμφης Νέδης. Εὐφορίων δὲ Νεδέην καὶ αὐτός φησι· τὸ κτητικὸν Νεδεήσιος.* Pro *πόλις* recte corrigunt *ποταμός* [1]). Postrema verba ita corrigenda videntur, *Εὐφορίων δὲ Νεδέην φησί. καὶ ὁ αὐτὸς τὸ κτητικὸν Νεδεήσιος.* De Neda Arcadiae fluvio et Nympha Iovis nutrice vide Callimach. Iov. 33. 38 cll. Hermanno de Musis Fluvial. p. 9.

CXX.

Iohannes Lydus de Mens. II p. 124: *Περὶ τοῦ Δουρείου ἵππου ὁ Εὐφορίων φησί, πλοῖον γενέσθαι τοῖς Ἕλλησιν ἵππον λεγόμενον.* V. Heynium Exc. II ad Virg. Aen. II, 15.

CXXI.

Athenaeus II p. 44 *f*: *Εὐφορίων δὲ ὁ Χαλκιδεὺς οὕτω που γράφει „Λασύρτας Λασιώνιος οὐδὲ προςεδεῖτο ποτοῦ καθάπερ οἱ ἄλλοι, οὖρον δὲ προΐετο καθάπερ πάντες ἄνθρωποι. καὶ πολλοὶ διὰ φιλοτιμίαν*

1) Frequentissimi erroris exempla vide apud Schaeferum ad schol Apollonii Rhod. p. 323. Adde Etymol. M. p. 544, 30: *Κυλίσταινος πόλις Ἰταλίας. Πάρθαξ δὲ τὸ πρῶτον ἐκαλεῖτο· διὰ δὲ τὸ τὸν Ἡρακλέα φονεῦσαι δράκοντά τινα ὑπερμεγέθη καὶ κυλισθῆναι εἰς αὐτὸν Κυλίσταινος ἐκλήθη.* Quae ita corrige *Κυλίσταρνος, ποταμὸς Ἰταλίας. Πάρθαξ ἐν τῷ πρώτῳ. ἐκαλεῖτο δὲ διὰ τὸ τὸν Ἡρακλέα* etc. Cylistarnum fluvium memorat Lycophr. 930. 946. Parthax autem historicus est, cuius *Ἰταλικὰ* habes apud Herodianum de dict. solit. p. 19, 9: *ἔστιν Ἶς καὶ τῆς Ἰταλίας, ὡς Πάρθαξ ἐν τῷ β΄ τῶν Ἰταλικῶν „ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο εἰς τὴν Ποσειδωνίαν ὁ Ἡρακλῆς· ἔστι δὲ ποταμὸς Ἶς καλούμενος μέγας.“* Ac fortasse idem scriptor commemoratur ab Heraclide Eustathii p. 734, 48, ubi hodie legitur *τὴν Αὐλωνίαν Χάραξ Καυλωνίαν φησὶν ἐν Ἰταλικοῖς.* Certe de Characis Italicis aliunde non constat.

ἐπεχείρησαν παρατηρῆσαι· καὶ ἀπέστησαν πρὸ τοῦ εὑρεῖν τὸ πραττόμενον. θέρους γὰρ ὥρᾳ καὶ τριακονθήμερον προςεδρεύοντες, καὶ οὐδενὸς μὲν ὁρῶντες ἀπεχόμενον ἁλμυροῦ, τὴν κύστιν δ' αὐτοῦ ἔχοντα, συνεπείσθησαν ἀληθεύειν. ἐχρῆτο δὲ καὶ τῷ ποτῷ, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον οὐ προςεδεῖτο τούτου." Ita correxit Dindorfius vulgatum τὴν κύστιν δ' *αὐτοῦ* ἔχοντα, qua correctione admissa nihil iam difficultatis restat in loco antea obscurissimo. Nimirum non alienam, ut praestigiatores facere solebant, vesicam urina impletam subligaverat Lasyrtas. Athenaeus I p. 21 *a*: *Διοπείθης ὁ Λοκρός, ὥς φησι Φανόδημος, παραγενόμενος εἰς Θήβας καὶ ὑποζωννύμενος οἴνου κύστεις μεστὰς καὶ γάλακτος, καὶ ταύτας ἀναθλίβων ἀνιμᾶν ἔλεγεν ἐκ τοῦ στόματος.*

CXXII.

Aelianus H. A. VII, 48: *Ἴδιον δὴ τῶν ζώων καὶ ἡ μνήμη καὶ συνῳδὸν τοῖς προειρημένοις καὶ ἐς τὸ αὐτὸ δ' ἔστιν εὔδοντος ἐν τῇ Σάμῳ, ἐπὶ τοῦ κεχηνότος Διονύσου νομίζοιτο ἂν καὶ τὸ φωλιὸν εἰδέναι. καὶ τοῦτο ἀκουέτω Ἐρατοσθένους τε καὶ Εὐφορίωνος καὶ ἄλλων περιηγουμένων αὐτό.* Quid dicere voluerit scriptor satis apparet, verba ipsa sine librorum ope restitui vix possunt. Recte Schneiderus monuit respici fabulam a Plinio H. N. VIII, 16 enarratam: ***Elpis Samius natione in Africam delatus nave, iuxta littus conspecto leone hiatu minaci arborem fuga petit Libero patre invocato, quoniam tum praecipuus votorum locus est, quum spei nullus est. neque profugienti, quum potuisset, fera institerat, et procumbens ad arborem, hiatu quo terruerat, miserationem quaerebat. os morsu avidiore inhaeserat dentibus crucia-***

batque inedia, tum poena in ipsis eius telis suspectantem ac velut mutis precibus orantem: dum fortuita fidens non est contra feram, multo diutius miraculo quam metu cessatum est. degressus tandem evellit praebenti et quam maxime opus esset accommodanti. traduntque, quamdiu navis ea in littore steterit, retulisse gratiam venatus aggerendo. qua de caussa Libero patri templum in Samo Elpis sacravit, quod ab eo facto graeci κεχηνότος Διονύσου appellavere. Ut Samii, apud quos frequens Bacchi cultus erat [1]), hiantem Dionysum, ita alios Graecos κεχηνότα Ἀπόλλωνα coluisse docet Clemens Alex. Protr. p. 11 Sylb. Samiorum Διόνυσον κεχηνότα memorare videtur Callimachus Epigr. 72 p. 322 Ern. Cfr. Bernhardium Eratosth. p. 87. Caussa cognominis fortasse non alia erat, quam quod artifices, quum canentem deum repraesentare vellent, hiante ore eius imaginem effingebant. Quis autem nescit, ut de Apolline taceam, Dionysum μελπόμενον? V. Pausan. I, 2, 31 cll. Milliu Cours de mythol. p. 81.

CXXIII.

Clemens Alex. Protr. p. 11 Sylb.: πρόβατον, ὥς φησιν Εὐφορίων, σέβουσι Σάμιοι. Aelianus H. A. XII, 40: τιμῶσι δὲ ἄρα Δελφοὶ μὲν λύκον, Σάμιοι δὲ πρόβατον. Caussam cultus Aelianus ex Aristotele addit hanc, quod ovis sacros thesauros furto subductos indagaverit: καὶ ἐντεῦθεν Μανδράβουλος ὁ Σάμιος τῇ Ἥρᾳ πρόβατον ἀνάθημα ἀνῆψε.

1) V. Bergk. ad Anacr. p. 173. Apud Stephanum Byz. p. 276: Γόργυρα, τόπος ἐν Σάμῳ ὥς ἱστορεῖ Δοῦρις, ἐν ᾧ Διόνυσος Γοργυιεὺς τιμᾶται, scribendum est Γόργυρα et Γοργυρεύς.

CXXIV.

Diogenes Laert. III, 37: *Εὐφορίων δὲ καὶ Παναίτιος εἰρήκασι πολλάκις ἐστραμμένην εὑρῆσθαι τὴν ἀρχὴν τῆς πολιτείας* (Platonis). Vid. Astius de Vita et scriptis Platonis p. 54.

CXXV.

Scholiastes Lycophr. 266: *Στησίχορος γὰρ καὶ Εὐφορίων καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς οἱ ποιηταί φασι τὸν Ἕκτορα υἱὸν εἶναι Ἀπόλλωνος.* Schol. Venet. ad Iliad. γ, 314: *Πορφύριος ἐν τοῖς παραλελειμμένοις φησὶν ὅτι τὸν Ἕκτορα Ἀπόλλωνος υἱὸν παραδιδῶσιν Ἴβυκος Ἀλέξανδρος Εὐφορίων καὶ Λυκόφρων.*

CXXVI.

Scholiastes Lycophr. 658: *Στησίχορός φησιν, Ὀδυσσέα ἐπὶ τῆς ἀσπίδος φέρειν δελφῖνος τύπον. καὶ Εὐφορίων ὁμοίως τούτῳ συμφθέγγεται.* Stesichorum eiusdem rei testem producit Plutarchus de Terrestr. et Aquat. p. 985 *b*: *ἡ δὲ Ὀδυσσέως ἀσπὶς ὅτι μὲν ἐπίσημον εἶχε δελφῖνα καὶ Στησίχορος ἱστόρηκε.*

CXXVII.

Scholiastes Aeschyli Pers. 659: *βαλὴν ὁ βασιλεὺς λέγεται. Εὐφορίων δέ φησι Θουρίων εἶναι τὴν διάλεκτον.* Pro *Θουρίων*, quod certissime corruptum, aut *Τυρίων* legendum cum Huschkio in Comment. de C. Annio p. 51 et O. Müllero in Museo Rhen. III, 1 p. 37, aut quod mihi aliquanto probabilius videtur *Φρυγίων*, quibus diserte usus nominis *βαλὴν* vel *βαλλὴν* adscribitur a Sexto Empir. ed. Fabr. p. 286, Pseudo-

Plutarcho de Flum. p. 1155 et Hesychio v. *Βαλλήν*. Vix differunt *ΘΥΡΙΩΝ* et *ΦΡΥΓΙΩΝ*. Ceterum vide Valesii Dissert. crit. ad Harpocr. p. 391, cuius notatis adde Herod. solit. dict. p. 17, 5: *βαλλήν, οὗτος* (leg. *οὕτως*) *ὁ βασιλεύς*.

CXXVIII.

Scholiastes ined. ad Il. XVI, 235 apud Valckenarium Diss. de Schol. in Hom. p. 128 ed. Lips.: *χαμαιεῦναι δὲ οἱ ἐπὶ τοῦ ἐδάφους κοιμώμενοι λέγονται παρὰ Εὐφορίωνι.*

CXXIX.

Scholiastes Venet. ad Iliad. II, 496 *Αὐλίδα: ὡς ἀπὸ ὀξυτόνου εὐθείας ἡ ἀνάγνωσις, καὶ εἰ μέντοι παρὰ τῷ Εὐφορίωνι „Αὖλίν τ' ἔσφαγον" αἰτιατικὴ ἀπὸ εὐθείας βαρυνομένης γέγονεν. ἡ γὰρ εἰς ιν κατάληξις ἀπὸ βαρυτόνων ἐστίν, ἡ δὲ εἰς δα καὶ βαρυτόνων καὶ ὀξυτόνων.* Stephanus Byz. v. *Δαυλίς* p. 291: *ὀξύνεται τὸ Δαυλίς· τὸ δὲ Αὖλις αἰολικῶς βαρύνεται*, nisi ibi *Δαῦλις* legendum. Forma *Αὖλις* usus est etiam Euripides Iphig. Aul. 120. Euphorionis verba Heynius vol. III p. 293 ita corrigebat *Αὖλιν ἐρισφάραγον*. Cui non repugnat Euripides l. l. *ἀκλύσταν* Aulidem vocans, quod ad portus Aulidensis tranquillitatem referendum. Probabilius tamen corrigas *Αὖλίν τέ σφ' ἄγαγον*, ***Aulidem deduxerunt***, sc. Iphigeuiam.

CXXX.

Scholiastes Venet. ad Iliad. II, 157 Iovem *Αἰγίοχον* dici tradit *ὥς τινές φασι, διὰ τὸ αἶγα ἀνελόντα τὴν μὲν δορὰν ἀμφιέσασθαι, τοῖς δὲ κέρασιν εἰς τόξον χρή-*

σασθαι. ὅθεν καὶ αἰγιδόκον τόπον τινὰ ἐν Κρήτῃ καλεῖσθαι ἱστορεῖ Εὐφορίων.

CXXXI.

Scholiastes Venet. ad Iliad. II, 212: *Οἰνεῖ ἀμελήσαντι τῆς Ἀρτέμιδος θυσιῶν ἕνεκα ἡ θεὸς ὀργισθεῖσα ἔπεμψε τῇ πόλει σῦν ἄγριον, ἐφ' ὃν ἦλθε στρατεία τῶν ἀριστέων τῆς Ἑλλάδος — μεθ' ὧν ἦν καὶ ὁ Θερσίτης, ὃς δειλωθεὶς κατέλειψε τὴν παραφυλακὴν ἐφ' ἧς ἦν, καὶ ἀπῆλθεν ἐπί τινα τόπον ὑψηλόν, τὴν σωτηρίαν θηρώμενος· ὀνειδιζόμενος δὲ ὑπὸ Μελεάγρου ἐδιώκετο, καὶ κατὰ κρημνοῦ πεσὼν τοιοῦτος ἐγένετο οἷον ὁ Ὅμηρος παρίστησιν. ἱστορεῖ Εὐφορίων.*

CXXXII.

Scholiastes Venet. ad Iliad. XIII, 21: *Αἰγαὶ δὲ πόλις Ἀχαΐας ἐν Πελοποννήσῳ, ἔνθα τιμᾶται μὲν ὁ Ποσειδῶν, ἄγεται δὲ καὶ Διονύσῳ ἑορτή, ἐν ᾗ ἐπειδὰν ὁ χορὸς συστὰς τὰς τοῦ δαίμονος τελετὰς ὀργιάζῃ, θαυμάσιον ἐπιτελεῖσθαί φασιν ἔργον· ἄμπελοι γάρ, ἃς καλοῦσιν ἐφημέρους, ἀνισχούσης μὲν ἡμέρας καρπὸν βλαστάνουσιν, ὥστε τρέποντας αὐτοὺς εἰς ἑσπέραν οἶνον ἄφθονον ἔχειν. ἡ ἱστορία παρὰ Εὐφορίωνι.* Divinam hanc et prodigiosam vitem non apud Aegas Achaicas sed Euboicas commemorat Sophocles Thyeste fragm. 239. Cfr. schol. Sophocl. Antig. 1126. Stephan. Byz. s. v. *Νῦσαι* et Valcken. ad Euripidis Phoen. p. 40. Parnasi vitem *ἐφήμερον* praeter alios habemus apud Nonnum Dionys. XXVII, 255 et *ἐλαίαν ἐφήμερον* Atheniensium apud Dion. Chrysost. IV p. 182.

CXXXIII.

CXXXIII.

Scholiastes Venet. ad Iliad. IX, 206 *αὐτὰρ ὅγε κρεῖον μέγα κάββαλε· ἡ διπλῆ, ὅτι Εὐφορίων κρεῖον τὸ κρέας ἐξεδέξατο, Ὅμηρος δὲ κρεοδόχον ἀγγεῖον*, et mox: *κρεῖον δὲ ὡς θεῖον· γέγονε δὲ παρὰ τὸ κρέας.* Etymol. M. p. 536, 58: *λέγει δὲ Ἡρωδιανὸς ὅτι τὸ κρεῖον ὅμοιόν ἐστι τῷ θεῖον ἐν τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ* [1]). *ἰστέον ὅτι ἡ μὲν κοινὴ δόξα ἔχει, ὅτι τὸ κρεῖον κρεοδόχον ἀγγεῖον σημαίνει. ὁ δὲ Εὐφορίων τὸ κρέας λέγει εἶναι· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς τὴν ἐκ τῶν ὠμῶν κρεάτων πεπληρωμένην τράπεζαν· ὁ δὲ Πτολέμαχος* [2]) *τὸν ἀπὸ τοῦ στέατος πλακοῦντά φησιν αὐτὸ σημαίνειν.* Cfr. Eustathius p. 747, 15: *Εὐφορίων δὲ κρεῖον αὐτὸ τὸ κρέας νοεῖ, ὥς φησιν Ἀπίων καὶ Ἡρόδωρος, διὰ τὸ τὸν ποιητὴν κατωτέρω μηδαμοῦ μεμνῆσθαι κρεῶν ἑφθῶν ἐν ἀγγείῳ, ἀλλὰ μόνον ὀπτῶν*, et mox: *Παυσανίας δὲ κανοῦν παραδίδωσι τὸ κρεῖον ἢ ἄλλο τι ἐφ' οὗ τὰ κρέα κόπτεται.* Schol. Odyss. φ', 61 *ὀγκεῖον συνεπτικὸν* (leg. *συνεκτικὸν*) *τῶν ὄγκων ἀγγεῖον, ὡς κρεῖον τὸ κρεοδόχον ἀγγεῖον.* Cfr. Arcad. 119, 6. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. p. 71 *κρεῖον*, inquit, ***capiendum foret pro ipsa carne, an pro lebete, veteres dubitarunt.*** Non satis recte dixit veteres, quum unus omnium Euphorio pro sua novandi libidine *κρεῖον* de ipsa carne alicubi usurpaverit. Cf. Lobeck. Paral. p. 324.

CXXXIV.

Scholiastes Venet. ad Iliad. XIV, 295: *Ἥραν τρεφομένην παρὰ τοῖς γονεῦσιν εἷς τῶν Γιγάντων Εὐρυ-*

1) Ita correxit Ritschelius Comment. de Oro p. 39.

2) Hic videtur idem esse qui Polemachus dicitur apud Erotian. Lex. Hippocr. ed. Franz p. 244 et in Etymol. Gud. p. 87, 56.

μέδων βιασάμενος ἔγκυον ἐποίησεν. ἡ δὲ Προμηθέα ἐγέννησεν. Ζεὺς δὲ ὕστερον γήμας τὴν ἀδελφὴν καὶ γνοὺς τὰ γενόμενα, τὸν μὲν Εὐρυμέδοντα κατεταρτάρωσεν, τὸν δὲ Προμηθέα προφάσει τοῦ πυρὸς δεσμοῖς ἀνήρτησεν. ἡ ἱστορία παρὰ Εὐφορίωνι. Novo iterum exemplo videmus, quantum sibi Euphorio etiam in fabulis immutandis et interpolandis licentiae sumserit. Cf. Potter. ad Lycophr. 1283, Hemsterh. ad Luc. p. 250 et Huschkius Anal. litter. p. 322.

CXXXV.

Scholiastes Venet. ad Iliad. XXIV, 602: *Νιόβη θυγάτηρ μὲν ἦν Ταντάλου, γυνὴ δὲ Ἀμφίονος, γαμηθεῖσα δὲ τῷ Ἀμφίονι παῖδας ἔσχε δέκα δύο· ἐπαρθεῖσα δὲ τῷ πλήθει τῶν παίδων καὶ τῇ καλλονῇ ὠνείδιζε τῇ Λητοῖ ὅτι δύο μόνους ἐγέννησεν Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν, καὶ ὅτι εὐτεκνωτέρα αὐτῆς ἐστιν. ἀγανακτήσασα δὲ ἡ θεὸς ἔπεμψεν ἰοὺς τοῖς παισὶν αὐτῆς. καὶ Ἀπόλλων μὲν τοὺς ἄρρενας ἀναιρεῖ κυνηγετοῦντας ἐν τῷ Κιθαιρῶνι, Ἄρτεμις δὲ τὰς θηλείας ἐπ' οἴκου οὔσας. θρηνοῦσαν οὖν τὴν Νιόβην τὸ τοιοῦτον δυστύχημα Ζεὺς ἐλεήσας εἰς λίθον μετέβαλεν, ὃς καὶ μέχρι νῦν ἐν Σιπύλῳ τῆς Φρυγίας ὁρᾶται παρὰ πάντων πηγὰς δακρύων προϊέμενος. ἡ ἱστορία παρὰ Εὐφορίωνι.* In Cithaerone interfectos esse Niobae filios etiam alii tradiderunt. V. Apollod. III, 5, 6. Ad postrema de Sipylo ex longinquo contemplantibus lacrimantis mulieris speciem referente non indignus memoratu est locus Quinti Smyrn. I, 300: *καὶ κορυφαὶ Σιπύλου περιμήκεες, ὧν καθύπερθεν ἐχθρὴ μηλονόμοισιν ἀεὶ περιίπτατ' ὁμίχλη· ἡ δὲ πέλει μέγα θαῦμα παρεσσυμένοισι βροτοῖσιν, οὕνεκ' ἔοικε γυναικὶ πολυ-*

στόνῳ, ἥ τ' ἐπὶ λυγρῷ πένθεϊ μυρομένη μάλα μυρία δάκρυα χεῖεν· καὶ τὸ μὲν ἀτρεκέως φῆς ἔμμεναι, ὁππότ' ἄρ' αὐτὴν τηλόθεν ἀθρήσειας· ἐπὴν δέ οἱ ἐγγὺς ἵκηαι, φαίνεται αἰπήεσσα πέτρη Σιπύλοιό τ' ἀπορρώξ. Quae aptissime comparare licet cum Sophoclis Antig. 823 sqq.

CXXXVI.

Etymol. M. p. 194, 23: *Βέθρον*: *βέρεθρον καὶ συγκοπῇ βέθρον. Κράτης καὶ Εὐφορίων οὕτως.* Similiter variant *βάθρον* et *βάραθρον*, de quo vid. D'Orvillius Vann. crit. 490. Cfr. Eustath. ad Homer. p. 381, 20 et 1715, 38.

CXXXVII.

Etymol. M. p. 472, 44: *Ἰὸς σημαίνει τὸν μόνον. τὰ διὰ τοῦ ιος δισύλλαβα διαφόρως τονούμενα διὰ τοῦ ῑ γράφεται, βίος, βιός, Χίος, Χιός* (leg. *Χῖος*), *θρίος, μνιός, ὁ ἁπαλὸς παρὰ Εὐφορίωνι.* Vitiose Hesychius *Μνοῖον, μαλακόν.*

CXXXVIII.

Etymol. M. p. 703, 10. *Ῥειώνη: τὴν Ἥραν φησὶν Εὐφορίων.* Suidas, *Ῥειώνην: τὴν Ἥραν.* Neque aliter incertus apud Iriarte Cat. bibl. Matrit. p. 538. Miram huius nominis interpretationem commentus est Winkelmannus Hist. Art. VI, 1, 28 et Monum. Ined. I, 3 nro. 2 vertens *corio vestitam*. Imo *Ῥειώνη* est *Ῥέας* sive *Ῥείας θυγάτηρ*. Ita *Ἀινειώνη, Οὐρανιώνη, Καδμειώνη* et alia, quae omnia collegit Nackius Dissert. de Callim. Hecale cap. I p. 526, praeter unum *Ἀργειώνη* quod ex Antimacho affert Stephanus Byz. s. *Ἄργος*. Cfr. quae de his patronymicorum formis composuit Salmasius ad Inscr. Herod. p. 91.

CXXXIX.

Etymol. M. p. 708, 51. *Σαρωνίς: Εὐφορίων φησίν, ἐπειδὴ Σάρων τις κυνηγὸς ἐπιδιώκων σῦν ἐκεῖθεν κατεκρημνίσθη εἰς θάλασσαν, διὰ τοῦτο Σαρωνικὸν ἐκλήθη τὸ πέλαγος.* Alii aliter explicant. V. Wesseling. ad Hier. Itin. p. 600 et Spanhem. ad Callim. in Del. 42. Post *ἐπιδιώκων* addendum esse *σῦν* ex Eustathio et Paraphr. Dionysii Per. 420 monui Praef. Menandri p. VI. Pro apro cervum nominat schol. Euripidis Hippol. 1200 et Dionysii Perieg. p. 351.

CXL a. b.

Ἐνοσίχθονι ἀρότρῳ. Γλαυκῶπις ἐλαία.

Scholiastes Dionysii Gramm. apud Bekk. Anecd. gr. p. 864: *ἰδοὺ γὰρ Εὐφορίων ὁ ποιητὴς περὶ ἀρότρου εἶπεν ἐνοσίχθονι, καὶ τὴν ἐλαίαν γλαυκῶπιν.* Similia vide Fragm. CXI. Ad *γλαυκῶπιν ἐλαίαν* quo flavus, i. e. subviridis alboque mixtus sed idem splendescens olivarum color exprimitur cfr. Pindarum Ol. III, 13 *γλαυκόχροα κάρπον ἐλαίας.* Nicephorus Hist. Eccl. II p. 172: *σιτόχροον, ξανθότριχα, ἔχουσαν ὑποξανθιζούσας καὶ οἱονεὶ ἐλαιώδεις* (i. e. *γλαυκὰς*) *τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν.*

CXLI.

Grammaticus apud Bekk. Anecd. gr. pag. 1185: *Ἀφίας Ἀφίαντος παρ' Εὐφορίωνι. ἔστι δὲ ὄνομα κύριον.* Osannus *Ἀπφίας Ἀπφίαντος*, cuius nominis exempla affert. Possis etiam *Ἀφίδας* vel *Ἀφείδας*, cuius nominis exemplo in eadem caussa passim utuntur grammatici. V. Schol. Homeri Il. IV, 66. Etymol. M. p. 465, 10 et 779, 24.

CXLII.

Eustathius ad Odyss. p. 1784, 61 et ex eo Eudocia Ion. p. 160: *Εὔμαιος, ὁ Ὀδυσσέως δοῦλος, — ἐς τοσοῦτον ἠξιώθη λόγου τοῖς παλαιοῖς, ὥστε καὶ μητέρα αὐτοῦ ἐξευρίσκουσι, Δημόκριτος μὲν Πενίαν, Εὐφορίων δὲ Πανθείαν, Φιλόξενος δὲ ὁ Σιδώνιος Δανάην.*

CXLIII.

Harpocratio p. 153, 6. *Πεφοριῶσθαι: Λυσίας . . . φησίν „ἢ τὸν ὀφθαλμὸν τὸν ἕτερον γλαυκότερον εἶναι ἢ πεφοριῶσθαι“ ἐπὶ τοῦ ἀποκεκλεισμένου, ὥσπερ Εὐφορίων κέχρηται τῷ ὀνόματι. εἰσὶ γάρ τινες ὀφθαλμοὶ κατακεχαλασμένα ἔχοντες τὰ βλέφαρα καὶ οἱονεὶ μύοντες· ἐὰν δὲ γράφηται πεφορινῶσθαι, εἴη ἂν πεπαχύνθαι, ἀπὸ τῆς φορίνης.* Eadem fere habent Photius, Suidas, grammaticus Bekk. Anecd. p. 293, 20. Zonaras Lex. p. 1544. Etym. M. p. 666. Unice vera est altera scriptura *πεφορινῶσθαι*, a *φορινοῦσθαι*, *corio obduci.* Cfr. Schaefer ad Gregor. Cor. pag. 928.

CXLIV.

Scholiastes Apollonii Rhod. I, 40: *Τὸν Πολύφημον Ἐλάτου παῖδα εἶπεν Ἀπολλώνιος. Ἰσοκράτης δὲ καὶ Εὐφορίων Ποσειδῶνος.* Recte Toupius ad scholia Theocr. p. 219 corrigit *Σωκράτης*, qui scripserat illa in libro *πρὸς Εἰδόθεον.* Scholiastes Apoll. Rh. I, 1207 et Eudoc. Ion. p. 410. *Σωκράτης ἐν τῷ πρὸς Εἰδόθεόν φησι τὸν Ὕλαν ἐρώμενον Πολυφήμου καὶ οὐχ Ἡρακλέους γενέσθαι.* Suidas s. v. *Χιάζειν. Ἰσοκράτης ἐν τοῖς πρὸς Εἰδοθέαν.* Hic etiam legendum *Σωκράτης* et *Εἰδόθεον.* Ex eodem opere petita sunt quae servavit scholiastes Pind. Pyth. III, 14 et Nem.

III, 92, ubi Argivus dicitur. Eiusdem Argolica sive *Ἄργους περιήγησιν* ad partes vocat Diogenes Laert. II, 47. Schol. Eurip. Rhes. 28 et si recte coniicio Plutarchus Virt. Mul. p. 245 e. At multo frequentius eiusdem scriptoris Cretica laudantur, quibus in rerum Creticarum descriptione usus est Diodorus. Fuit etiam alius eiusdem nominis scriptor haud incelebris, natione Cous, cuius *Ἐπικλήσεις* praeter schol. Apoll. Rh. I, 966. IV, 973 et Diogenem Laert. l. l. tacito auctoris nomine laudari suspicor ab Herodiano Dict. solit. p. 6, 10: *τὸ δὲ Φλεὺς ἐπὶ τοῦ Διονύσου, ὡς ἐν ταῖς ἐπικλήσεσιν εὕρομεν.*

CXLV.

Scholiastes Apoll. Rh. I, 181: *οὗτος* (Tityus) *ἐν ᾅδου τετιμώρηται διὰ τὸ ἐν Πυθῶνι στελλομένην κατασχεῖν τὴν Λητώ. ὁ δὲ Εὐφορίων Ἀρτέμιδός φησιν αὐτὸν ἧφθαι καὶ διὰ τοῦτο τιμωρεῖσθαι.* Pro *ἐν Πυθῶνι* forsan *εἰς Πυθῶνα* scribendum. Ita certe res describitur ab Hom. Od. XI, 581. Euphorio sequutus est Pherecydem apud schol. Pind. Pyth. IV, 160.

CXLVI.

Scholiastes Apoll. Rh. I, 1119: *καὶ Εὐφορίων ἐκ τούτου κινηθεὶς τὸ ξόανον τῆς μητρὸς τῶν θεῶν φησιν ἀμπέλινον εἶναι, διὰ τὸ τὴν ἄμπελον ἴσως ἱερὰν εἶναι τῆς Ῥέας.* Vitigineum Dianae Ephesiae simulacrum commemorat etiam Plinius H. N. XVI, 40, 79, item Dionysi apud Naxios Athen. III, p. 78 b. Horum immemor fuit Pausanias VIII, 17: *τὸ ἀρχαῖον ὁπόσα καὶ ἡμεῖς καταμαθεῖν ἐδυνήθημεν, τοσάδε ἦν ἀφ' ὧν τὰ ξόανα ἐποιοῦντο, ἔβενος, κυπάρισσος, αἱ κέδροι, τὰ δρύϊνα, ἡ σμῖλαξ, ὁ λωτός· τῷ δὲ Ἑρμῇ τῷ Κυλλη-*

νίῳ τούτων μὲν ἀπ' οὐδενός, θύου δὲ πεποιημένον τὸ ἄγαλμά ἐστιν. Ex citro (*θύῳ*) arbore Africana Rhodios deorum simulacra terrae motu deiecta confecisse tradit auctor incertus apud Suidam s. v. *θύον* vol. II p. 214: *ἐφορολόγουν οἱ Ῥόδιοι τοὺς βασιλεῖς. Μασσάνας* (fort. *Μασσαννάσας*) *μὲν γὰρ ἀπέστειλεν αὐτοῖς ἐλέφαντος λ' τάλαντα, θύου δὲ ν' πρὸς κατασκευὴν τῶν ἀγαλμάτων, ὧν ἦσαν ἐψηφισμένοι κατασκευάζειν.* Quae quo referenda sint docet opinor Polybius V, 88 sq.

CXLVII.

Scholiastes Apoll. Rh. II, 351: *τὴν δὲ Μαριανδυνῶν γῆν σὺν Γνησιόχῳ τῷ Βοιωτῷ Βοιωτοὶ κατέσχον, ὡς Εὐφορίων ἱστορεῖ.* Idem ad II, 845: *Βοιωτοὶ καὶ Μεγαρεῖς ἔκτισαν τὴν ἐν Πόντῳ Ἡρακλείαν καὶ Ἔφορος ἐν πέμπτῳ καὶ ἄλλοι ἱστοροῦσιν.* Quibus commotus Marxius ad Ephor. p. 6 priori loco Euphorionis nomini Ephorum substitui voluit. Fortasse recte: quamquam Euphorionem in eiusdem argumenti expositione versatum esse, colligi potest e Fragm. LXXIII. De re ipsa videatur Marxius ad Ephor. p. 197 et Müllerus de Orchom. p. 291.

CXLVIII.

Scholiastes Apoll. Rh. II, 459: *τὸν δὲ Πέλοπα Παφλαγόνα τὸ γένος εἶπεν. ἄλλοι δὲ Λυδὸν αὐτὸν ἱστοροῦσιν, ὁ δὲ Εὐφορίων ἀμφοτέραις ταῖς δόξαις συντίθεται.* Puta in diversis operibus. Schol. Pind. Ol. I, 37: *Πίνδαρος τὸν Πέλοπα Λυδόν φησιν εἶναι, Ἴστρος δὲ Παφλαγόνα, Αὐτεσίων Ἀχαιόν.* Hoc postremum ab aliis scriptoribus traditum non memini. Nec de Autesione scriptore aliunde mihi compertum est.

CXLIX.

Scholiastes Theocr. XIII, 6: *τὸν Ὕλαν Σωκράτης υἱὸν Ἡρακλέους φησί, Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος Φιλοδάμου καὶ Κήυκος, Εὐφορίων δὲ Εὐφήμου τοῦ Ποσειδῶνος ἐρωμένου καὶ ἄλλοι ἄλλων.* Multis modis haec perturbata esse docuere Rutgersius V. L. III, 8 et Toupius ad schol. Theocr. l. l. recte monentes Hylam ab Apollonio Thiodamantis, a Nicandro autem apud Antoninum Liber. XXVI Ceycis filium perhiberi. Proinde legendum cum Hemsterhusio: *Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Ῥόδιος Θειοδάμαντος, Νίκανδρος δὲ Κήυκος, Εὐφορίων δὲ Πολυφήμου τοῦ Ποσειδῶνος ἐρώμενον.*

CL.

Servius ad Virgilii Aen. II, 32: ***ut Euphorio dicit, Priamus ex Arisba filium vatem suscepit. qui quum dixisset, quadam die nasci puerum, per quem Troia posset everti, pepererunt simul et Thymoetae uxor et Hecuba, quae Priami legitima erat. sed Priamus Thymoetae filium uxoremque iussit occidi.*** Fortasse exposuit haec Euphorio quinto libro Chiliadum.

CLI.

Servius ad Virgilii Aen. II, 79: ***nec immerito Virgilius Sinoni dat et fallaciam et proditionis officium, ne multum discedat a fabula; quia secundum Euphorionem Ulyxes haec fecit.*** Confr. Lobeckium Aglaoph. p. 1306.

CLII.

Servius ad Virgilii Aen. II, 201: ***ut Euphorion dicit, post adventum Graecorum sacerdos Neptuni***

lapidibus occisus est, quia sacrificiis eorum non vetavit adventum. postea abscedentibus Graecis, quum vellent sacrificare Neptuno, Laocoon Thymbraei Apollinis sacerdos sorte ductus est, ut fieri solet, quum deest sacerdos certus. hic piaculum commiserat ante simulacrum numinis cum Antiope uxore sua coeundo, et ob hoc immissis draconibus cum suis filiis interemptus est. Haec etiam ad Chiliades trahit Heynius Exc. V ad Virgilii Aen. II p. 333.

CLIII.

Servius ad Virg. Aen. II, 341: *hunc Coroebum ut stultum inducit Euphorion, quem et Virgilius sequitur.* Coroebi stultitiam fere in proverbii usum abiisse, vel hoc docet, quod aliquoties cum Margita et Melitide coniungitur, ut apud Eusebium P. E. XIV p. 261, Gramm. Seguer. p. 229, Etymol. M. p. 577, 32: *Μελιτίδης καὶ οὗτος τῶν εὐηθῶν, ὡς ὁ Μαργίτης καὶ ὁ Κόρυβος*, sive potius *Κόροιβος*. Cfr. praeterea Eustathium ad Od. p. 1669, 46, Heynium Exc. X ad Aen. II p. 350, Perizon. ad Aeliani V. H. XIII, 15. Intpp. ad Ovidii Ibin vol. IV p. 146 Burm. Idem nomen eodem modo corruptum est apud Polybium in Maii Excerpt. auct. class. II p. 381 et Etym. M. p. 249, 6: *Δασπλῆτις: ἡ Ἐρινύς. καλὸν δασπλῆτα Κόρυβος.* Recte Ruhnkenius Epist. crit. p. 156 *καλῶν*, sed male *Κορύβας*. Leg. *Κόροιβος*. Quae forma ubique restituenda est.

CLIV.

Servius ad Virg. Aen. III, 17 de Aeno oppido Thraciae: *Euphorio et Callimachus etiam hoc dicunt, quod Aenus dicatur a socio Ulyssis illic sepulto eo tempore, quo missus est ad frumenta portanda.*

CLV.

Servius ad Virg. Aen. VI, 618: *Phlegyae secundum Euphorionem populi insulani fuerunt, satis impii et sacrilegi, unde iratus Neptunus percussit tridente eam partem insulae, quam Phlegyae tenebant, et omnes obruit.* Eadem Anonymus apud Maium Auct. class. III p. 73. Vid. Pausan. IX, 36. Schol. Iliad. ν′, 301. Sturzius ad Pherecyd. p. 140 et Müllerus de Orchomen. p. 188.

CLVI.

Κακώτερε Καλλικόωντος.

Herodianus de Dict. solit. p. 10, 6 sive apud Aldum Instit. grammat. p. 19: *τὰ περισπώμενα, εἰ λέγοιτο ἐν πλείοσι συλλαβαῖς, διὰ τοῦ ō λέγεται. Δημοφόων, Καλλίμαχος· Νυμφίε Δημοφόων, ἄδικε ξένε. Καλλικόων, Εὐφορίων· Κακώτερε Καλλικόωντος. Ἱπποθόων· Εὔμολπος Δόλιχός τε καὶ Ἱπποθόων μεγάθυμος.* Quam postremo loco *χρῆσιν* posuit grammaticus, fortasse et ipsa Euphorionis est. Lobeckio enim Aglaoph. p. 212 hunc Choerili versum esse suspicanti quominus assentiar, prohibet ipse ille ad quem provocat Pausaniae locus lib. I, 14. ubi de Choerilo tragico agitur, non de Choerilo epico. In Euphorionis hemistichio Callicoontem intelligo proditorem Mileti famosissimum, de quo vide Eustath. ad Odyss. κ′, 552. τ′, 249. Schol. Aristoph. Pac. 364. Photium Lex. pag. 165.

CLVII.

Πάντα δέ οἱ νεκυηδὸν ἐλεύκαινον τὰ πρόσωπα.

Herodianus de Dict. solit. p. 46, 12: *τὰ εἰς δōν λήγοντα ἐπιρρήματα ὀξυνόμενα οὐ θέλει ἀπὸ τῶν εἰς*

ῦς ληγόντων ὀνομάτων παράγεσθαι, καὶ πρὸ τέλους ἔχειν τὸ ῦ. μονῆρες ἄρα τὸ βοτρυδόν — ὁ μέντοι Εὐφορίων παρὰ τὸ εἰς ῦς παράγωγον ποιήσας ἐπίρρημα οὐκ ἔδωκε πρὸ τέλους τὸ ῦ ἀλλὰ τὸ ῆ. Πάντα δέ οἱ νέκυνα ἐλεύκαινον τὰ πρόσωπα. Scribendum *νεκυηδόν*, de quo admonuit alicubi Osannus, minus recte tamen comparans adiectivum *νεκυηγός*, quod ab hac quaestione alienum est. Rectius comparari possunt *νεκυηπόλος, σταχυηλόγος, βοτρυηφόρος*, alia quae composuit Lobeckius ad Phryn. p. 681. Adverbium *νεκυηδὸν* memorat schol. Dion. Thrac. p. 941, 29. *Πρόσωπα* pro *πρόσωπον* passim dixerunt poetae exemplo Homeri *μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι.* Empedocles vs. 170 *ἀταρβήτοισι προσώποις.* Cfr. Quiutus Smyrn. I, 660. Eustathius ad Odyss. p. 676, 57. Iacobs. ad Anthol. Pal. p. 337. Verbum *λευκαίνειν* nisi neutrali significatione posuit Euphorio (v. Lobeck. ad Aiac. p. 383), scribendum est *ἐλευκαίνοντο πρόσωπα.* Neque enim dubito quin pallor oris describatur, quo terror nescio quem obduxerat. Nisi forte de bacchante haec dici statuas, quos gypso faciem illinere solitos fuisse constat. Confr. Nonnus Dion. XXIX, 274 *χρίσας ἔνθα καὶ ἔνθα παρηΐδα λευκάδι γύψῳ*, et XXXIV, 144 *μέτωπα πεφυρμένα λευκάδι γύψῳ.* V. Lobeckium Aglaoph. p. 654.

CLVIII.

Ὠκεανός, τῷ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών.

Achilles Tatius Isag. ad Arat. 22 p. 168 Petav. *οἱ δὲ ποιηταὶ Ὠκεανὸν αὐτὸν (τὸν ὁρίζοντα) καλοῦσιν· ὁ γοῦν Εὐφορίων φησὶν Ὠκεανὸς τῷ πᾶσα περίρρυτος κτλ.* At MS Achillis apud Fulvium Ursinum Com-

par. Virg. p. 325: *περὶ γὰρ τὴν σφαῖραν ἔξωθεν ὢν (ὁ ὁρίζων) τάξιν ἔχει τοῦ Ὠκεανοῦ, ὃς ἔξωθεν περικλύεν* (leg. *περικλύζει*) *τὴν γῆν, ἀφ' οὗ ἀνατέλλειν καὶ εἰς ὃν δύνειν δοκεῖ τὰ ἄστρα, ὅθεν Νεοπτόλεμος ὁ Παριανὸς ἐν τῇ τριχθονίᾳ* (*Ἐριχθονίδι?*) *φησί· τῷ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών.* Quibus allatis Ursinus *Hunc versum*, inquit, *alius interpres, qui apud me est, sine nomine Euphorioni tribuit.* Alius ille interpres ipse est, quem primus edidit P. Victorius, Achilles Tatius, cuius verba supra adscripsi. Eundem versum paulo aliter scriptum, *Ὠκεανός δ' ᾧ πᾶσα* etc. ex Cyrillo citat Iunius de Coma III p. 145. Habetque eundem scholiastes Iliad. *σ'*, 490: *διὰ ποίαν δὲ αἰτίαν μόνος ὁ Ὠκεανὸς ποταμὸς οὐ πάρεστι τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν θεῶν; ῥητέον δὲ ὅτι ἐπεὶ συνεκτικὸν ἔχει τοῦ κόσμου τὸ ῥεῦμα. φησὶ γὰρ Ὠκεανὸς ᾧ πᾶσα π. ἐ. χθών.* Ubi ante *Ὠκεανὸς* Neoptolemi potius quam Euphorionis nomen excidisse crediderim. Scholiastes Homeri igitur non de horizonte seu finitore, sed de Oceano flumine locum interpretatus est. De horizonte Oceani nomine passim usus est adhuc Aratus, cuius vide scholiasten ad vs. 26. cll. Gemino Elem. Astron. 13. De aere terram ambiente vocem *Ὠκεανὸς* olim censebam explicasse Hesychium, *Ὠκεανός: ἀήρ.* Nunc autem in hac glossa vocem *ἀὴρ* de infernis tenebris dictam credo, monstrante eodem Hesychio, *Ὠκεανοῖο πόρον: τὸν ἀέρα, εἰς ὃν αἱ ψυχαὶ τῶν τελευτώντων ἀποχωροῦσιν.*

CLIX.

Κεβληγόνου Ἀτρυτώνης.

Scholiastes Nicandri Alex. 433: *κεβληγόνου τῆς ἐν τῇ κεφαλῇ τὸν γόνον ἐχούσης — καὶ Εὐφορίων*

περὶ τῆς Ἀθηνᾶς „κεβληγόνου Ἀτρυτώνης." Ita recte Schneiderus correxit cod. lectionem Εὐφορίδης. Consimili nomine Minervam alii Τριτογένειαν alii Κορυφαγενῆ dicebant. Confr. Mützell Comment. de Hesiodi Theog. p. 424.

CLX.

Scholiastes Dionysii Perieg. 64: αὗται δὲ (columnas Herculis dicit) πρότερον Κρόνου ἐλέγοντο στῆλαι, — δεύτερον δὲ ἐλέχθησαν Βριάρεω, ὥς φησιν Εὐφορίων, τρίτον δὲ Ἡρακλέους. Briarei illas seu Aegaeonis columnas dixit diu ante Euphorionem poeta antiquus licet mendoso versu apud schol. Pindari Nem. III, 38: αἱ Ἡρακλεῖαι στῆλαι καὶ Βριάρεω λέγονται εἶναι, καθό φησιν . . . στῆλαί τ' Αἰγαίωνος ἁλὸς μεδέοντι Γίγαντος. Disertior etiam testis Aristoteles apud Aelian. V. H. V, 3: Ἀριστοτέλης τὰς νῦν Ἡρακλείους στήλας καλουμένας πρὶν ἢ κληθῆναι τοῦτο φησὶ Βριάρεω καλεῖσθαι αὐτάς, et Parthenius Fragm. XXV de Hercule haec dicens: μάρτυρα δ' ἄμμιν τὴν ἐπὶ Γαδείρᾳ ἔλλιπε θημοσύνην, ἀρχαίου Βριαρεῶο ἀπ' οὔνομα τὸ πρὶν ἀράξας. Briareum in occidentalibus Europae partibus habemus etiam apud Plutarch. de Def. orac. p. 420 *a*. Cfr. Tzetzes Exeg. Iliad. p. 23.

CLXI.

Choeroboscus ap. Goettling. ad Theodosii Gramm. p. 243: σεσημείωται παρ' Εὐφορίωνι ἅπαξ εὑρεθὲν τὸν βότρυα. Ita νηδύα dixit Quintus Cal. I, 616 et ὀσφύα Strato Anthol. Pal. XII, 213. Alia vide apud Schaeferum ad Theocr. p. 226 et Iacobsium ad Anthol. Palat. p. 502.

CLXII.

Scholiastes Hom. Iliad. ψ, 197. *φλεγεθοίατο*: *Εὐφορίων κακῶς τῷ ῥήματι ἑνικῶς χρῆται.* Eadem audacia Callimachus *παρείατο* dixerat *ἑνικῶς*, de quo auctor Epimerism. Homer. apud Cramerum Anecd. I p. 373 ita disputat: *Παρείατο: Καλλίμαχος „κούρη δὲ παρείατο δακρυχέουσα.“ τινὲς πλεονασμὸν ἡγήσαντο τοῦ ᾱ. ἀντὶ τοῦ παρῆν γάρ ἐστιν καὶ παρεκαθέζετο. οὐκ ἔστιν δὲ πλεονασμὸς ἀλλὰ πληθυντικόν ἐστιν ἀντὶ ἑνικοῦ τεθειμένον.* Ad eandem normam *χριμψαίατο* pro *χρίμψαιτο* non male, opinor, restitui Euphorioni Fragm. LIV, 2. Nec distat Arateum *ῥηγνύατο* Dios. 716. Eadem forma nescio an usus sit Asclepiades in Anth. Pal. V, 164 sive Delect. poet. Anth. gr. p. 19.

CLXIII.

Scholiastes Hom. Iliad. ώ, 77: *ἀελλόπος*: *Εὐφορίων ἀελλόποδος αἰθαρύτας.* Non expedio.

CLXIV.

Scholiastes Euripid. Rhes. 36: *τὸν Πᾶνα οἱ μὲν Πηνελόπης φασὶ Καλλιστοῦς καὶ δύο παῖδας γενομένους. ἀφ' ἧς ὄρος Κυλλήνης. ἄλλοι δὲ Ἀπόλλωνος καὶ Πηνελόπης, ὡς καὶ Εὐφορίων, ὃν ἔθρεψαν Νύμφαι· διὸ καὶ νυμφαγν . . . . αὐτόν φησι τραφέντα παρ' ἐκείναις.* Priorem scholii partem pluribus modis redintegrare licet; vide F. Vaterum. In *νυμφαγν* latere putabam *νυμφάγνητον*, ut Hesiodus dixit *διόγνητος Ἰόλαος*. Sed nec hoc sufficit. Pana Penelopes et Apollinis filium nuncupavit etiam Pindarus Fragm. 68 p. 594. Pro Apolline Mercurium nominant Nonnus Dion. XIV, 92 et Plutarchus Def. orac. pag. 419 *d*.

Cfr. Davisius ad Cicer. Nat. D. III, 22. A Nymphis et prae ceteris quidem ab Oenoe Pana nutritum esse praeter Euphorionem tradidit Pausan. VIII, 30 ubi Panos signum apud Megalopolitanos commemorat: *ἐπίκλησιν δὲ Οἰνόεις ἐστὶν αὐτῷ, τήν τε ἐπίκλησιν γενέσθαι τῷ Πανὶ ἀπὸ Νύμφης Οἰνόης λέγουσι, ταύτην δὲ σὺν ἄλλαις τῶν Νυμφῶν καὶ ἰδίᾳ γενέσθαι τροφὸν τοῦ Πανός.* Penelopes cur filium Pana fecerint veteres, nondum a quoquam quaesitum video, quamquam facilis est responsio cogitantibus fuisse qui Pana texturae inventorem perhiberent (Schol. Iliad. 23, 762. Eustath. ad Hom. p. 1328, 48) et Penelopes Panisque nomen ab eodem etymo *πῆνος, πηνίον, πᾶνος* (Salmas. ad Script. Histor. Aug. I p. 548) repeterent. De Minervae cognomine *πηνῖτις* vide Delectum poet. Anth. gr. p. 114.

CLXV.

Χεῖρα ἱπποδάμειαν.

Tzetzes apud Cramer. Anecd. Oxon. IV p. 130: *τὸν Εὐφορίωνα μιμούμενος ἢ ἄλλον, τὴν Ἱπποδάμειαν αὐτὴν ὁμοίως καὶ Ἀτρέα οὐ θήσεις ὡς ὀνόματα, ὡς δὲ δριμείας λέξεις, ἀτρέα δῆμον* (Fragm. XCIV) *ἄτρεστον ὡς Εὐφορίων λέγων, καὶ χεῖρα ἱπποδάμεια* (sic) *τὴν ἡνιόχων χεῖρα.*

CLXVI.

Apuleius de Orthogr. §. 51: ***Azania est pars Arcadiae, ubi natum Iovem tradit Euphorion.*** Iovem hunc Azaniensem non diversum esse credo a Iove Lycaeo, in Parrhasia, quam partem fuisse constat Azaniae, nato. Callimachus H. in Iov. 10: *ἐν δέ σε Παρρασίῳ Ῥείη τέκεν.* Hinc templum eius in Parrhasia

ab Lycaone dedicatum memorat scholiastes Euripidis Orest. 1642: *υἱὸν ἔσχε (Πελασγὸς) Λυκάονα, ὃς τὸ τοῦ Λυκαίου Διὸς ἱερὸν ἱδρύσατο ἐν Παῤῥασίᾳ.* Memorabile item testimonium scholiastae Dionysii Perieg. 415: *μετὰ τὸν Ἀρκάδος θάνατον οἱ παῖδες αὐτοῦ τρεῖς ὄντες ἐνείμαντο τὴν ἀρχήν. Ἔλατος μὲν ἔλαχε μοῖραν Ὀρχομενόν — Ἀφείδας δὲ Τεγέαν καὶ τὰ περὶ μὲν ἄλλης, Ἀζὰν δὲ καὶ τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ Ἀζανίαν τὸν διὰ παῤῥησίαν, ἐν ᾧ τὸ τοῦ Λυκαίου Διὸς ἱερόν, εἰς τὰς κοινὰς εἰσόδους ἔλασαν.* In his verba *καὶ τὰ περὶ μὲν ἄλλης* Bernhardius non recte emendavit ita, *καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀλέαν.* Scribendum haud dubie *καὶ τὰ περὶ Μαίναλον,* cui coniecturae locorum situs non repugnat. De Azane quae adduntur corruptissima sunt; nec dubitari potest quin plura exciderint, quae satis certa coniectura ita redintegranda esse suspicor: *Ἀζὰν δὲ καὶ τὴν ἀφ' ἑαυτοῦ Ἀζανίαν [καλουμένην καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Λυκάονος παρανομίας εἰς] τὸν Δία Παῤῥασίαν, ἐν ᾗ τὸ τοῦ Λυκαίου Διὸς ἱερόν.* Nimirum Parrhasiam propter Lycaonis in Iovem impietatem *Παρβασίαν* appellatam esse testatur Nicanor in libro de Paronymis apud Stephan. Byz. v. *Παῤῥασία: Νικάνωρ δὲ Παρβασίαν φησὶν αὐτὴν κεκλῆσθαι διὰ τὴν Λυκάονος εἰς τὸν Δία παρανομίαν,* ubi vide Holstenium. Similiter Megalopolitani monumentum, quo civium suorum virtutem condecorabant, appellabant *Παραιβάσιον, ὅτι ἐς αὐτοὺς παρεσπόνδησεν ὁ Κλεομένης,* ut est apud Pausan. VIII, 28. 4. Ac fortasse etiam Callimachus l. l. non *Παῤῥασίῳ* scripsit, quae Arnaldi coniectura est, sed *Παρβασίῃ.* Libri enim *Παρνασίῃ.* Postrema scholii verba, quae ita corrigebam, *εἰς ὃ τὰς κοινὰς εἰσόδους* (publicos reditus) *ἔθεσαν,* alii forsan probabilius

lius expedient. Interim de hac significatione vocis εἴσοδος v. Thesaurum L. Gr. v. εἴσοδος. Lycaonis illam in Iovem impietatem tractaverat in Azanibus Achaeus Eretriensis, docente loco apud scholiasten Eurip. Orest. 373: τὸ δὲ „ἐξάπτων“ ἔφη παρόσον οὓς ἱκέτευον τούτοις παρετίθεσαν τὰς ἱκετηρίας. Ἀχαιὸς Ἀζᾶσι „Νῦν οὖν ἡμεῖς ἱκέται θαλλούς τε θεῶν γέρας τίθεμεν πρὸ ποδῶν τῶν σῶν λῆξαι τῆς ἀστεροποῦ Ζηνὸς θυσίας“. Quae chori verba esse suspicor Lycaonem, ut aut a Nyctimi (Tzetz. ad Lycophr. 481) aut Arcadis (Eratosth. Catast. 8) sacrificio absistat enixissime obtestantis[1]). Verba poetae, quae non recte curavit Hermannus Opusc. VII p. 291, ita certissima coniectura restituo:

Νῦν οὖν ἡμεῖς ἱκέται [στέμματα]
θαλλούς τε θεῶν γέρας [ἀθανάτων]
τίθεμεν πρὸ ποδῶν τῶν σῶν λῆξαι
τῆς ἀστερόπου Ζηνὸς θυσίας.

Pro στέμματα possis etiam στεφάνους. Cfr. Aeschylus Choeph. 1031: ξὺν τῷδε θαλλῷ καὶ στέφει προσίξομαι.

CLXVII.

Stephanus Byz. p. 577: Μωριεῖς ἔθνος Ἰνδικόν, ἐν ξυλίνοις οἰκοῦντες οἴκοις, ὡς Εὐφορίων. Hesychius Μωριεῖς Indicorum regum nomen fuisse tradit, Μωριεῖς: οἱ τῶν Ἰνδῶν βασιλεῖς.

CLXVIII.

Stephanus Byz. p. 563. Μολύκρεια: πόλις Αἰτωλίας. Θουκυδίδης (II, 84) Μολύκριον αὐτὴν καλεῖ.

---

1) Video nunc similiter haec interpretatum esse Welckerum Tragodum. Vol. III p. 963.

Εὐφορίων δὲ *Μολυκρίαν* αὐτήν φησι. τὸ ἐθνικὸν Μολύκριος, καὶ θηλυκῶς, καὶ οὐδετέρως. καὶ Μολύκρισαι καὶ Μολυκριάς. In his male Xylander pro Μολύκρισια scripsit Μολυκρῖται. Cod. Rehd. Μολύκρισα. Scribendum Μολύκρισσα aut Μολυκρίς.

CLXIX.

Choeroboscus in Crameri Anecd. Oxon. II p. 239: *Λείπω*: λέγει ὁ Ὦρος ὅτι πάντα παρὰ τὸ λείπω διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται· οἷον λειπόνεως, λειποταξία, λειποτάξιον, λειποστράτειον. ὁ δὲ Ὠριγένης διὰ τοῦ ι λέγει γράφεσθαι· οἷον [ἔλιπον παρ' Εὐφορίωνι] λιποτρόφια παρὰ Νεοπτολέμῳ· ἐλλιπέες παρ' Εὐφορίωνι· λιποκτενίασσα· λιποναῦται· λιποταξίου παρ' Ἀριστοφάνει. In his verba ἔλιπον παρ' Εὐφορίωνι, utpote ex sequentibus ἐλλιπέες παρ' Εὐφορίωνι orta, seclusi. Pro λιποκτενίασσα recte Cramerus λιποκτέανος, quod et ipsum fortasse ad Euphorionem referendum. Eadem voce usus est Paullus Silent. Ecphr. 557. De Neoptolemo, qui λιποτροφίη dixisse videtur, vide Epimetr. V. Pro Ἀριστοφάνει fortasse Ἀντιφάνει scribendum esse indicavi Comic. graec. vol. III p. 72.

EPIGRAMMATA [1]).

I.

Οὐχ ὁ τρηχὺς ἔλαιος ἐπ' ὀστέα κεῖνα καλύπτει,
 οὐδ' ἡ κυάνεον γράμμα λαβοῦσα πέτρη·

1) V. supra p. 25.

ἀλλὰ τὰ μὲν δολιχῆς τε καὶ αἰπεινῆς Δρακάνοιο
Ἰκάριον ῥήσσει κῦμα περὶ κροκάλαις·
ἀντὶ δ' ἐγὼ ξενίης πολυκηδέος ἡ κενεὴ χθὼν
ὠγκώθην Δρυόπων διψάσιν ἐν βοτάναις.

Apud Brunck. Anal. I p. 256, apud Iacobsium Anthol. Palat. I p. 504 cum hac epigraphe: *Εὐφορίωνος εἰς ναυηγὸν ὁμοίως ἀνώνυμον ἐν τῷ Ἰκαρίῳ πελάγει νεναυαγηκότα.* — V. 1. Codex *οὐχοτρηχὺσ σέλι θαῖος.* Toupius *οὐ Τρηχὶς λιθιαῖος*, quod recepit Brunckius. Probabilius est, in corrupta voce *σέλι θαῖος*, sive potius *ἐλιθαῖος*, nam litera initialis haud dubie e praecedente sigma adhaesit, probabilius igitur est, latere in ea arboris nomen, cuius sub umbra cenotaphium illud exstructum fuerit. Itaque scripsi *οὐχ ὁ τρηχὺς ἔλαιος.* Ubi quid *τρηχὺς* significet docebit T. Hemsterhusius ad Aristoph. Plut. p. 184 cll. Theocrito Id. XXIV, 256 et Agathia in Anthol. Pal. I p. 176. Quod eodem versu legitur *κεῖνα*, iniuria opinor tentatum est. Similiter *κεῖνος* apud Pindarum aliquoties legitur, ut Pyth. II, 13, de quo passim admonuit Hermannus. — V. 3 *δολιχῆς τε καὶ αἰπεινῆς Δρακάνοιο.* Dracanon sive Draconon (Hemst. ad Lucian. p. 228) Icari insulae fuisse constat promontorium longo tractu in mare procurrens. Hinc ipsa Icarus ab aliis *Δολίχη* dicta est. Apollodorus II, 6, 4: *προσσχὼν νήσῳ Δολίχῃ τὸ Ἰκάρου σῶμα ἰδὼν τοῖς αἰγιαλοῖς προσφερόμενον ἔθαψε καὶ τὴν νῆσον ἀντὶ Δολίχης Ἰκαρίαν ἐκάλεσεν.* Stephanus Byzant. p. 414: *Ἴκαρος, μία νῆσος τῶν Κυκλάδων, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Μάκρις καὶ Δολίχη.* Ac fortasse etiam Euphorio scripsit, *ἀλλὰ τὰ μὲν Δολίχης τε καὶ αἰπεινῆς Δρακάνοιο*, orationis forma simili ei, qua usus est noster poeta Fragm. LI: *ἀλλὰ ἑ Σιθονίης*

τε καὶ ἐν κνημοῖσιν Ὀλύνθου. Ut enim Olynthus pars fuit Sithoniae, ita Dracanum Dolichae. Cfr. Herodot. I, 2: *εἰς Αἶάν τε καὶ τὴν Κολχίδα* et Hermannum ad Viger. p. 838, ed. 2. — Vs. 5 cod. *πολυμήδεος.* Correxit Salmasius. Cfr. Homerus Od. XXI, 35 *ξεινοσύνης προσκηδέος.* Pro *κενεή*, quod Reiskio debetur, codex habet *κεινή.* Iacobsio ne sic quidem hic versus persanatus videtur. Immerito, ut equidem opinor. Exspectare potuit naufragus, se comi et benevolo hospitio exceptum iri ab amicis sive cognatis, si pervenisset quo cursum suum dirigeret. Id vero non evenerat homini infelici, itaque *ἀντὶ ξενίης πολυκηδέος* cenotaphium ei exstruxerant amici in Dryopum agro, ubi ipsi habitabant. Simili orationis colore Anyte Anth. Pal. VII, 649: *ἀντί τοι εὐλεχέος θανάτου σεμνῶν θ' ὑμεναίων μάτηρ στῆσε τάφῳ τῷδ' ἐπὶ μαρμαρίνῳ παρθενικάν.* — Vs. 6 recte habet *διψάσιν ἐν βοτάναις*, nam tota illa regio aspera erat et saxosa, ut vel *Τραχῖνος* nomen docet.

II.

Πρώτας ὁππότ' ἔπεξε καλὰς Εὔδοξος ἐθείρας,
Φοίβῳ παιδείην ὤπασεν ἀγλαΐην·
ἀντὶ δέ οἱ πλοκαμῖδος, Ἑκηβόλε, κάλλος ἐπείη
χὠχαρνῆθεν ἀεὶ κισσὸς ἀεξόμενος.

Apud Brunck. Anal. I p. 256, apud Iacobsium Anth. Palat. I p. 272. Vs. 1 cod. *ἔπλεξε.* Illud e Suida I p. 680 dederunt Brunckius et Iacobsius. — Vs. 3 *οἱ* Brunckius. Cod. *τοι.* Suidas III p. 132 *σοι.* — Vs. 4 cod. *ὠχαρνῆθεν.* Correxi Delect. poet. Anth. gr. p. 59.

FRAGMENTA DUBIA.

I.

Αἳ καὶ ἀναμπέχονοι γυμνοῖς ποσίν, ἠΰτε δοῦλαι,
ἠοῖαι σαίρεσκον Ἀθηναίης περὶ βωμόν,
νόσφι κρηδέμνοιο, καὶ εἰ βαρὺ γῆρας ἵκοιτο.

Servavit Plutarchus de S. N. V. p. 557 *d*. Virgines dicit Locrenses, quas Locri ad piandum Aiacis scelus Minervae Iliensi per mille annorum decursum quotannis consecrare oraculo iussae sunt. Rem in *Αἰτίοις* tractaverat Callimachus teste schol. Iliad. *ν*', 66: *Ἀθηνᾶ δὲ οὐδὲ οὕτω τῆς ὀργῆς ἐπαύσατο, ἀλλὰ καὶ τοὺς Λοκροὺς ἠνάγκασεν ἐπὶ χίλια ἔτη εἰς Ἴλιον ἐκ κλήρου παρθένους πέμπειν. ἡ ἱστορία παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν ά Αἰτίων.* Aliorum testimonia indicavere Vales. ad Harpocr. p. 134, Meursius ad Lycophr. 1153 et O. Müllerus Hist. civit. graec. I p. 167. Euphorioni eos versus assignavit et ad Chiliades rettulit Toupius Epist. crit. p. 134. Persuasit Toupius Wyttenbachio, Valckenario, Boettigero de Raptu Cass. p. 37 et recenti aetate Müllero l. l.

II.

Καλαὶ μέν ποτ' ἔσαν χαλαὶ φόβαι Εὐτελίδαο·
ἀλλ' αὐτὸν βάσκαινεν ἰδὼν ὀλοφώιος ἀνὴρ
δινήεντι ποταμῷ· τὸν δ' αὐτίκα νοῦσος ἀεικής —

Plutarchus Quaest. Symp. p. 682 *b*. de fascino agens appositis his versibus, quos Valckenarius apud Wyttenbachium ad Plutarch. S. N. V. p. 76 Euphorioni tribuebat, ita pergit: *ὁ γὰρ Εὐτελίδας λέγεται καλὸς ἑαυτῷ φανεὶς καὶ παθών τι πρὸς τὴν ὄψιν ἐκ τούτου νοσῆσαι καὶ τὴν εὐεξίαν μετὰ τῆς ὥρας ἀποβαλεῖν.* De Eutelida, Narcissi simillimo, nihil aliunde constat,

nisi forte is idem est de quo Aelianus Suidae vol. I p. 87: Ἀνὴρ Ἀρκάς, Εὐτελίδας τοὔνομα, ἀκολάστῳ τῇ γλώττῃ καὶ ἀκράτορι κακῶς πάντας ἀγορεύων ἀρρώστημα ἔσχεν. ἐμίσει δὲ καὶ τοὺς εὖ πράττοντας. Versu primo καλαὶ φόβαι scribendum esse[1]) pro καὶ φόβαι, monui ad Theocrit. VIII, 73 ubi similiter καλὸς repetitur, τὸν δαμάλας παρελεῦντα καλὸν καλὸν ἦμεν ἔφασκεν. Alciphro Epist. III, 1 καλὸς μὲν γάρ ἐστι, καλὸς ὦ μῆτερ. Plura attulit Hermannus Opusc. VII p. 120. Versu tertio Wyttenbachius tentat δίνῃ ἐν ποταμοῦ. Malim δίνῃ ἔνι ποταμοῦ, ut apud Homerum εὐνῇ ἔνι μαλακῇ in eadem versus sede. Aliquando tentabam δινῆντι ποταμῷ, de cuiusmodi formis v. Buttmanni Gramm. mai. I p. 172. Quemadmodum forsan Sophocli Oed. Tyr. 1279 reddendum ὄμβρος χαλαζῆς αἱμάτων ἐτέγγετο, i. e. ὄμβρος χαλαζήεις, ut χάλαζαν ὀμβρίαν idem dixit Oed. Col. 1499. Cfr. Theodosium Expugn. Cret. 254: ὄμβρους ἀφῆκεν αἱμάτων πολυρρύτων. Sed teneo δίνῃ ἔνι ποταμοῦ. Ne quis vero miretur Eutelidem in *vorticibus* fluminis imaginem suam contemplari, similiter loquutus est Callimachus H. in Min. 20: οὐδὲ Σιμοῦντος ἔβλεψεν δίναν ἐς διαφαινομέναν. Paulus Silent. Anth. Pal. V, 266: σὴν γὰρ ἐμοὶ καὶ πόντος ἐπήρατον εἰκόνα φαίνει, καὶ ποταμῶν δῖναι. Post tertium versum sequebatur fortasse ἔλλαβε.

III.

Scholiastes Apoll. Rh. II, 168: Νύμφις μὲν γάρ φησιν ἱστορεῖν Ἀκαρίωνα, ὡς ἄρα Φρύγες διαπλεῦσαι βουλόμενοι τὸν πορθμὸν κατεσκεύασαν ναῦν ἔχουσαν ἐγκεχαραγμένην προτομὴν ταύρου, διαπλευσάντων δὲ αὐ-

1) Recepit hanc emendationem Dübnerus.

τῶν, ἀπὸ τοῦ εἴδους τοῦ περὶ τὸ σκάφος προσαγορευθῆναι τὸ πέλαγος Βόσπορον. In his pro Ἀκαρίωνα, quod Ruhnkenius Opusc. p. 265 non suspectum habuit, Reinesius Epist. ad Daum. 85 p. 255 corrigit Εὐφορίωνα. Ac sane res ipsa Euphorionis ingenio dignissima, ut docet Fragm. CXX. At Nymphis Heracleota, historiarum scriptor, quum sub tertio Ptolemaeo floruerit, non probabile est in testimonium advocasse Euphorionem, scriptorem novitium. Itaque nescio an rectius Weichertus Vit. Apoll. Rhod. p. 253 Charonis nomen substituerit. Reinesio assentitur Unger. Parad. Theb. I p. 237.

IV.

Apuleius de Orthogr. ed. Osann. p. 135. ***Eridanus . . . est item Italiae qui et Padus, item Hiberiae, auctoribus Aeschylo Pausania Euphorione minore.*** Haec si recte ad Chalcidensem poetam referuntur, cum „minorem" ideo dictum esse crediderim, ut distingueretur ab Aeschyli filio, poeta tragico. Sed probabile est intelligi debere Euphorionem eum de quo egi Epimetr. I.

V.

Suidas, *Κοκύαι: αἱ πρόγονοι. Ἀφ' ὑμέων κοκύῃσι καθημένῃ ἀρχαίῃσιν.* In corruptis verbis ἀφ' ὑμέων Iacobsio Anim. ad Anal. Brunck. II, 1 p. 205 Euphorionis nomen latere videbatur. Quae si vera est coniectura, pro καθημένη legerim παρημένη, ut voluit Toupius. Naekius autem Dissert. de Hecale V p. 545 Callimacho versum attribuit hoc modo correctum: ὑμείων κοκύῃσι καθειμένη ἀρχαίῃσιν, *a nobis descendens priscarum aviarum serie.* Apud Suidam item alia quaedam fragmenta reperiuntur, quorum dictio eum habet colorem, ut aut Euphorioni aut Callimacho assignari

posse videantur, e. c. vol. I p. 66: ἀήσυρον γόνυ κάμψας, ubi post ἀήσυρον excidit ὄν. Ibid. p. 127: ἀλυκὸν δέ οἱ ἔκπεσε δάκρυ. Ibid. p. 427: βέβυστο δὲ πᾶσα χόλοιο. Ibid. p. 648: αὐτόθεν ἐξ αὐτῆς ὀλίγον ῥάκος αἰθύξασα. Vol. II p. 334: οὐδέ ποθι κνηκὶς ὑπεφαίνετο, πέπτατο δ' αἰθήρ. Omitto alia, quae Callimacho assignanda putavit Ruhnkenius Epist. a Tittm. ed. p. 20, in quibus itidem nonnulla fortasse ad Euphorionem referenda sunt. Ferax item eiusmodi ἀποσπασματίων Etymol. M. veluti p. 41, 28: αἴγδην, πάσας δὲ σὺν ὀστέῳ ἶνας ἄμερσεν. P. 48, 39: χειρῶν ἠδὲ ποδῶν ἀκινάγματα. P. 81, 8: ἐπ' οὔρεος ἀμβώνεσσιν. P. 83, 47: ταῦρον ἀμίστυλλον. P. 94, 42: πολὺ τρύος ἤλασεν ἔξω. P. 96, 9: καὶ θῆρες ἀνὰ δρύμα πρηύνονται. P. 97, 30: ἢ χειμέριον ἀλὲν ὕδωρ. P. 182, 2: τῆς δ' ὀλοφυρομένης ἀμφ' ἀχνύϊ εἴβεται (leg. λείβεται) αἰών. P. 207, 16: Βουθοίῃ Δρίλωνος ἐπὶ προχοῇσιν ἐνάσθη, qui versus per errorem Sophocli tribuitur, inter cuius fragmenta recipi non debuit. P. 241, 55: γρουνοὶ μὲν δαίοντο, μέγας δ' Ἥφαιστος ἀνέστη. At qui p. 60, 4 legitur versus, ὀρφναίῃ ἐνὶ χαλκὸν ἀλετρεύουσα καλιῇ, non incerti poetae versus est, sed Apollonii Rhod. IV, 1095. ex quo apertum est de Echeti filia, non de Antiope haec intelligenda esse. Fallitur Ungerus Parad. Theb. I p. 82. Alia ita comparata sunt, ut satis confidenter Callimacho adscribas, ex quo genere sunt haec apud Suidam s. v. μετάκερας: ἐκ δ' ἔχεεν κελέβην, μετὰ τ' αὖ κέρας ἤφυσατ' ἄλλο, apud Etymol. M. p. 418, 1: ἠγαλέην [δὲ] κάλπιν ἀειραμένην (leg. ἀειραμένη) et p. 595, 33: μύρτον ἐς ὠτώεντα παλαιφαμένης ἄγνοιο. Quae omnia ad Hecalen referenda videntur.

RHIANUS CRETENSIS.

RHIANUS CRETENSIS.

Inter poetas et grammaticos aetatis Alexandrinae honorificum locum tenet Rhianus Cretensis, de quo haec apud Suidam leguntur: *Ῥιανός, ὁ καὶ Κρής, ὢν Βηναῖος. Βήνη δὲ πόλις Κρήτης· τινὲς δὲ Κεραίτην, ἄλλοι δὲ Ἰθώμης* (ita cod. Par. pro *Ἰθάκης*) *τῆς Μεσσήνης αὐτὸν ἱστόρησαν. οὗτος δὲ ἦν τῆς παλαίστρας πρότερον φύλαξ καὶ δοῦλος. ὕστερον δὲ παιδευθεὶς ἐγένετο γραμματικός, σύγχρονος Ἐρατοσθένους. ἔγραψεν ἔμμετρα ποιήματα, Ἡρακλειάδα ἐν βιβλίοις τέτταρσιν.* His similia habet Eudocia Viol. p. 371: *περὶ Ῥιανοῦ τοῦ γραμματικοῦ. Ῥιανὸς Κρής, γραμματικὸς ἐκ Βήνης, πόλις δὲ αὕτη Κρήτης· τινὲς δὲ Κεραίτην, ἄλλοι δὲ Ἰθάκης τῆς Μεσσήνης αὐτὸν ἱστόρησαν κτλ.* Vitiosum istud *Ἰθάκης*, quod ante Kusterum apud Suidam quoque legebatur, ex *Ἰθώμης* corruptum est. Pausanias IV, cap. 1 Cretam Rhiani patriam esse dicit et cap. 6 Benaeum eum nuncupat. Eodem modo Stephanus Byz. p. 221: *Βήνη, πόλις Κρήτης ὑπὸ Γορτύνην τεταγμένη. τὸ ἐθνικὸν Βηναῖος. Ῥιανὸς γὰρ ὁ ποιητὴς Βηναῖος ἦν ἢ Κερεάτης ἢ Κρής.* In his postrema in hunc sensum accipio, ab aliis Rhianum simpliciter

Cretensem perhiberi. Benae[1]) urbis in Creta sitae nusquam quantum scimus mentio facta nisi in iis locis quos modo attuli, et a Suida, *Βήνη: ὄνομα κύριον.* Contra notissima est *Λεβήνη* urbs, quae et ipsa in finibus Gortyniis sita et a Bene fortasse non diversa erat. Non minus dubia sunt nomen situsque loci, a quo Rhianus secundum alios a Suida et Eudocia *Κεραίτης* sive *Κεραίτης* et a Stephano Byz. *Κερεάτης* dicitur. Quod enim Siebelisius coniecit Rhianum propterea *Κεραίτην* dictum esse a nonnullis, quod fortasse Gnossi, quae urbs Strabone teste X p. 476 etiam *Κέρατος* appellabatur, natus fuerit, id vehementer vereor ne ii ipsi loci quos attulit (Callim. in Dian. 44 et Virgil. Cir. 113) refellant. Inde enim apparet veram istius nominis formam non *Κέρατος* esse, sed *Καίρατος*. Atque ita etiam apud Hesychium est, *Καιράτιοι οἱ Κνώσσιοι*, non *Κεράτιοι*. Accedit quod vix credibile est, praeter poetas quemquam Gnossum urbem vetusto illo nomine insignivisse. Ex gentiliciis illis *Κεραίτης* et *Κερεάτης*, alterum ad *Κερέα*, illud autem ad *Κεραία* ducit, quemadmodum ab *'Ελαία* formatur *'Ελαίτης*, *Λυκαίτης* a *Λυκαία* et alia id genus complura. *Κερέα* nomen non iniuria dixerit quispiam commendari et fulciri eo, quod Pausanias VIII, 34 Apollinem *Κερεάτην* commemorat, deum ab Arcadibus cultum, quibus cum Cretensibus mirum ut in aliis rebus ita etiam in eis quae ad deorum cultum spectant consensum fuisse scimus. Neque veri dissimile est apud Polybium, qui

1) Minus accurate Müllerus Doriens. vol. I. p. 143 *Benna* scribit, quod Thessalici oppidi et tribus Ephesiae nomen est. V. Stephan. Byz. v. *Βέννα*, ubi bis legitur *βουλή* pro *φυλή*, et semel *βουλεύται* pro *φυλέται*.

lib. IV cap. 53 inter Arcadum socios praeter Polyrrhenos et Lampaeos etiam Κερέτας affert, fortasse Κερεάται scribendum esse. Verumtamen non dubito quin et hoc loco et apud Stephanum Κεραΐτης potius praeferendum sit, et propterea quidem quod Eckhel. in doctr. num. vet. P. I. vol. I p. 306 numum cretensem describit, qui, quum *ΚΕΡΑΙΤΑΝ* i. e. Κεραϊτῶν nomine signatus sit, fuisse urbem cretensem Κεραίαν certo probat. Itaque patriam urbem Rhiani aut Benam aut Ceraeam fuisse apparet. Sed fuerunt etiam qui Ithomae, castello Messeniaco, eum natum esse perhiberent. Quae narratio inde opinor fluxit, quod Rhianus fortasse aliquantum temporis ibi commoratus erat, ut ea loca, in quibus Aristomenes immortalia ediderat opera, suis intueretur oculis eoque facilius istas regiones paragrando nobilissimi carminis, quod de bello Messeniaco condidit, materiam colligeret[1]). Ita fuerunt qui Homerum Cenchreatem fuisse sibi fingerent, quod Cenchreis, Troadis oppido, commoratus esse dicebatur, ut suis ipse oculis inclyta ista loca pernosceret[2]). Consimili ratione Nicander Colophonius a Dionysio Phaselita in libro, quem de Antimachi poesi composuit, Aetolus dictus est, quod eius Aetolica non potuisse scribi videbantur, nisi diuturna poetae in ista terra commoratio praegressa esset[3]). Eoque verisimilior est coniectura quam

1) Non sufficit quod Siebelisius dicit: *hominem, qui Messeniorum res carmine persequutus erat, facile quis opinari potuit in Messenia ipsa eiusque urbe bello inclyta natum esse.* Melius Saalius: *fortasse etiam a commoratione quadam in agro Messeniorum Ithomaeus dici potuit.*

2) Stephan. Byzant. v. Κεγχρέαι p. 464.

3) V. vita Nicandri apud Schneiderum ad Ther. p. 3.

de Rhiano feci, quo certius ex secundo epigrammate apparere videtur, eum per aliquod temporis spatium in Peloponneso versatum esse.

De aetate, qua vixerit Rhianus, satis constat. Fuit enim, Suida teste, Eratosthenis aequalis, qui Ol. 126 natus usque ad Ol. 149 vixit. Ac probabile est utrumque virum consuetudinis amicitiaeque vinculo consociatos fuisse. Certe Rhianus aliquamdiu Alexandriae degisse videtur. Nam quum eius studia grammatica maxime ad crisin carminum Homericorum pertinerent, non potuit alio facile loco ea sibi comparare subsidia doctrinae studiorumque adminicula, quae, nisi eum sine veteribus exemplis temerario quodam arbitrio in Homero recensendo grassatum esse credas, prorsus necessaria erant. Deinde Suidam vix credere licet ita aetatem Rhiani significaturum fuisse, ut eum Eratosthenis potissimum aequalem diceret, nisi inter utrumque hominem propior quaedam vitae studiorumque societas fuisset. Eratosthenes autem regnante Ptolemaeo III, qui Ol. 133, 2 imperium suscepit, certam Alexandriae sedem adeptus est ibique vitae domicilium collocavit. Itaque ab hoc demum tempore ei cum Rhiano necessitudo intercedere potuit. Praeterea nil fere de Rhiani vita scimus, nisi quod Suidas eum primum palaestrae custodem et servum fuisse dicit, *τῆς παλαίστρας πρότερον φύλακα, καὶ δοῦλον*[1]).

1) Haec Siebelisius secum pugnare ait, quod munus *φύλακος παλαίστρας* non potuerit suscipi a servo, itaque Rhianum putandum esse iam liberum illud subiisse. Palaestrae custodum, quorum haud infrequens in antiquis titulis memoria (Welckeri Syll. Epigr. p. 45), non satis constat mihi semperne servilis condicio fuerit.

E scriptis Rhiani primo loco epica commemoramus. his enim maiorem sine dubio quam ceteris carminibus laudem sibi peperit. Hinc apud Athen. XI p. 499 *d* κατ' ἐξοχὴν dicitur ἐποποιὸς et apud Suidam eo loco quo de Rhiano agit non commemoratis aliis operibus hexametrorum carminum auctor perhibetur. Neque enim dubitari potest, quin Suidas scripserit: ἔγραψεν ἑξάμετρα ποιήματα, non, ut nunc legitur, ἔμμετρα ποιήματα, in quibus iam Kusterus offendit, male tamen aut ἔμμετρα aut ποιήματα delendum esse opinatus. Proxime vero accessit I. Toupius Emend. in Suidam II p. 135 Ox. qui ἑξαμέτρῳ coniecit restituendum esse. Barkerus apud Gaisfordum poet. minor. III p. 473 defensurus ἔμμετρα ποιήματα Stephani thesaurum comparari iubet, ubi e Xenophontis Memor. 1, 2, 21 ἐν μέτρῳ πεποιημένα ἔπη et ex Isocratis Nicocl. 2 ἔμμετρα (Bekk. σὺν μέτρῳ) ποιήματα citantur. Sed in utroque loco loquutio illa et propter nexum excusatur et quod opponuntur ei λόγοι διδασκαλικοὶ et καταλογάδην συγγράμματα. Neque Siebelisii mihi probatur opinio, qui ἔμμετρα ποιήματα ea carmina esse dixit, ***in quibus omnia metrorum legibus convenientia sint, quae metricae rationes venustate ac pulchritudine h. e. summa omnium partium convenientia commendent.*** Quasi vero de meliore nota poetae graeci alia unquam poemata fecerint, nisi quae metrorum legibus prorsus convenirent. Certum igitur est Suidam ἑξάμετρα scripsisse idque de epicis carminibus intelligi voluisse, quemadmodum πεντάμετρα ποιήματα dicebantur quae elegiaco metro adstricta essent. cfr. Pollux IV, 32. Argumenta autem carminum epicorum Rhianus partim ex mythologia petiit partim ex gentium historiis. Priori generi

Heraclea annumeranda, posteriori Achaica Eliaca Thessalica et Messeniaca. Quale fuerit aliud carmen, *Φήμη* inscriptum, quod item epicum fuisse verisimile est, ex solo, quod Stephanus Byzantius servavit, fragmento non potest intelligi. Stephanus p. 153 *Ἀράκυνθος*, inquit, *ὄρος Βοιωτίας, ἀφ' οὗ ἡ Ἀθηνᾶ Ἀρακυνθιάς, ὡς Ῥιανὸς ἐν τῇ Φήμῃ*

Κλῦθί μοι εὐχάων Ἀρακυνθιὰς εὐπατέρεια.

Inscriptionem carminis tanto minus in dubium vocaverim, quum Helladius quoque teste Photio bibl. p. 536 *a* Bekk. unum ex carminibus suis eodem *Φήμης* verbo insigniverit, de cuius argumento tamen non magis constat quam de Rhiani. Plura novimus de reliquis Rhiani carminibus. Ex his primo loco ponenda est

I. *Ἡράκλεια.* Ita enim haud dubie Rhianus hoc carmen inscripserat, non *Ἡρακλειάς*, qua forma Suidas et hoc loco, ubi de Rhiano, et alio, ubi de Panyasis carmine agit, usus est. Ceteri, sive Rhiani vel Panyasis sive Pisandri Diotimi Phaedimi aliorumve Heracleas ad partes vocant, constanter altera forma utuntur[1]). De ambitu carminis Rhianei nulla esse potest dubitatio. Quamquam enim Suidas quattuor tantum libros commemorat, *ἔγραψεν Ἡρακλειάδα ἐν βιβλίοις τέσσαρσι*, tamen quum in Etymol. M. p. 153, 4 liber quartus decimus[2]) citetur, non dubitari potest quin Vossius histor. gr. 1, p. 111 recte Suidae eundem numerum restituendum esse coniecerit. Hunc autem carminis ultimum fuisse librum ex eo intel-

1) Singularis est qua Aristoteles A. P. utitur forma *Ἡρακληΐς*.
2) *Ῥιανὸς ἐν τῷ τετραοδεκάτῳ Ἡρακλείας.* Sylburgius dedit *τεσσαρεςδεκάτῳ*. Recta forma videtur esse *τετρακαιδεκάτῳ*, qua Lobeck. ad Phryn. p. 409 Tzetzam usum esse ostendit.

telligitur, quod quae Etymologus ex eo attulit, ad suprema Herculis fata referenda sunt. Neque praetermittendum est, totidem libros Panyasis Heracleam complexam esse[1]). Materiam Heracleae Rhianus partim ex aliorum poetarum Heracleis, inprimis ex ea quam Panyasis condiderat, partim ex logographis sumpsisse videtur, alia ex Homero, alia denique ex eis, quae certis quibusdam locis ore hominum circumferebantur, intexuit. Ac Homero quidem maximam partem eius narrationis acceptam refert, qua Iupiter compressa Alcmene Iunonis dolo circumventus iureiurando se obstrinxisse ferebatur, se ei ex filiis suis Argorum imperium traditurum esse, qui eo ipso die nasceretur; unde Iuno Alcmenae partu impedito effecit, ut Stheneli uxor Antibia septimo mense Eurystheum eniteretur, qui postea Herculi natu minori labores istos perficiendos imposuit, quibus exantlatis divinus heros Minerva et Apolline intercedentibus immortalitate donatus est. Haec enim fabula, quam schol. ad Iliad. 19, 119 servavit[2]), dubitari non potest quin ex Heraclea Rhiani deprompta sit, etsi scholiastes operis nomen non ediderit[3]). Quod autem Rhianum dixi nonnulla ex narrationibus derivasse, quae de certis quibusdam locis hominum ore et fama propagabantur, id non diffiteor in uno tantum loco eoque ambiguo inniti. Nam scholiastes Aristoph. Ran. vs. 664, ubi de attico demo *Διόμεια* loquutus est, addit deinde: *ἔστι δὲ Ἡράκλειον αὐτόθι, περὶ οὗ καὶ Ῥιανός φησι δηλῶν ὅτι Διόμος Ἡρακλῆς ἐγένετο.* Quod

1) De hoc admonuit etiam Saalius.

2) *Ἡ ἱστορία παρὰ Ἀριανῷ*, pro quo Bekkerus recte edidit *Ῥιανῷ*. Eiusdem erroris exempla infra videbimus in incertis.

3) Ita Siebelisium quoque indicasse video.

si ex Heraelea sumptum est, de qua re vix dubitaveris, consequens est, ut Rhianus atticas quoque fabulas operi suo intexuerit, id quod ante eum ex eis, qui Heracleas scripsere, fecit quantum scimus nemo. De Diomo autem non verisimile est ea dixisse Rhianum, quae apud scholiasten leguntur; ac comparanti quae Meursius de populis Att. p. 64 et Od. Müllerus Doriens. I p. 438 congesserunt de Herculis et Diomi amoribus testimonia, vix dubium potest esse, quin Rhianus quoque de amore, quo Hercules erga Diomum flagravit, loquutus fuerit, ita ut corrupta scholiastae verba fortasse in hunc modum restituenda sint: *περὶ οὗ καὶ Ῥιανός φησι δηλῶν ὅτι Δίομος Ἡρακλέους ἐγένετο παιδικά.* Nisi forte Diomum Rhianus Herculis filium fuisse perhibuit, ut praeter *Ἡρακλέους* nihil mutandum sit. Consimili ratione Hylas, qui a plerisque Herculis amasius (*παιδικά*) appellatur, ab aliis eius filius dictus est. Vid. schol. Theocr. 13, 6. Ac nescio an de Diomo idem tradiderit Etymol. M. p. 102, 44: *Δίομος, κυρίως, ὁ πατὴρ Ἡρακλέους*, ubi quod Diomus Herculis pater dicitur, quum nimis absonum sit, pro *πατὴρ* scribendum suspicor *παῖς*. Quo consilio Sidus (*Σιδοῦς*), vicus Corinthiacus, cuius Rhianus referente Athenaeo 3, p. 82, *b* in primo Heracleae libro mentionem fecit, commemoratus fuerit, dubium est. Macries et Aethyssenses, gentes libycas, quas Stephanus ex incerto opere Rhiani affert (p. 61: *Αἰθυσσεῖς, ἔθνος Λιβυκόν, Μαρμαρίδαις πάροικον, ὡς Ῥιανός*, et p. 531: *Μάκρυες, ἔθνος Λιβύης. Ῥιανὸς δὲ Μάκριας διὰ τοῦ ῑ τούτους φησίν.*) commemorari poterant, ubi de Herculis itineribus, quae per Libyam fecit, agebatur. Sed utriusque populi etiam in Achaicis, in quibus aliae quo-

que Libyae gentes recensebantur, mentio facta esse potuit. Aselenos montes prope Trachina, qui in Etymologico Magno ex ultimo Heracleae libro laudantur, eo loco credibile est commemoratos esse, quo de extremis Herculis fatis et de eius conflagratione in Oeta monte exponebatur[1]). Verba grammatici haec sunt p. 153, 4: *Ἀσέληνα ὄρη οὕτω καλούμενα, ἅπερ οἱ μὲν παρὰ τὴν Τραχῖνα εἰρῆσθαι, ὡς Ῥιανὸς ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ Ἡρακλείας, Νίκανδρος δὲ ἐν τοῖς Αἰτωλοῖς* (leg. *Αἰτωλικοῖς*) *ὅτι, φησίν, ἐν αὐτοῖς τῆς Σελήνης τῷ Ἐνδυμίωνι συγκαθευδούσης συνέβαινε τοὺς ἄλλους τόπους ἀσελήνους εἶναι.* Quae verba a manu scriptoris ita profecta esse arbitror: *Ἀσέληνα ὄρη οὕτω καλούμενα παρὰ τὴν Τραχῖνα, ἅπερ οἱ μὲν παρὰ ... λέγουσιν εἰρῆσθαι ὡς Ῥιανὸς* cet., ita ut originatio nominis excidisse videri debeat. Hanc coniecturam, in quam prius me ignaro Sturzius in Nov. annot. ad Etym. M. p. 12 incidit, miror profecto a Iacobsio et Saalio reiici. Nam ex totius loci nexu luculenter apparet, non de situ montium Aselenorum dissensionem fuisse, sed de nominis origine. Quod autem Saalius Nicandrum negavit in Aetolicis de Endymionis et Selenae amoribus loqui potuisse, propterea quod teste scholiaste Apollonii Rhod. 4, 57 eandem rem in secundo Europae libro tractaverit, id nemo non videt non recte conclusum esse. Quidni poeta de eodem argumento in diversis carminibus egerit, praesertim quum quae de Endymione tradebantur fabulae vel maxime pertine-

1) Idem sensere Saalius et Iacobsius Diurn. schol. 1833 p. 117, quorum hic coniicit insuper, Aselenos montes nil fuisse nisi exquisitius nomen totius montium tractus, cuius pars fuerit Oeta.

rent ad Aetolica? Cf. Heynius ad Apollod. T. II p. 43. Denique controversiam dirimit idem illud quod Saalius attulit scholion Apollonii, in quo Nicander etiam in secundo Aetolicorum libro de Endymione egisse clare indicatur: τὸν δὲ Ἐνδυμίωνα Ἡσίοδος μὲν Ἀεθλίου τοῦ Διὸς καὶ Καλύκης παῖδα λέγει, παρὰ Διὸς εἰληφότα δῶρον, αὐτὸν ταμίαν εἶναι θανάτου, ὅτε θέλοι ὀλέσθαι. καὶ Πείσανδρος δὲ τὰ αὐτά φησιν καὶ Ἀκουσίλαος καὶ Φερεκύδης καὶ Νίκανδρος ἐν δευτέρῳ Αἰτωλικῶν, καὶ Θεόπομπος ἐν Ἐποποιοῖς (leg. ὁ ἐποποιός). Ceterum Ἀσέληνον montem etiam Nicander commemorat in Theriacis 215, ubi in scholiis Locridis dicitur mons.

Denique ex eodem carmine petita esse videntur, quae a scholiasta Euripidis Alc. 2 de amore quo Apollo Admetum deperierit et de voluntaria eius servitute traduntur: Ῥιανὸς δέ φησιν ὅτι ἑκὼν (Ἀπόλλων) αὐτῷ (Ἀδμήτῳ) ἐδούλευσε δι' ἔρωτα. Non absonum quidem fuerit statuere, hoc argumentum a Rhiano in Thessalicis tractatum esse, verum si reputaveris Panyasis versus ex Heraclea desumptos, quos servavit Clemens Alexandr. Protrept. p. 22 d: Πανύασις γὰρ πρὸς τούτοις καὶ ἄλλους παμπόλλους ἀνθρώποις λατρεῦσαι θεοὺς ἱστορεῖ, ὧδέ πως γράφων·

Τλῆ μὲν Δημήτηρ, τλῆ δὲ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
τλῆ δὲ Ποσειδάων, τλῆ δ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητευσέμεν εἰς ἐνιαυτόν,
τλῆ δὲ καὶ ὀβριμόθυμος Ἄρης ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκῃ,

hos igitur versus si consideraveris, quos cum Panyasis narratione de servitute, quam apud Omphalen toleravit Hercules, arte coniunctos fuisse evidenter demonstravit Müllerus in Doriens. vol. 2 p. 437, facile ad eam te

inclinabis sententiam, ut a Rhiano quoque simili loco Apollinis servitium commemoratum fuisse existimes. Alia fragmenta, quae ad Heracleam referri posse videntur, exhibui in Incertis.

II. Sequuntur ea poetae nostri carmina, quae brevitatis caussa *ethnographica* dixerim. Horum quod et quale argumentum fuerit et argumenti quae qualisque descriptio, ex paucis quae supersunt reliquiis, quarum plerasque Stephanus Byzantius servavit, non certo potest diiudicari. Sed pro more et indole illius aetatis, qua poesis magis magisque ad ea transducebatur argumenta, quae a vivida imaginandi vi longissime aberant, haec quoque carmina verisimile est reconditae doctrinae magis quam poeticae virtutis laude excelluisse[1]). Quanquam et per se consentaneum et propter aliquot locos extra omnem dubitationem positum est, Rhianum digressionibus intextisque narrationibus varietatem his carminibus conciliasse et sterilem materiam orationis luminibus et egregio versuum pangendorum artificio illustrasse.

1. Ac primum quidem *Achaica* minimum ex quattuor libris constitisse scimus. Stephanus enim p. 674: *Σκόλις*, inquit, *Ἀχαΐας πόλις, ὁ πολίτης Σκολιεύς, ὡς Ῥιανὸς ἐν τετάρτῳ Ἀχαϊκῶν.* Idem libri tertii meminit p. 731: *Φαιστὸς καὶ Ἀχαΐας, ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν τρίτῳ*, et ter libri secundi, primum p. 230: *Βολάνη, πόλις Ἀχαΐας, ὡς Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρῳ*, deinde v. *Ἄτλαντες* p. 192 ubi haec leguntur:

1) Quod Tiberius Caesar Rhiani carmina summopere admiratus est (Sueton. V. Tib. 70), id recte Saalius ad hoc ipsum doctrinae studium rettulit. Cfr. quae supra dixi de Euphor. p. 37.

Ἄτλαντες, ἔθνος Λιβυκόν, Ἡρόδοτος τετάρτῃ — Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρᾳ Ἀταράντας μετ' αὐτοὺς εἶναί φησι καὶ Ἄτλαντας, καὶ ὅτι οὐ βλέπουσιν οὗτοι ὀνείρους. Quum Atlantes apud Herodotum 4, 184 ab Atarantibus aperte dicantur occidentem versus habitasse, Stephani verba hoc potius ordine videntur collocanda esse: *Ῥιανὸς ἐν Ἀχαϊκῶν δευτέρᾳ Ἀτάραντας εἶναί φησι καὶ μετ' αὐτοὺς Ἄτλαντας*, quae mutatio confirmatur Eustathii verbis ad Dionys. Perieg. 66: *ὁ τὰ ἐθνικὰ γράψας ἔθνος Λιβυκὸν λέγει τοὺς Ἄτλαντας, καὶ Ῥιανὸς* (ita Holstenius pro *Ἀρριανὸς*) *δέ, ὥς φησιν, Ἀτάραντάς τινας ἱστορεῖ καὶ μετ' ἐκείνους λέγει οἰκεῖσθαι τοὺς Ἄτλαντας, οἳ καὶ λέγονται μὴ βλέπειν ὀνείρους.* Atlantibus non fuisse somnia, Stephanus Herodoto tantum auctore neque vero teste Rhiano videtur tradere. Longius et dignius memoratu fragmentum secundi Achaicorum libri idem Stephanus s. v. *Ἀπία* p. 145 servavit, ubi Peloponnesum Apiae nomine a recentioribus tantum poetis insignitam esse docet[1]) et quidem propter Apim, Phoronei filium, quod testari Rhianum his versibus:

Ἡμετέρη τοι τέκνα Φορωνέως ἦν δ'
ἀρχῆθεν γενεή. τοῦδε κλυτὸς ἐκγένετ' Ἆπις,
ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε καὶ ἀνέρας Ἀπιδονῆας.

In depravato primi versus fine *ἦν δ'* Iacobsius ad Anth. Gr. III, 3 p. 947 et in Diurnis scholast. l. l. p. 118 nomen uxoris Phoronei antiquitus positum fuisse sibi persuasit, quae apud Pausaniam 2, 21 Cerdo, apud Tzetzen autem ad Lycophronem et fortasse etiam apud Apollodorum Telodice audit. Sed ut taceam, in secundo versu

1) Idem animadvertit Eustath. ad Il. 3, 49.

non *τοῦ δὲ* sed *τῶν δὲ* scribendum fuisse, si exitus primi esset *Φορωνέως Τηλοδίκης τε,* hoc tantum premo, *Φορωνέως* formam legibus orationis epicae plane repugnare, de quo vere admonuit Mützell de Emend. Theog. p. 107. Peior etiam coniectura est, quam Friedemannus de med. syll. pent. p. 337 et post eum Saalius proposuere: *Φορωνέως ἦν διασήμου,* quod epicae dictioni non magis accommodatum est quam Salmasii commentum *ἦν ὀνομαστή.* Equidem in verbis *ἦν δ'* nil aliud latere puto nisi *'Ιναχίδαο*[1]), neque dubito quin recepto insuper *ὑμετέρη,* quod est in cod. Voss. pro *ἡμετέρη,* totum fragmentum hoc modo restituendum sit:

Ὑμετέρη τοι, τέκνα, Φορωνῆος Ἰναχίδαο
ἀρχῆθεν γενεή· τοῦ δὲ κλυτὸς ἐκγένετ' Ἆπις,
ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιξε καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας.

In his vs. 3 *Ἀπιδανῆας* scripsi ex Eustathio ad Dionysii Perieg. 415 *καὶ Ῥιανὸς δέ φησι κλυτὸς Ἆπις, ὅς ῥ' Ἀπίην ἐφάτιζε καὶ ἀνέρας Ἀπιδανῆας.* Cfr. Buttmanni Lexil. I p. 68. Eodem versu *ἐφάτιξε* ex libris restitui pro *ἐφάτιζε,* cui tempori nullus hic locus est. Sinceritatem formae adstruit doricum *φάτιξις.* Eandem Nonno Dion. IX, 81 restituit Graefius, et ipse requiro in Parmenidis vs. 114 Fülleb. ubi nunc editur: *τόν σοι ἐγὼ διάκοσμον ἐοικότα πάντα φατίζω.* Haec fere ex Achaicis Rhiani servata sunt.

---

1) In eandem coniecturam, quae palaeographicis rationibus optime commendatur, incidit, ut ipse mihi indicavit, Lehrsius meus et utroque nostrum prius Schubartus Quaest. geneal. hist. p. 5, qui tamen *Φορωνέως* retinuit. Insulse, ut id adiiciam, apud Hesychium legitur, *Φορωνεύς: ὄνος βασιλικός.* Lege *ὄνομα βασιλικόν* vel *βασιλέως.*

2. Neque plura ex alio, ad quod transimus, poemate allata novimus, *Eliaca* dico: hoc enim fuit operis nomen, non, ut ubique fere apud Stephanum legitur, *Iliaca*[1]). Quo in carmine quum crebro Arcadiae locorum mentio facta fuerit, ut patet e reliquiis quae Stephanus habet, poetam credibile est inter alia etiam veteres Eleorum vicinarumque gentium inimicitias et concertationes tetigisse. Huc pertinent inprimis quae Stephanus ex primo libro v. *Μελαιναί* p. 546 affert. *Μελαιναί*, inquit, *πόλις Ἀρκαδίας — Ῥιανὸς ἐν Ἠλιακῶν πρώτῳ*

Γόρτυν' Ἡραίαν τε πολυδρύμους τε Μελαινάς.

Ita enim recte Iacobsius ad Anthol. III, 3 p. 947 correxit editum *Γόρτυναν*, quod ignoravit Bernhardius ad Dionys. Perieg. vol. II p. 546. *Πολυδρύμους* Salmasii est emendatio. Libri *πολυδρόμους*. De Gortyne Arcadica, ex qua Sosicrates apud Fulgentium Myth. p. 770 Aristomenem oriundum dicit, v. Pausaniam VIII, 28. Eandem *Κόρτυνα* ab aliis appellatam fuisse indicat glossa Hesychii, *Κορτύνιοι· οἱ Ἀρκάδες. ἡ γὰρ Κόρτυς τῆς Ἀρκαδίας.* Deinde in primo Eliacorum libro Nonacris locus Arcadicus et Lapersa mons Laconicus commemorati erant. Stephanus p. 510: *Λαπέρσα, θη-*

1) Berkel. ubique recte emendavit. Similis error est in Etymol. M. s. v. *Ῥαδάμανθυς* p. 701, 40: *ἐν Ῥόδῳ παρὰ ταῖς Ἰλιάδεσιν ἐπαιδεύθη*, ubi *Ἡλιάσιν* scribendum, et in Schol. ad Od. *θ*, 224 Buttm.: *ὁ δὲ Εὔρυτος Ἀπόλλωνι ἤρισεν, ὡς ἐν Ἰλιάδι φησίν, Εὐρύτῳ, ᾧ πόρε τόξον ἑκήβολος, οὐδ' ἀπόνητο.* Ubi Buttmannus „Egregia confusio. Versus est Apollonii I, 88.“ Corrigendum potius videtur: *ὡς Ἡλιόδωρός φησιν* h. e. *Ἀπολλώνιος*, qui frequentissimus error est. v. Gaisfordum ad Hesiod. p. 113. Apud Eustathium ad Hom. p. 1766, in. *ὃ δὴ (τὸ αὐξητικὸν τῶν θρεμμάτων) καὶ ὁ Ἀπόλλων Ἥλιος ἔχει*, alterum nomen prioris correctio est.

λυκῶς, ὄρος Λακωνικῆς, οὗ μέμνηται Ῥιανὸς ἐν Ἠλιακῶν πρώτῳ, et p. 597: *Νώνακρις*, πόλις Ἀρκαδίας ἐν Ἠλιακῶν πρώτῳ. Sed vehementer falleretur, qui, quum Stephano teste in tertio Eliacorum libro Apollo Lithesius in Malea memoratus fuerit, Maleam Laconicae promontorium intelligendum esse putaret. Stephanus p. 515 haec dicit: *Λιθήσιος*, ὁ Ἀπόλλων ἐν τῷ Μαλέᾳ λίθῳ προσιδρυμένος ἐκεῖ. Ῥιανὸς Ἠλιακῶν τρίτῳ. Iam certum quidem est illud Laconicae promontorium interdum masculino genere dici τὸν Μαλέαν, veluti a Gaetulo poeta in Brunckii Anal. II p. 167 et Cinnamo in Hist. Byz. lib. 6 p. 166 *b*. At quum apud Homerum Odyss. 3, 295. ubi portus Phaesti Creticae urbis describitur, in verbis

ἔνθα Νότος μέγα κῦμα ποτὶ σκαιὸν ῥίον ὠθεῖ
ἐς Φαιστόν, μικρὸς δὲ λίθος μέγα κῦμ' ἀποέργει,

pro μικρὸς λίθος veteres critici aliam lectionem, Μαλέου λίθος, probaverint, quod haec moles ante Phaesti portum, ut fama apud indigenas ferebat, a Malea Tyrrhenorum Pelasgicorum duce (Hermannus de Minerva Gr. p. 6) exstructa esse ferebatur, vix dubium esse potest quin apud Rhianum Apollo Lithesius non intelligendus sit Apollo Μαλεώτης in Laconica, sed ille ipse Apollo Cretensis, cuius templum in mole illa Maleae — pro Μαλέᾳ enim Μαλέα scribendum[1]) — ante portum Phaesti aedificatum erat. Λίθος de mole lapidea dictum nil habet offensionis. Consimili modo λᾶα dixit Philippus Anth. Pal. IX, 708 λᾶα βαθὺ στήριγμα κατερρίζωσε πέλωρον, de saxorum mole Iulio portui praetenta. Cfr. Philostratus V. Apoll. IV, 34 κατὰ

1) Ita Lobeckius quoque iudicat in Aglaoph. p. 586.

γοῦν τὴν Φαιστόν, ἔνθα τὴν πολλὴν ἀνείργει (fort. ἀπείργει) θάλατταν ὁ μικρὸς λίθος. Quibus verbis Homericum locum respici non vidit Olearius. Praeterea Stephanus hoc tantum ex Eliacis excerpsisse videtur, quod partem Elidis Amythaoniam fuisse et ab Amythaone Crethei filio nuncupatam esse teste Rhiano tradit pag. 121: Ἀμυθαονία, μοῖρα τῆς Ἤλιδος ἀπὸ Ἀμυθάονος τοῦ Κρηθέως, ὡς Ῥιανός.

3. Quae adhuc tractavimus carmina, Achaica et Eliaca, multum ambitu aliud superavit, quod *Thessalica* inscriptum erat. Ab initio operis, cuius sextus decimus laudatur liber, haud dubie versus positi erant, quos scholiastes Apoll. Rhod. 3, 1090 servavit de variis Thessaliae nominibus agens: ἐλέγετο δέ, inquit, καὶ Πυρραία ἀπὸ Πύρρας τῆς Δευκαλίωνος, ὡς Ῥιανός

Πύρραν δή ποτε τήν γε παλαιότεροι καλέεσκον
Πύρρης Δευκαλίωνος ἀπ' ἀρχαίης[1]) ἀλόχοιο,
Αἱμονίην δ' ἐξαῦτις ἀφ' Αἵμονος, ὅν ῥα Πελασγός
γείνατο φέρτατον υἱόν· ὁ δ' αὖ τέκε Θεσσαλὸν Αἵμων,
τοῦ δ' ἄπο Θεσσαλίην λαοὶ μετεφημίξαντο.

Scholiastae verba quae vulgo ita scribuntur: ἐλέγετο δὲ καὶ Πυρροδία ἀπὸ Πύρρας τῆς Δευκαλίωνος· ἡ Θεσσαλία ἐκαλεῖτο τὸ παλαιὸν Πύρρα, ὡς Ῥιανός, correxit Heynius ad Apollod. I p. 430. Versu primo praeeunte Scaligero scribendum videtur Πυρραίαν (Πυρραίην) ποτὲ τήν γε, quum propter scholiastae verba, tum quod Strabo lib. 9, 5, 23 Rhiani locum aperte respiciens diserte dicit antiquissimum Thessaliae nomen Πυρραίαν fuisse. Sane apud Hesychium vol. II p. 1087 Pyrrhaea collis tantum dicitur Dotii Thessalici, sed

1) Ita schol. Paris. pro ἀρχαίας habent.

idem addit etiam partem Thessaliae ab aliis ita nominari. Ad quartum versum respicit Stephanus p. 63 v. *Αἱμονία*: *Αἵμων δὲ υἱὸς μὲν Χλώρου τοῦ Πελασγοῦ, πατὴρ δὲ Θεσσαλοῦ, ὡς Ῥιανὸς καὶ ἄλλοι.*

Ut in Eliacis et Achaicis, ita etiam in Thessalicis Rhianus pristinas Thessalorum vicinarumque gentium concertationes, fortasse etiam migrationes, fusius tractavisse videtur. Hinc frequens Epiroticarum Thesprotiarum Molossicarum et Chaoniarum gentium memoria, inprimis in quarto libro. Ita commemorantur a Stephano p. 168 Arctanes: *Ἀρκτᾶνες, ὡς Αἰνιᾶνες, ἔθνος Ἠπειρωτικόν. Ῥιανὸς ἐν τετάρτῃ Θετταλικῶν.* Genoaei p. 268: *Γενοαῖοι, ἔθνος Μολοσσίας, ἀπὸ Γενόου ἄρχοντος αὐτῶν. Ῥιανὸς τετάρτῃ Θεσσαλικῶν.* Ethnestae p. 334: *Ἐθνέσται, ἔθνος Θεσσαλίας, ἀπὸ Ἐθνέστου τῶν Νεοπτολέμου παίδων ἑνός, ὡς Ῥιανὸς δ' καὶ ἑ.* Celaethi p. 465: *Κέλαιθοι, ἔθνος Θεσπρωτικόν, προσεχὲς τῇ Θετταλίᾳ, Ῥιανὸς δ'. λέγονται καὶ Κελεθεῖς*, vel potius *Κελαιθεῖς*. Donettini p. 325: *Δωνεττῖνοι, ἔθνος Μολοσσικόν, Ῥιανὸς δ' Θεσσαλικῶν.*

Αὐτὰρ Δωνεττῖνοι ἰδ' ὀτρηροὶ Κεραῖνες

ut Iacobsius ad Anthol. III, 3 p. 946 pro *ἀτὰρ* et *ἠδ'* *ὀτρηροὶ* scripsit. Posterius confirmat codex biblioth. Coisl. p. 286. Difficilior est ultimi nominis emendatio. Berkelii commentum *Μελαϊνεῖς* (pro *Μελαινεῖς*) vix dignum memoratu. Si incorruptum nomen est scribendum certe *Κεραῖνες*. Similiter formatum gentis nomen est *Λακτῖνες* apud Schol. Hom. Il. *ν'*, 5. — Deinde p. 626 Parauaei et Omphalienses: *Παραύαιοι, ἔθνος Θεσπρωτικόν, Ῥιανὸς ἐν τετάρτῳ Θεσσαλικῶν.*

Σὺν δὲ Παραυαίους καὶ ἀμύμονας Ὀμφαλιῆας.

Καλοῦνται δὲ ἀπὸ τοῦ παρὰ τὸν Ἄυον ποταμὸν οἰκοῦσθαι (leg. *οἰκεῖσθαι*), in quibus fortasse *Ἀὔαν* scribendum; ita certe Plinius fluvium appellat. *Παραναίους* pro *Παραναίοις* scripsi praeeunte Iacobsio. Gentis huius Thucydides meminit II, 80 et Proxenus Stephani Byz. v. *Χαονία*. Porro Syliones p. 685: *Συλίονες, ἔθνος Χαονίας, ὡς Ῥιανὸς ἐν τετάρτῳ Θετταλικῶν.*

Συλίονες δ' ἕσποντο ὁμοῦ,

nam ita codex Salmasii praebet pro *Συλίονές θ' εἵπονθ' ὁμοῦ*. Rehd. *Συλείονές θ' ἕπονθ' ὁμοῦ*. Denique in eodem libro commemoratos fuisse videmus Stephano teste p. 727 Hypaelochios: *Ὑπαιλόχιοι, ἔθνος Μολοσσικόν, Ῥιανὸς ἐν τετάρτῳ Θεσσαλικῶν,* et Cestrinos, Chaunos et Elinos p. 755: *Χαῦνοι, ἔθνος Θεσπρωτικόν, Ῥιανὸς τετάρτῳ Θεσσαλικῶν*

Κεστρῖνοι Χαῦνοί τε καὶ αὐχήεντες Ἐλινοί.

Ita enim recte Siebelisius correxit librorum lectionem *Κεστρηνοί* cll. Palmerio Graec. Ant. p. 273 ubi de Cestrinis erudite agitur. Elinos ex hoc ipso versu iterum memorat Stephanus p. 340 *Ἔλινοι· ἔθνος Θεσπρωτικόν. Ῥιανὸς δ' Θεσσαλικῶν. Ἐλινοὶ* an *Ἔλινοι* praeferendum sit incertum est. Ex eodem huius poematis libro Stephanus haec etiam sumpsisse videtur p. 122: *Ἄμυμνοι, ἔθνος Ἠπειρωτικόν, Ῥιανός*, quibus verbis quae mox subiiciuntur: *Ἀμύνται, ἔθνος Θεσπρωτικόν· μένος πνείοντες Ἀμύνται. καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῇ τῶν Ἠπειρωτῶν πολιτείᾳ*, in iis ante *μένος* Rhiani nomen excidisse locumque ad quartum Thessalicorum librum referendum esse suspicor. Amymni fortasse iidem sunt qui Proxeno apud Stephan. Byz. s. v. *Χαονία* p. 753 dicuntur *Ἀμύμονες*, nisi id *Ἄμυμνοι* scribendum est. In quinto libro Ethnestarum Thessalico-

rum iterum mentio facta erat (Stephan. p. 334), et in septimo Donettinorum, Stephanus p. 325 *Δωνεττῖνοι, ἔθνος Μολοσσικόν· Ῥιανὸς δ' Θεσσαλικῶν — καὶ ἐν τῇ ζ*

Ἑπτὰ δὲ Δωνεττῖνοι, ἀτὰρ δύο καὶ δέκα Κᾶρες,

in quibus quod Cares cum Donettinis coniunguntur nihil habet offensionis, quia mercenarii a poeta habiti dictique videntur. Scripsi autem *δυοκαίδεκα* praeeunte Friedemanno de M. S. P. p. 342 pro vulgato *ὀκτὼ καὶ δέκα*. Iacobsius *ὀκτώδεκα* tentabat, cuius formae vereor ne certa exempla afferri non possint. Fallitur Gaisfordus de Simonid. LXVII, 4 quo de loco v. Delect. poet. Anth. gr. p. 189. Quod idem Cratinum alicubi *ἔκδεκα* dixisse narrat, cogitabat forsan de Eupolide Dem. IV, 3 ubi fuerunt qui *ἐκ δέκα* in *ἔκδεκα* corrumperent. In libro octavo exscensio in Echinadibus facta memorabatur. Stephanus p. 175: *ἔστι δὲ πλησίον τῶν' Ὀξειῶν νήσων νῆσος Ἀρτεμίτα*[1]). *Ῥιανὸς ἡ Θεσσαλικῶν.*

Νήσοις Ὀξείῃσι καὶ Ἀρτεμίτῃ ἐπέβαλλον.

Sed frustra de nexu quaesiveris rerum. Praeterea Stephanus semel libri octavi mentionem fecit p. 615: *Ὀνθύριον, πόλις Θεσσαλικὴ περὶ τὴν Ἄρνην. τὸ ἐθνικὸν Ὀνθυριεύς, Ῥιανὸς ὀγδόῳ.* Libri noni p. 746: *Φυλλοῦς πόλις ἐν Θετταλίᾳ — Ῥιανὸς δὲ Φύλλον θηλυκῶς λέγει ἐν ἐννάτῳ Θεσσαλικῶν.*

Οἱ δ' ἄφαρ ὁπλισθέντες ἴσαν κραναὴν ποτὶ Φύλλον.

Libri quarti decimi p. 388: *Θαμία, πόλις Θεσσαλίας. Ῥιανὸς τεσσαρεσκαιδεκάτῃ Θεσσαλικῶν*, quinti decimi

1) *Ἀρτεμίτα* scribendum, non *Ἀρτέμιτα*. Stephanus ut *ᾱ* longum esse significaret, diserte dixit: *ἡ γενικὴ Ἀρτεμίτας*, id quod ut omnia huiusmodi hausit ex Herodiani *καθολικῇ προσῳδίᾳ*. Cuius operis haud exigua pars ex fragmentis hic illic apud Stephanum sparsis potest restitui.

p. 718: *Τριπόλισσοι, ἔθνος Θεσπρωτικόν, οὓς καὶ Τριπολισσίους λέγει Ῥιανὸς ἐν πεντεκαιδεκάτῳ*, denique sexti decimi p. 56: *Αἰγώνεια, πόλις Μηλιέων — Ῥιανὸς ἑκκαιδεκάτῃ Αἰγώνην αὐτὴν καλεῖ.* Phalaron et Phaloriam urbes Stephanus non addito libri numero enotavit p. 733: *Φάληρον — ἔστι καὶ Θετταλίας ἄλλη πρὸς τῇ Οἴτῃ, ἣν Ῥιανὸς διὰ τοῦ ᾱ γράφει Φάλαρον λέγων, καὶ Φάληρον διὰ τοῦ η̄*, et paulo post: *Φαλώρη, πόλις Θετταλίας· ταύτην Ῥιανὸς Φαλωρίαν καλεῖ*, quae potius ita scribenda videntur esse: *Φαλώρεια π. Θ. ταύτην Ῥιανὸς Φαλώρην καλεῖ.* Namque vulgare urbis nomen Phaloria erat, ut ex Livio constat, non autem *Φαλώρη*. Eadem ratione pro *Αἰγώνεια* Rhianus forma *Αἰγώνη* usus erat. Denique Thessalica citantur in Schol. Venet. ad Il. *β'*, 175: *τὸ εὔκνημις ἀμέλει ἐπὶ τῆς Ἀθηνᾶς τέτακται παρὰ Ῥιανῷ ἐν Θεσσαλικοῖς·*

Τοὶ δ' ἤδη ἐπὶ νηὸν ἐϋκνήμιδος Ἰτώνης,

ubi in codice est *νηῶν*, quod Bekkerus in *νηῷ*, Gaisfordus autem in Poet. min. I p. 476 in *νηὸν* commutavit. Hoc confirmare poterat Etymologico M. p. 519, 1: *καὶ τὸ εὔκνημις ἐπὶ τῆς Ἀθηνᾶς· ἐπὶ νηὸν ἐϋκνήμιδος Ἰτώνης.* De Minerva Itonia quantum satis est disseruit Spanhemius ad Callim. Cer. 75 et Müllerus Orchom. p. 391.

4. Pervenimus ad ***Messeniaca***, ad quae respicere Manilium III, 14 ***non annosa canam Messenae bella nocentis***, observavit Iacobsius Animadv. ad Anal. Br. 3, 3 p. 945. Huius carminis reliquiae quum omnes ad bellum Messeniacum secundum et ad Aristomenem potissimum pertineant, dubitari non potest, quin non tam exilem historiae enarrationem terrae gentisque Messeniacae continuerint, quam certum primariumque finem

habuerint hunc, ut Aristomenes eiusque res gestae celebrarentur. Itaque quanquam ea etiam hic illic operi intexta esse credibile est, quae de universa terra et gente poetae cognita essent et explorata: totum tamen carmen simplex et unum, ut Horatius ait, atque omnibus numeris absolutum fuisse cogitandum est. Hoc quam verum sit, luculenter apparet ex descriptione belli Messeniaci secundi, quam dedit Pausanias. Hic enim Rhiani potissimum vestigiis institit, et Aristomenem affirmat non minus splendidis laudibus condecoratum esse a Rhiano quam ab Homero Achillem. Idem Rhianum tradit priora belli eventa strictim tantum tetigisse, plenius autem et accuratius res gestas inde a pugna ad fossam magnam quae dicitur commissa persequutum esse[1]). Neque id mirationem cuiquam faciet,.qui re-

1) Pausan. 4, 6: *τοῦτον γὰρ τῶν Μεσσηνίων τὸν πόλεμον Ῥιανός τε ἐν τοῖς ἔπεσιν ἐποίησεν ὁ Βηναῖος καὶ ὁ Πριηνεὺς Μύρων· λόγοι δὲ πεζοὶ Μύρωνός ἐστιν ἡ συγγραφή. συνεχῶς μὲν δὴ τὰ πάντα ἐξ ἀρχῆς ἐς τοῦ πολέμου τὴν τελευτὴν οὐδετέρῳ διήνυσται, μέρος δὲ ᾧ ἑκάτερος ἠρέσκετο, ὁ μὲν τῆς τε Ἀμφείας τὴν ἅλωσιν καὶ τὰ ἑξῆς συνέθηκεν οὐ πρόσω τῆς Ἀριστοδήμου τελευτῆς, Ῥιανὸς δὲ τοῦδε μὲν τοῦ πρώτου τῶν πολέμων οὐδὲ ἥψατο ἀρχήν· ὁπόσα δὲ χρόνῳ συνέβη τοῖς Μεσσηνίοις ἀποστᾶσιν ἀπὸ Λακεδαιμονίων, ὁ δὲ καὶ ταῦτα μὲν οὐ τὰ πάντα ἔγραψε, τῆς μάχης δὲ τὰ ὕστερα ἣν ἐμαχέσαντο ἐπὶ τῇ τάφρῳ τῇ καλουμένῃ μεγάλῃ.* Et paulo post de Aristomene: *τοῦτον τὸν ἄνδρα ἐπεισήγαγε μὲν ὁ Πριηνεὺς ἐς τὴν συγγραφήν, Ῥιανῷ δὲ ἐν τοῖς ἔπεσιν οὐδὲν Ἀριστομένης ἐστὶν ἀφανέστερος ἢ Ἀχιλλεὺς ἐν Ἰλιάδι Ὁμήρῳ· διάφορα οὖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρηκότων, πρόεσθαι μὲν τὸν ἕτερόν μοι τῶν λόγων, καὶ οὐχ ἅμα ἀμφοτέρους ὑπελείπετο, Ῥιανὸς δέ μοι ποιῆσαι μᾶλλον ἐφαίνετο εἰκότα ἐς τὴν Ἀριστομένους ἡλικίαν.* Hinc Müllerum falsum esse apparet, qui in Doriens. I p. 143 Rhianum scripsit bellum Messeniacum secundum enarrasse inde a pugna ad Apri tumulum commissa. Pugna ad magnam fossam Pausania teste 4, 17, 2 in Ol. 25, 1 incidit; in priorem annum ea qua ad tumulum Apri concertatum est.

putaverit inde ab infelici illa pugna magnam rerum fortiter gestarum seriem ordiri, quibus Aristomenes amplissimam assequutus est gloriam. Reiectus in Iram arcem[1]) cum delecta ex trecentis quos secum duxerat manu, crebris excursionibus Lacedaemoniorum virtutem ferociamque fatigare non desinit. Mox impressione in Amyclas prosperrimo cum eventu facta, eo audaciae processit, ut in omnes partes incursando et vexando hostium ubique depopularetur fines, donec tandem acerrimo praelio cum Spartanis concertans lapide ictus concidit et cum quinquaginta sociis Spartam abductus in publicum carcerem coniicitur. Sed ibi quoque eum tutantur dii. Aquilae alis sustentus sospes voragine submergitur et iam tertio die per vulpeculam, Messeniorum symbolum et insigne, praesenti vitae discrimine mirabiliter ereptus libertatem recuperat. Vixdum in arcem sociis stupentibus redierat, quum maiora etiam molitur. Auxilia corinthiaca locum obsidebant. Noctu igitur in castra irruptione facta, Hypermenidem Achladaeum Lysistratum et Idectum duces cum ingenti militum multitudine trucidat et sanguine respersus in arcem revertit, ubi Iovi Ithomatae Hecatomphonia sacrificat. Totum hunc locum poeta ex decimo Iliadis libro effinxisse videtur, ubi Ulixes et Diomedes in Rhesi castra irrumpunt. Mox quum propter Hyacinthiorum festivitatem induciis factis et Spartani et obsessi domum abiissent, Aristomenes autem pacto confisus secure pervagaretur agros: ex improviso a sagit-

1) Stephan. p. 423: *Ἱρά, ὄρος Μεσσηνίας. Ῥιανὸς ἐν Μεσσηνιακῶν πρώτῳ.* Constat nomen hoc aut *Ἱρά* sive *Ἰρά* scribi aut *Εἶρα* sive *Εἴρα.*

gittariis Cretensibus[1]), qui Laecedaemoniorum mercenarii erant, opprimitur et pharetrarum loris constrictus in casam abducitur, quae a vidua quadam eiusque filia habitabatur. Somnio monita audax virgo liberare captivum apud se constituit. Quapropter Cretensibus vino somnoque oppressis rapto pugione vincula intercidit et Aristomenem in libertatem restituit. Qui postquam ultione se et sanguine insidiosorum hominum explevit, iterum servatus in Iram arcem redit ibique Gorgum filium duodeviginti annorum iuvenem cum virgine, quae ipsi salutis caussa extiterat, nuptiis iunxit. Per undecim annos, ut diserte affirmat Pausanias allatis hisce Rhiani versibus:

Οὔρεος ἀργεννοῖο περὶ πτύχας ἐστρατόωντο
χείματά τε ποιάς τε δύω καὶ εἴκοσι πάσας,[2])

Aristomenes castellum ab hostium obsidione fortiter defenderat. Tum demum inexsuperabili fati vi accidit, ut Ira expugnaretur et Messenii cum Aristomene discessum parare cogerentur. Longum est et a pro-

---

1) Recte Müllerus in Doriens. vol. I p. 144 in eo quod Rhianus mercenarios Cretenses, populares suos, carmini intexuerit, recentioris poesis indicium esse animadvertit.

2) Pausan. 4, 17, 6 *τὸν δὲ χρόνον τῆς πολιορκίας γενέσθαι τοσοῦτον* (undecim annorum) *δηλοῖ καὶ τάδε ὑπὸ Ῥιανοῦ πεποιημένα ἐς τοὺς Λακεδαιμονίους Οὔρεος* etc. *Χειμῶνας γὰρ καὶ θέρη κατέλεξε, ποὰς εἰπὼν τὸν χλωρὸν σῖτον πρὸ ἀμητοῦ.* Voce *πόα*, qua Rhianus ad aestatem significandam usus est, alii poetae de toto anno utuntur. Cfr. Callimachi fragment. 182 et schol. Euripid Troad 20: *ποιὰς τοὺς ἐνιαυτοὺς ἔλεγον ἀπὸ τῆς τῶν καρπῶν ἀναδόσεως.* Alterum huius fragmenti versum Chardon de la Rochette (Mélanges de Critique T. II p. 140) in scholio quodam ex Pausaniae verbis consarcinato, quod margini edit. Wechel. anthologiae p. 378 adscriptum est, hoc modo corruptum invenit: *χείματα μὲν ποιάς τε δύω τε καὶ εἴκοσι πάσας.*

posito consilio alienum, continuam harum rerum narrationem contexere, etsi Pausaniae quidem descriptio iis poesis luminibus illustrata est, ut dubitari nequeat, quin diligentissime in his quoque Rhiani vestigia presserit. Sprevit tamen eius auctoritatem in temporibus definiendis. Ita quod Rhianus finxerat tempore belli Messenii secundi Spartae regem fuisse Leotychidem, improbat Pausanias 4, 15, 1 Leotychidem post Demaratum demum regnasse affirmans. Aristomenes, antequam patriam relinqueret, Hagnagoram sororem et filias suas natu maximas nobilibus Graecis Heraeae Leprei et Phigaliae habitantibus in matrimonium dedit. Pausan. 4, 24, 1: *'Αριστομένης — τὰς θυγατέρας τὴν πρεσβυτάτην καὶ τὴν ἐπὶ ταύτῃ καὶ 'Αγναγόραν τὴν ἀδελφήν, τὴν μὲν Θάρυκι ἐς Φιγάλειαν, Δαμοθοΐδᾳ δὲ Λεπρεάτῃ καὶ 'Ηραιεῖ Θεοπόμπῳ τὰς θυγατέρας συνῴκισε.* Rhianum haec in quinto exposuisse libro docet Stephan. Byz. p. 139: *Φιγαλία, πόλις 'Αρκαδίας. 'Ριανὸς ἐν ε̄ Μεσσηνιακῶν·*

Τὴν μὲν ἀγήγετ' ἄκοιτιν ἐπὶ κραναὴν Φιγάλειαν,

quae de Tharyce intelligenda sunt Hagnagoram, Aristomenis sororem, in matrimonium ducente. Posthac Delphos se contulit Aristomenes oraculum de futuro rerum suarum eventu consulturus. Ibi Damagetum Diagoriden, Ialysi Rhodiae regem, convenit, cui deus delphicus imperaverat, ut filiam praestantissimi Graecorum duceret uxorem. Damagetus quum mentem oraculi recte intellexisset, Aristomenes ipse filiam suam natu minimam Ialysum duxit, ibique in domo regii soceri vitam finivit. Ita rem memoriae prodidit Pausanias. Neque aliter a Rhiano traditum esse Pausaniae silentio probatur. Eo magis mirandum, quod fuerunt qui

loco Stephani Byzantii confisi arbitrarentur, Rhianum in extremis Aristomenis rebus describendis aliam narrationem sequutum esse. Stephanus enim v. *Ἀνδανία* narrat Aristomenem postremo a Lacedaemoniis, quum diu frustra ei insidiati essent, comprehensum et in captivitatem abductum esse, captique pectore dissecto praeter alia viscerum mirabilia cor hirsutum esse repertum. Ita enim tradere Herodotum Plutarchum et Rhianum[1]). Similiter Plinius H. N. 11, 70: ***hirto corde gigni quosdam homines proditur, neque alios fortiores esse industria, sicut Aristomenem Messenium — tertio capto Lacedaemonii pectus dissecuere viventi hirsutumque cor repertum est.*** Quibus similia tradit Valerius Max. 1, 8, 15, nisi quod aut suo aut describentium errore Athenienses nominat loco Lacedaemoniorum. Cor hirsutum eximiae virtutis et astutiae putabatur indicium esse. V. Muretum V. L. 12, 10 cll. Eustathio ad Il. 1, 189. Sed in Stephani relatione primum mirandum est, quod Herodotus auctor affertur rei, cuius ne ullum quidem vestigium habet. Deinde maior etiam offensio in eo est, quod Plutarchus, quem Stephanus testem nominat, non solum de Herodoto eundem errorem admisit, sed etiam longe alia cum dixisse tradit atque Stephano auctore dixit. Namque Plutarchus in libello *περὶ κακοηθείας Ἡροδότου* p. 856 f.

1) Pag. 129: *Ἀνδανία, πόλις Μεσσήνης, ὁμώνυμος τῇ χώρᾳ. — τὸ ἐθνικὸν Ἀνδανιεύς, ὡς Φίλων ἐν τῇ περὶ πόλεων· ἐκ ταύτης Ἀριστομένης ἐγένετο, ἐπιφανέστατος στρατηγός. τοῦτον οἱ Λακεδαιμόνιοι πολλάκις αὐτοὺς νικήσαντα θαυμάσαντες ὡς μόλις ἐκράτησαν ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ* (codd. *ἐν τοῖς Μεσσηνιακοῖς*) *ἀνατεμόντες ἐσκόπουν εἰ παρὰ τοὺς λοιπούς ἐστι τι· καὶ εὗρον σπλάγχνον ἐξηλλαγμένον καὶ τὴν καρδίαν δασεῖαν, ὡς Ἡρόδοτος καὶ Πλούταρχος καὶ Ῥιανός. τὸ θηλυκὸν Ἀνδανιάς. λέγεται δὲ καὶ Ἀνδάνιος, ὡς Ῥιανός.*

Herodotum propterea vituperat quod contenderit nec Ionem a Phoeniciis nec Helenam a Troianis abductas fuisse, nisi ipsae sua sponte raptores sequutae essent, quum tamen ipse et Aristomenem memoriae prodiderit a Spartanis vivum captum esse et idem fortissimos quosque saepe perpessos esse homines: *καίτοι καὶ Ἀριστομένην φησὶν αὐτὸς ὑπὸ Λακεδαιμονίων ζῶντα συναρπασθῆναι*[1]). Ex his discimus quidem, quod vel absque Plutarcho compertum habebamus, Aristomenem vivum in hostium potestatem venisse, sed nihil eorum, quae Stephanus probaturus erat, probatur. Quapropter si in eadem re Rhiani auctoritate utitur Stephanus, ne hunc quidem probabile est quidquam aliud dixisse quam Plutarchum, quem male ethnicographus intellexerat. Itaque hoc possumus pro certo habere, Rhianum in carmine suo epico vulgarem quae in ore hominum erat famam sequutum esse, qua Aristomenes apud Damagetum consenuisse et defunctus esse ferebatur. In eandem fere sententiam disputavit Iacobsius l. l. p. 115 Stephani errorem sine dubio duplicem esse monens, ac quemadmodum duo testes, quos produxerit, nihil testari, ita forsan etiam Rhianum vel ipsius vel epitomatoris errore in hunc locum irrepsisse. Quod si tamen Rhianus rem ita, ut Stephanus dicit, tradiderit, haud-

---

1) Müllerus, quem non fugit apud Herodotum nullam Aristomenis fieri mentionem, legi voluit in Doriens. vol. I p. 142: *καίτοι καὶ Ἀριστομένην φασὶν αὐτὸν ὑπὸ Λ. ζῶντα συναρπασθῆναι*, non recte opinor. Nam ita illud ipsum, quod Plutarchus contra dicit, caret vi probandi; dixissetque melius multo, *καίτοι καὶ Ἀριστομένης αὐτὸς ὑπὸ Λ. ζῶν συνηρπάσθη*. Lapsus erat Plutarchus memoria eodemque errore implicari se passus est Stephanus.

quaquam se abhorrere a Naekii[1]) sententia, Rhianum non alio consilio hanc narrationem memorasse coniicientis, nisi ut eam falsam esse doceret. Alia via progressus est Siebelisius, qui Stephani verba ita mutato ordine collocat: *ἐκ ταύτης Ἀριστομένης ἐγένετο ἐπιφανέστατος στρατηγός, ὡς Ῥιανὸς ἐν τοῖς Μεσσηνιακοῖς· τοῦτον οἱ Λακεδαιμόνιοι πολλάκις αὐτοὺς νικήσαντα θαυμάσαντες, ὡς μόλις ἐκράτησαν, ἀνατεμόντες ἐσκόπουν εἰ παρὰ τοὺς λοιποὺς ἔστι τι, καὶ εὗρον σπλάγχνον ἐξηλλαγμένον καὶ καρδίαν δασεῖαν, ὡς Ἡρόδοτος καὶ Πλούταρχος.* Verba *ἐν τοῖς Μεσσηνιακοῖς* transponenda esse certum est, sed dubites num verum viderit Siebelisius. Quantopere Stephani locus corruptus sit, hoc etiam ostendit, quod quae de gentiliciis Andaniae nominibus dicuntur ea miro modo interrupta sunt rebus Aristomenis. Fortasse ita haec olim scripta fuerunt: *τὸ ἐθνικὸν Ἀνδανιεύς, ὡς Φίλων ἐν τῇ περὶ πόλεων. τὸ θηλυκὸν Ἀνδανιάς. λέγεται δὲ καὶ Ἀνδάνιος, ὡς Ῥιανὸς ἐν τοῖς Μεσσηνιακοῖς· ἐκ ταύτης Ἀριστομένης — τοῦτον οἱ Λ. π. αὐτοὺς νικήσαντα θ. ὡς μόλις ἐκράτησαν, ἀνατεμόντες ἐσκόπουν εἰ παρὰ τοὺς λοιποὺς ἔστι τι, καὶ εὗρον σπλάγχνον ἐξηλλαγμένον καὶ τὴν καρδίαν δασεῖαν, ὡς Ἡρόδοτος καὶ Πλούταρχος καὶ Ῥιανός,* nisi forte duo postrema verba malis prorsus delere, ut Siebelisius fecit. Ceterum Aristomenem secundum Rhianum in Rhodo insula consenuisse, cum Müllero Dor. I p. 152 etiam eo confirmari arbitror, quod Rhianus in sexto Messeniacorum libro, quem totius carminis ultimum fuisse verisimile est, Atabyrium montem commemoraverat. Stephanus p. 190 *Ἀτάβυρον· ὄρος Ῥόδου. Ῥιανὸς ἐν ἕκτῳ Μεσσηνιακῶν.*

1) V. Saalium p. 29.

Quae praeterea ex Messeniacis afferuntur, partim Stephanus Byzantius partim Pausanias servavit, quorum ille haec habet p. 333 *Δώτιον: πόλις Θεσσαλίας.. ὁ πολίτης Δωτιεύς· τὸ θηλυκὸν Δωτηΐς. Ῥιανὸς ἐν δ' Μεσσηνιακῶν*

Αὐδὴν εἰσάμενος Δωτηΐδι Νικοτελείῃ.

Ita vulgatam lectionem *εἰσώμενος Δωτηὶν ἴκτο τελείῃ* correxit Heringa Observ. crit. p. 237. Proxime vero cod. Seguer. apud Montefalc. Bibl. Coisl. p. 289 habet *αὐδὴν εἰσάμενος Δωτηΐ Νικοτελείῃ.* In eandem emendationem incidit Müllerus Dor. II p. 536, falsus tamen in eo quod *Δωτηΐι* scripsit. Minus recte Lobeckius Paral. gramm. p. 24 tentabat *αὐδὴν εἰσόμενος Δωτηΐδος ἴκτο πελείης*, *Dodonaeae columbae oraculum sciscitaturus.* Nicoteleam Aristomenis matrem Rhianum sequutus appellavit etiam Pausanias IV, 14, 7. Patri quod nomen indiderit Rhianus nescimus, Pausaniae Nicomedes est. Quod Thessalicam Rhianus Aristomenis matrem dixit, haud facile sane explicatu est et magnopere offendit Iacobsium. Non videtur tamen poeta hoc temere et pro arbitrio finxisse, sed prout fama et sermone hominum propagatum erat tradidisse. Nec desunt exempla, quibus multiplicem Thessalos inter et Messenios consuetudinem fuisse intelligitur. Quam in rem vid. Müllerus Orchom. p. 368, 3. Ad sententiam versui Rhianeo subiectam quod attinet, facile agnoscas imitationem Homericam, quam in rem apte Iacobsius praeter alia attulit Il. ν', 216 *εἰσάμενος φθογγὴν Ἀνδραίμονος υἷι Θόαντι.*

Pausaniae locus quem dicebam est IV, 1 *καὶ Λύκου δρυμὸν ἔτι ὀνομάζουσιν ἔνθα ἐκάθαιρε τοὺς μύστας. καὶ ὅτι μὲν δρυμός ἐστιν ἐν τῇ γῇ ταύτῃ* (Mes-

senia) *Λύκου καλούμενος, Ῥιανῷ τῷ Κρητί ἐστι πεποιημένον*

Πάρ τε τρηχὺν Ἐλαιὸν ὑπὲρ δρυμόν τε Λύκοιο.

Pausanias de Lyco, Pandionis filio, agit, quem Eleusiniorum sacrorum apud Messenios sanctitatem novis incrementis auxisse dicit. Elaeum Messeniacum, qui collis fuisse videtur agrestibus olivis consitus, ab aliis memorari non memini; at notus est Elaeus agri Calydonii, itidem sine dubio ab olivarum proventu denominatus, de quo Polybius 4, 65, 6. Oleastrum, locum in Hispania apud Gades situm, memorat Pomp. Mela III, 1.

III. His absolutis ad incerti loci fragmenta accedamus, quorum et longissimum et praestantissimum legitur apud Stobaeum Flor. IV, 34:

Ἠ ἄρα δὴ μάλα πάντες ἁμαρτίνοοι πελόμεσθα
ἄνθρωποι, φέρομεν δὲ θεῶν ἑτερόρροπα δῶρα
ἀφραδέϊ κραδίῃ· βιότοιο μὲν ὅς κ' ἐπιδευής
στρωφᾶται, μακάρεσσιν ἐπὶ ψόγον αἰνὸν ἰάπτει
ἀχνύμενος, σφετέρην δ' ἀρετὴν καὶ θυμὸν ἀτίζει,
οὐδέ τι θαρσαλέος νοέειν ἔπος οὐδέ τι ῥέξαι,
ἐρριγώς, ὅθι τ' ἄνδρες ἐχεκτέανοι παρέωσιν,
καί οἱ θυμὸν ἔδουσι κατηφείη καὶ ὀϊζύς.
ὃς δέ κεν εὐοχθῇσι, θεὸς δ' ἐπὶ ὄλβον ὀπάζῃ
καὶ πολυκοιρανίην, ἐπιλήθεται οὕνεκα γαῖαν
ποσσὶν ἐπιστείβει, θνητοὶ δέ οἱ εἰσὶ τοκῆες,
ἀλλ' ὑπεροπλίῃ καὶ ἁμαρτωλῇσι νόοιο
ἶσα Διὶ βρομέει, κεφαλὴν δ' ὑπέραυχον ἀνίσχει,
καίπερ ἐὼν ὀλίγος, μνᾶται δ' εὔπηχυν Ἀθήνην,
ἠέ τιν' ἀτραπιτὸν τεκμαίρεται Οὔλυμπόνδε,
ὥς κε μετ' ἀθανάτοισιν ἀρίθμιος εἰλαπινάζῃ.
ἡ δ' Ἄτη ἁπαλοῖσι μετατρωχῶσα πόδεσσιν

ἄκρῃς ἐν κεφαλῇσιν ἀνώιστος καὶ ἄφαντος
ἄλλοτε μὲν γραίῃσι νεωτέρη, ἄλλοτε δ' αὖτε
ὁπλοτέρῃσι γρηῢς ἐφίσταται ἀμπλακίῃσιν,
Ζηνὶ θεῶν κρείοντι Δίκῃ τ' ἐπίηρα φέρουσα.

Luculentum sane *ἀποσπασμάτιον*[1]) eoque pluris faciendum, quod certius ex eo quam ex reliquorum carminum fragmentis qua dictionis forma versuumque struendorum arte Rhianus in epicis carminibus usus sit intelligimus. In utroque simillimus fuit Apollonio Rhodio. Numerorum quidem eadem mollitudo, oratio autem, sive verborum delectum sive syntacticam rationem spectas, simplex et Homericae aemula, nulla insolentioris dictionis affectatio, nulla obscurae doctrinae ostentatio[2]). In verborum tamen quorundam usu ab Homerica dicendi consuetudine recessit, veluti quod vs. 12 *ὑπεροπλίη* singulari numero dixit, et vs. 10 *πολυκοιρανίη* novo quodam modo de imperii amplitudine usurpavit, nec *σφέτερος*, quod vs. 5 legitur, Homericum est; cfr. Wolfius Proleg. Hom. p. 247. Verba *ἀμαρτίνοος* et *εὐοχθεῖν* vs. 1 et 10 ex Hesiodo assumsit. Novum autem et forsan a Rhiano fictum vocabulum est quod vs. 2 habemus *ἑτερόρροπος*. Adiectivo *ὑπέραυχος*, quod certa coniectura vs. 13 restitui, num ante Rhianum quisquam

---

1) Minus recte Goettlingius ad Hesiod. Opp. vs. 11 pro integro carmine habuit, quod vel particulis *ἦ μάλα δή*, quae versu primo leguntur, redarguitur, quibus Alexandrini poetae fere in orationum initio utuntur, v. c. Apollonius Rhod. II, 438. 1160. IV, 1432.

2) Eandem simplicitatem Rhianus in recensione carminum Homericorum sectatus est, cuius exempla quotquot servata sunt petere licet ex indicibus Buttmanni et Bekkeri. Cfr. Wolfii Proleg. p. 188.

usus sit, incertum est. His praemissis breviter quae ad crisin fragmenti nostri pertinent indicabo. Vs. 3 ἀφραδέϊ praeeunte Brunckio Poet. gnom. ed. Schaef. p. 188 scripsi pro ἀφραδίῃ. Cod. B. a secunda manu ἀφραδίῃ κραδίῃ, quo confirmatur quodammodo Valckenarii coniectura ad Eurip. Phoen. p. 60 ἀφραδίῃ κραδίης. Peius est quod idem posteriore tempore praetulit (apud Gaisford.) ἀφραδέες vel ἀφραδέως κραδίῃ. — Vs. 6 θαρσαλέος pro θαρσαλέως Turnebus. — Vs. 7 Brunckius ὅταν pro ὅθι τ', sine idonea caussa. Cfr. Mosch. Id. 2, 35 ποτὶ δὲ λειμῶνας ἔβαινον Ἀγχιάλους, ὅθι τ' αἰὲν ὁμιλαδὸν ἠγερέθοντο. — Vs. 8 ante Brunckium κατηφίη. — Vs. 9 εὐοχθῇσι scripsi pro εὐόχθῃσι. Ibid. ὀπάζῃ pro ὀπάζει Brunckius. — Vs. 12 delevi cum Brunckio τε particulam, quae legebatur post ὑπεροπλίῃ. Arsenius ὑπεροπλίῃσι pro ὑπεροπλίῃ τε. — Vs. 13 libri ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει, quod ineptum est; nec multo melius est quod Schaeferus coniecit ὑπὲρ αὐχένος ἴσχει. Arrectos enim ad sidera tollere vultus omnium est, nisi quos natura pronos et ventri obedientes finxit. Itaque scripsi κεφαλὴν ὑπέραυχον ἀνίσχει. Vocem ὑπέραυχος commemorat Pollux V, 83 habetque Parthenius Erot. 14. — Vs. 14 apte H. Stephanus animadvertit, Rhiano insolentiam Cotyis, regis Thracii, obversatam esse. Hic enim, narrante Theopompo apud Athenaeum 12, p. 531 *f.* δεῖπνον κατεσκεύασεν ὡς γαμουμένης αὐτῷ τῆς Ἀθηνᾶς καὶ θάλαμον κατασκευάσας ἀνέμενε μεθύων τὴν θεόν. Cf. Iacobs. in animadv. ad Anthol. vol. 12 p. 444. — Vs. 16 propter insolentiam adiectivi ἀρίθμιος Brunckius ὥς κε μετ' ἀθανάτοις ἐναρίθμιος, quod propter additum μετὰ improbat Iacobs. l. l. p. 122. Sed eadem ratione cumulantur praepositiones ab Homero in Odyss.

21, 93: *οὐ γάρ τις μέτα τοῖος ἀνὴρ ἐν τοῖςδεσι πᾶσιν*, ab Oppiano in Halieut. 1, 151: *ἐν καὶ ὄνος κείνοις ἐναρίθμιος*, et ab Dionysio poeta epico apud Steph. Byz. v. *Κάσπειρος: αἰετὸς εἰν ὄρνισι μεταπρέπει ἀγρομένοισιν*, quanquam hoc loco magis ex Homeri more esset *αἰετὸς ὀρνίθεσσι μεταπρέπει*. Nihil tamen mutandum videtur apud Rhianum, qui *μεταρίθμιος* tmesi seiunxit. — Vs. 18 cod. B *ἄκροις*. — Vs. 21 *κρεῖον τι* cod. B a m. s. et Valcken. ad Hipp. 1162. Libri *κριόεντι*. Ibid. cod. B *φέρουσα*.

2. Pollux 2, 180: *τοὺς δὲ σφονδύλους* (vertebras spinae) *Ῥιανὸς* (ita codd. pro *Ἀρριανὸς*) *καὶ κύβους ὠνόμασεν*

Αὐχένος ἐξ ὑπάτοιο κύβοις ἐπιτέλλεται ἰξύς.

Qui versus ex pugnae descriptione sumptus videtur. Nimirum dicebatur aliquis vulneratus esse *ἔνθα αὐχένος* cet.

3. Scholiastes Apollonii Rhod. 3, 1: *Ῥιανὸς δέ φησι μηδὲν διαφέρειν εἰ μίαν τις ἐπικαλεῖται τῶν Μουσῶν, πάσας γὰρ διὰ τῆς μιᾶς σημαίνει. λέγει δὲ οὕτως·*

Πᾶσαι δ' εἰσαΐουσι μιᾶς ὅτε τ' οὔνομα λέξεις.

Ita recte scripsit Saalius p. 59, laudato Hermanno ad Viger. p. 707 pro eo, quod epico sermoni adversatur *ὅτε τοὔνομα*. Versum iu prooemio carmiuis epici fuisse probabile est. Pro *μιᾶς* forsan *μιῆς*.

4. Scholiastes Aeschyli S. c. Th. 148: *Ὀγκαία τοίνυν ἡ Ἀθηνᾶ τιμᾶται παρὰ Θηβαίοις. Ὄγκα δὲ παρὰ Φοίνιξιν ἡ Ἀθηνᾶ· καὶ Ὀγκαῖαι πύλαι. μέμνηται τούτων καὶ Ἀντίμαχος καὶ Ῥιανός.* Ad Heracleam haec nou male rettulit Saalius.

5. Choeroboscus apud Bekkerum in Anecd. gr. p. 1182: *εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα τινὰ δωρικὰ συστέλλοντα τὸ ᾱ. παρὰ Ἡσιόδῳ· δήσας ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα,*

καὶ παρὰ τῷ Ῥιανῷ (ita Bekkerus pro *Ἀριάνῳ*) *λίθος μέγας*. Mensuram vocabuli *μέγας* ignorare non poterat grammaticus. Iure igitur Bekkerus coniecit *μέλας* restituendum esse. In Hesiodi Theog. 521 nunc rectius scribitur *δῆσε δ' ἀλυκτοπέδῃσι Προμηθέα*, ita ut Choeroboscus vitioso Hesiodi codice deceptus esse videatur, itemque qui interpolavit Draconem Straton. p. 12. Idem ei in Rhiani loco accidisse suspicor, quem nisi etiam dorica dialecto carmina condidisse probari potest, non credo in *μέλας* ultimam corripuisse. Rhianus forsan inverso ordine dixerat *μέλας λίθος*. De doricis his correptionibus dixi ad Theocr. II, 4.

6. Stephanus Byz. p. 31: *Ἀγύλλα πόλις Τυρρηνίας. — ὁ πολίτης Ἀγυλλαῖος. Ῥιανὸς δὲ Ἀγύλλιον εἶπε χαλκόν.* Berkelius Rhianum coniectat *Ἀγυλλῖνον χαλκὸν* scripsisse. Quae quanquam usitatior nominis forma est, ut patet ex Romanorum loquendi usu, non tamen inde consequens est, ut Rhianus quoque eam usurparit. Contra Stephanus in verbis quae praecedunt non *ὁ πολίτης Ἀγυλλαῖος*, sed *Ἀγυλλῖνος* scripsisse videtur, e Rhiano autem notasse paulo insolentiorem formam *Ἀγύλλιος*. Similiter v. *Μεταπόντιον* p. 555: *ὁ πολίτης Μεταποντῖνος — λέγεται δὲ καὶ Μεταπόντιος.* Agyllam aere abundasse hoc tantum loco discimus. Siebelisius hoc fragmentum Thessalicis vindicari voluit, credo quod Agylla colonia Thessalica dicebatur.

7. Stephanus Byz. p. 215: *Βεμβῖνα*[1]), *κώμη τῆς Νεμέας — ὁ πολίτης Βεμβινήτης* (recte Rehd. *Βεμβι-*

1) Rectius apud Stephan. s. v. *Σπῖνα* scribitur *Βέμβινα*, ut *Μέλινα, Αἴγινα, Βέλβινα, Βίλβινα, Καμάρινα, Βούρινα, Γαλάρινα*, et alia id genus plura. Cfr. Sturzius ad Etym. M. p. 703.

νίτης) *ὡς Σταγειρίτης, παρὰ δὲ Ῥιανῷ Βεμβινάτης· ἔοικεν οὖν Αἰγινάτης καὶ Αἰγινήτης κατὰ τροπήν, ὡς Πανύασις ἐν Ἡρακλείας πρώτῃ· Δέρμα τε θήρειον Βεμβινήταο λέοντος, καὶ ἄλλως· καὶ Βεμβινήταο πελώρου δέρμα λέοντος.* Haec non possunt intelligi nisi ita redintegrata: *ἔοικεν οὖν* [*Βεμβινάτης καὶ Βεμβινήτης, ὡς*] *Αἰγινάτης καὶ Αἰγινήτης, κατὰ τροπήν.* Propter Panyasis locos credibile est etiam Rhianum *Βεμβινάτης* vel *Βεμβινήτης* de leone Nemeo dixisse, ut Stephanus Heracleam Rhiani respexisse videri possit. Atque ita etiam Saalius.

8. Stephanus Byz. p. 479: *Κρηστών, πόλις Θρᾴκης — ὁ πολίτης Κρηστωναῖος παρὰ Πινδάρῳ. Ῥιανὸς δὲ Κρηστωνίους αὐτούς φησι, Ἑκαταῖος δὲ Κρηστῶνας αὐτοὺς ἐν Εὐρώπῃ.* Forma *Κρηστῶνες* iure offendit Müllerum in Etrusc. 1, p. 97, neque minus offendit superfluum illud *αὐτούς*. Fortasse scripsit Stephanus: *Ἑκαταῖος δὲ Κρηστωνιάτας ἐν Εὐρώπῃ*, qua forma utitur Herodotus.

9. Stephanus Byz. p. 370: *Ἐχῖνος, πόλις Ἀκαρνανίας, Ἐχίνου κτίσμα. Ῥιανὸς Ἐχίονος ἄστυ ταύτην εἶπεν.* Ita Berkelius pro *Ἔχιον ἄστυ*, quod Holsteinius mutari voluit in *Ἐχίνιον*. Quemadmodum Echinus Thessalica apud Scymnum Perieg. 661 et Lucanum Phars. 6, 367 ab Echione Thebano condita esse dicitur, ita origo Echini Acarnanicae a nonnullis quos Rhianus sequebatur ad eundem aut cognominem heroem relata esse videtur, pro quo alii Echinum vatem habebant. Eadem nominum discrepantia est in deducendo nomine Echinadum insularum. V. Eustath. ad Dionys. Perieg. 431 et Etym. M. p. 495, 8. Caeterum quum Echinum Acarnanicam ex Stephano tantum

noverimus, Stephanus autem Echini Thessalicae, quae Aetolorum et Philippi Macedonis rebus notissima est, nusquam mentionem fecerit: recte opinor suspicamur, Stephanum eo etiam loco, quem attulimus, de Echino Thessalica egisse, et nomen Acarnaniae per errorem huc translatum esse. Hoc si verum est, Rhiani fragmentum ad Thessalica referendum fuerit.

10. Stephanus Byz. p. 476: *Φύσκος, πόλις Λοκρίδος, ἀπὸ Φύσκου τοῦ Αἰτωλοῦ (τοῦ) Ἀμφικτύονος τοῦ Δευκαλίωνος. — Λέγεται καὶ ἀρσενικῶς ὁ Φύσκος. Φύσκος δὲ ἀφ' οὗ οἱ Λέλεγες οἱ νῦν Λοκροί. Ῥιανὸς δὲ Φυσκέας αὐτοὺς καλεῖ. λέγεται καὶ Φυσκεύς.* Apertum est aut *Φυσκέας* aut *Φυσκεύς* corruptum esse; neque reliqua *Φύσκος δὲ* etc. corruptela vacant.

11. Stephanus Byz. p. 271: *Γετία ἡ χώρα τῶν Γετῶν. Γέτης γὰρ τὸ ἐθνικόν, οὐ τὸ κύριον — Ἀρριανὸς δὲ Γετηνοὺς αὐτούς φησιν.* Quum non probabile sit, solutae orationis scriptorem forma *Γετηνὸς* pro *Γέτης* usum fuisse, fortasse Rhiani nomen restituendum est.

12. Eustathius ad Il. p. 125, 30, ubi et alia plura *παρηχήσεως* exempla ex Homero et Hesiodo afferuntur et unum Arrhiani: *καθὸ καὶ ἠναντίωται τοῦτο τῷ πρὸ αὐτοῦ παντελῶς ταυτοφώνῳ, οἷον τὸ „Σκύλλη κοίλης ἐκ νηός“ καὶ „Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ“ καὶ „φίλησε δὲ φῦλον ἀοιδῶν“ καὶ Ἀρριανὸς φῦναι Φινέα· καὶ Ἡσίοδος „Φυλῆα φίλον μακάρεσσι θεοῖσιν.“* Non dubito quin hic quoque restituendum sit Rhiani nomen [1]), quoniam vix credibile est Eustathium histo-

1) De hoc admonui iam olim in Comment. Acad. Boruss a. 1831 p. 123 quod ignoravit Ellendt Dissert. de Fragment. Arrhiani p. 3.

ricum Arrianum medio inter poetas vetustissimos loco nominasse. Iam scimus quidem, fuisse etiam poetam epicum Arrhianum, qui praeter alia Virgilii Georgica in graecum sermonem convertisse et Alexandriadem scripsisse fertur: verum et nomen et carmina huius poetae, de quo v. Epimetr. VIII, mature interiisse videntur.

13. Stephanus Byzantius v. *Ἄζωρος, πόλις Πηλαγονίας τῆς λεγομένης Τριπολίτιδος, ὡς Στράβων, ἀπό (ὑπό) τινος ἐκτισμένη Ἀζώρου· λέγεται καὶ πληθυντικῶς ἐν Ἀζώροις. ὁ πολίτης Ἀζωρίτης, πόλις δὲ Μακεδονίας καὶ ἡ Ἄλωρος· Ἀρριανὸς Ἀζώρειαν* (fort. *Ἀλώρειαν*) *αὐτήν φησιν. ἢ Ἀζωριάτης, ὡς Βοττιάτης.* In his pro *Ἀρριανὸς* ex codd. restituendum *Ῥιανός*.

14. Eustathius ad Dionys. Perieg. 511: *ἐκαλεῖτο δέ ποτε Κυχρεία, ἀπό τινος Κυχρέως, οὗ καὶ Λυκόφρων* (Alex.) *καὶ Ἀρριανὸς μέμνηνται.* Recte Bernhardius *Ῥιανός*. De Salaminis insulae nomine *Κυχρεία* v. ad Euphor. 52.

IV. Quod plerosque Alexandrinae aetatis poetas fecisse constat, ut epigrammatis scribendis operam darent, etiam Rhianum fecisse scimus, cuius decem huius generis poematia servavit Anthologia Palatina, undecimum Athenaeus. In eorum plerisque res amatoriae petulanti quadam tractantur lascivia, sed ad unum omnia excellunt quum emendatae dictionis laude tum inventionis acumine atque haud raro nativa quadam et amabili simplicitate. Iure igitur Meleager Gadarenus Anth. Pal. IV, 1, 11 qui Rhiani epigrammata recepit, se cum Nossidis floribus etiam sampsuchum suaviter spirantis Rhiani coronae suae intexuisse dicit. Adscribam singula eo ordine quo Brunckius ea edidit in Analectis.

I.

Ὡραί σοι Χάριτές τε κατὰ γλυκὺ χεῦαν ἔλαιον,
ὦ πυγά, κνώσσειν δ' οὐδὲ γέροντας ἐᾷς.
λέξον μοι τίνος ἐσσὶ μάκαιρά τυ καὶ τίνα παίδων
κοσμεῖς; ἁ πυγὰ δ' εἶπε Μενεκράτεος.

Iacobs. Anth. Pal. XII, 38.

II.

Ἡ Τροιζὴν ἀγαθὴ κουροτρόφος· οὐκ ἂν ἁμάρτοις
αἰνήσας παίδων οὐδὲ τὸν ὑστάτιον.
τόσσον δ' Ἐμπεδοκλῆς φανερώτερος, ὅσσον ἐν ἄλλοις
ἄνθεσιν εἰαρινοῖς καλὸν ἔλαμψε ῥόδον.

Iacobs. Anth. Pal. XII, 58 et in Crameri Anecd. Par. IV p. 385. Vs. 2. Pol. *δινήσας* pro quo Salmasius *αἰνήσας*, in quo acquiescendum videtur. Apud Cramerum *αἰτήσας*.

III.

Οἱ παῖδες λαβύρινθος ἀνέξοδος· ᾗ γὰρ ἂν ὄμμα
ῥίψῃς, ὡς ἰξῷ τοῦτο προσαμπέχεται·
τῇ μὲν γὰρ Θεόδωρος ἄγει ποτὶ πίονα σαρκός
ἀκμὴν καὶ γυίων ἄνθος ἀκηράσιον,
τῇ δὲ Φιλοκλῆος χρύσεον ῥέθος, ὅστε καθ' ὕψος
οὐ μέγας, οὐρανίη δ' ἀμφιτέθηλε χάρις.
ἢν δ' ἐπὶ Λεπτίνεω στρέψῃς δέμας, οὐκέτι γυῖα
κινήσεις, ἀλύτῳ δ' ὡς ἀδάμαντι μένεις,
ἴχνια κολληθείς· τοῖον σέλας ὄμμασιν αἴθει
κοῦρος καὶ νεάτους ἐκ κορυφῆς ὄνυχας.
χαίρετε καλοὶ παῖδες, ἐς ἀκμαίην δὲ μόλοιτε
ἥβην καὶ λευκὴν ἀμφιέσαισθε κόμην.

Iacobs. Anth. Pal. XII, 93. Vs. 1 *λαβύρινθος* figurato

sensu vix quisquam ante Rhianum dixit. Vs. 2 ῥίψως pro ῥίψῃς ὡς, quod Reiskius coniecit. — V cod. χρύσειον. Idem vs. 6 οὐρανίης et vs. 7 Δει νεω. Genuinam scripturam ubivis restituit Brunc qui scripsit insuper vs. 8 μενεῖς et vs. 10 κὲς νεάι Sed posterius nondum sanatum. — Vs. 10 cod. h μολεῖτε pro μόλοιτε et vs. ultimo ἀμφιέσεσθε pro φιέσαισθε. Utrumque et ego correxi in Quaest. s III p. 38 et ante me emendarunt Schaefer. et El ad Soph. Oed. Col. 1742.

IV.

Ἦ ῥά νύ τοι, Κλεόνικε, δι' ἀτραπιτοῖο κιόντι
 στεινῆς ἤντησαν ταὶ λιπαραὶ Χάριτες.
καί σε ποτὶ ῥοδέῃσιν ἐπηχύναντο χέρεσσιν,
 κοῦρε, πεποίησαι δ' ἡλίκος ἐσσὶ χάριν.
τηλόθι μοι μάλα χαῖρε· πυρὸς δ' οὐκ ἀσφαλὲς ἆσ
 ἕρπειν αὐηρήν, ὦ φίλος, ἀνθέρικα.

Iacobs. Anth. Pal. XII, 121. Vs. 1 cod.: ηραννπο, ς Brunckius mutavit in ἦ ῥά νύ σοι. Verum vidit Iacob: — Vs. 2 cod. ἠντήσανται, quod Brunckius prob. Iacobsio male mutavit in ἠντήσανθ' αἱ. Scribendum ἤντησαν ταί, quanquam medium συναντᾶσθαι est a Cinnamum Hist. p. 121, 6. — Vs. 3 cod. ῥοδόει quod defendi possit eo quod est apud Nicandrum λόεντος ἐχίδνης in Ther. 140 et similibus, quae gessit Bernhardius ad Dionys. Perieg. p. 504 et Lob P. G. 1 p. 178. Ita Callim. Del. 37 dixit βαθὺς φρος. Idem Dian. 42 πολέας νύμφας, iniuria a Brun ad Apoll. Rh. I, 352 sollicitatum, Antiphilus Anth. II. p. 147 νῆσοι μεγάλαι τε καὶ εὐρέες, Io. Gaz

apud Rutgersium V. L. II p. 98 *ὠκέι δίνῃ*, Asius apud Athen. 12 p. 525 f. et Oppianus Cyneg. III, 323 *χθονὸς εὐρέος*, Theocr. 20, 8 *ἁδέα χαίταν*, ut taceam Homerica illa *θῆλυς ἐέρση, πουλὺν ἐφ' ὑγρήν, ἡδὺς ἀϋτμή.* Cfr. Schaefer. ad Naekii Choeril. p. 267. Sed hoc loco Brunckium sequutus scripsi *ῥοδέῃσιν*, pro quo Iacobsius minus recte *ῥοδέαισιν*. — Vs. 6 Pal. *ἀνθερίκαν*. Quae barbara forma est et ab Alexandrinorum poetarum usu longe remota. Cfr. Lobeckius Paral. gr. p. 142. Quod recepi *ἀνθέρικα* a Brunckio profectum, qui praeterea *αὐηρὴν* frustra in *αὐηλὴν* mutavit. Nam *αὐηρὸς* et *αὐαλέος* dicitur, quemadmodum *διψηρὸς* et *διψαλέος*, *αὐχμηρὸς* et *αὐχμαλέος*, *σιγηρὸς* et *σιγαλέος*.

V.

Ἰξῷ Δεξιόνικος ὑπὸ χλωρῇ πλατανιστῷ
κόσσυφον ἀγρεύσας εἷλε κατὰ πτερύγων.
χὠ μὲν ἀναστενάχων ἀπεκώκυεν ἱερὸς ὄρνις·
ἀλλ' ἐγώ, ὦ φίλ' Ἔρως καὶ θαλεραὶ Χάριτες,
εἴην καὶ κίχλη καὶ κόσσυφος, ὡς ἂν ἐκείνου
ἐν χερὶ καὶ φθογγὴν καὶ γλυκὺ δάκρυ βάλω.

Iacobs. Anth. Pal. XII, 142. — Vs. 2 Spitzner. de praeposit. *ἀνὰ* et *κατὰ* p. 26 *εἷλε κάτα πτερύγων*. Melius confert Schaeferus Longum I p. 19 *ἔδακνον κατὰ τοῦ δέρματος*. — Vs. 4. cod. Pal. *ὁ φιλέρως*.

VI.

Ἀγρεύσας τὸν νεβρὸν ἀπώλεσα, χὠ μὲν ἀνατλὰς
μυρία καὶ στήσας δίκτυα καὶ στάλικας
σὺν κενεαῖς χείρεσσιν ἀπέρχομαι· οἱ δ' ἀμογητὶ
τἀμὰ φέρουσιν, Ἔρως, οἷς σὺ γένοιο βαρύς.

Iacobs. Anth. Pal. XII, 146. — Vs. 3 *ἀμογητὶ* Brunckius pro *ἀμογητοί*.

VII.

Τὸ ῥόπαλον τῷ Πανὶ καὶ ἰοβόλον Πολύαινος
τόξον καὶ κάπρου τούσδε καθᾶψε πόδας,
καὶ ταύταν γωρυτὸν ἐπαυχένιόν τε κυνάγχαν
θῆκεν ὀρειάρχᾳ δῶρα συαγρεσίης·
ἀλλ', ὦ Πὰν σκοπιῆτα, καὶ εἰς ὀπίσω Πολύαινον
εὔαγρον πέμποις υἱέα Σιμύλεω.

Iacobs. Anth. Pal. VI, 34. — Vs. 3 cod. Pal. *κυνακτάν*, pro quo Alberti *κυνάγχαν*. — Vs. 6 offendit forma *Σιμύλης* vel *Σιμύλας*. Notum est *Σιμύλος*. Sed et illud recte habet. Simili ratione dicebatur *Δημύλος* et *Δημύλας*. Cfr. Boeckh. Corp. Inscr.. I p. 391 n. 282, II et p. 572 n. 1098. Nisi forte ionicam formam esse dicas a nominativo *Σιμύλος*, qua raro quidem at utuntur tamen poetae, v. c. Alexander Aetolus Anth. Pal. VII, 709 *Δάσκύλεω* a *Δάσκυλος*, Nicodemus ib. VI, 320 *εὐίεω* ab *εὔιος*, Simonides ib. VII, 508 *Ἀγχίτεω* ab *Ἄγχιτος*, quod non erat cur *Ἀγχίτου* scribendum esse coniiceret Bergkius Comment. de Prooemio Emped. p. 7, 2.

VIII.

Ἀχρυλὶς ἡ Φρυγίη θαλαμηπόλος, ἡ περὶ πεύκας
πολλάκι τοὺς ἱεροὺς χευαμένη πλοκάμους,
γαλλαίῳ Κυβέλης ὀλολύγματι πολλάκι δοῦσα
τὸν βαρὺν εἰς ἀκοὰς ἦχον ἀπὸ στομάτων,
τάσδε θεῇ χαίτας περὶ δικλίδι θῆκεν ὀρείᾳ,
θερμὸν ἐπεὶ λύσσης ὧδ' ἀνέπαυσε πόδα.

Iacobs. Anth. Pal. VI, 173 cum lemmate: *Ἀνάθημα τῇ Ῥέᾳ παρὰ Ἀχρυλίδος.* Vs. 1 rectius fortasse scribitur *Ἀρχυλίς*, ut Reiskius dedit. V. Bentl. ad Terent. Andr.

1, 4, 1. 3, 2, 1. De voce *θαλαμηπόλος* v. Schneider. ad Nicandri Alexiph. 8.

IX.

Παῖς Ἀσκληπιάδεω καλῷ καλὸν εἵσατο Φοίβῳ
Γόργος ἀφ' ἱμερτᾶς τοῦτο γέρας κεφαλᾶς.
Φοῖβε σὺ δ' ἵλαος Δελφίνιε κοῦρον ἀέξοις
εὔμοιρον λευκὴν ἄχρις ἐφ' ἡλικίην.

Iacobs. Anth. Pal. VI, 278. Versu primo forsan *καλῷ καλὸς* scribendum.

X.

Ἥμισυ μὲν πίσσης κωνίτιδος ἥμισυ δ' οἴνου,
Ἀρχῖν', ἀτρεκέως ἧδε λάγυνος ἔχει·
λεπτοτέρης δ' οὐκ οἶδ' ἐρίφου κρέα. πλὴν ὅγε πέμψας
αἰνεῖσθαι πάντων ἄξιος Ἱπποκράτης.

Iacobs. Anth. Pal. Append. p. 783. Sumptum ex Athenaeo 11, p. 499 *d.* ubi ostenditur *λάγυνος* feminini generis esse: *καὶ Ῥιανὸς ὁ ἐποποιὸς ἐν ἐπιγράμμασιν Ἥμισυ κτλ.* — Vs. 3 legebatur *κρέας*, in quo mirum est quod nec Brunckius, nec Iacobsius, neque Athenaei editores metri vitium viderunt. — Vs. 4 recte legitur *πάντων*. Cfr. Dionysius rhet. 8, 14 *ἐπαινεῖ τὸν Διομήδην τῶν εἰρημένων.* Cinnamus Histor. 2, 10 *ἐπιθειάζειν ἀρετῆς.*

XI.

Τρηχείην κατ' ἐμεῦ, ψαφαρὴ κόνι, ῥάμνον ἑλίσσοις
πάντοθεν ἢ σκολιῆς ἄγρια κῶλα βάτου,
ὡς ἐπ' ἐμοὶ μηδ' ὄρνις ἐν εἴαρι κοῦφον ἐρείδοι
ἴχνος, ἐρημάζω δ' ἥσυχα κεκλιμένος.
ἦ γὰρ μισάνθρωπος ὁ μηδ' ἀστοῖσι φιληθεὶς
Τίμων οὐδ' Ἀΐδῃ γνήσιός εἰμι νέκυς.

Iacobs. Anth. Pal. VIII, 315 cum lemmate: *Ζηνοδότου οἱ δὲ Ῥιανοῦ εἰς τὸν αὐτὸν Τίμωνα.* De Zenodoto v. Iacobs. animadv. III, 3 p. 964. — Vs. 1 Schneidewinus ad Simon. p. 145 *τρηχαλέην* vel *τρηχεῖαν.* Sed vide quae dixi Delect. poet. Anth. gr. p. 200. — Vs. 3 malim *ἐρείδῃ.*

ALEXANDER AETOLUS.

ALEXANDER AETOLUS.

Alexander Pleurone, Aetoliae oppido, natus, Satyri et Stratocleae filius, floruit Olymp. CXXV, Arati Solensis, Antagorae Rhodii, Philetae Coi aliorumque illo tempore clarissimorum hominum aequalis. Suidas vol. I p. 105 et Eudocia Viol. p. 62 *Ἀλέξανδρος, Αἰτωλὸς ἐκ πόλεως Πλευρῶνος, υἱὸς Σατύρου*[1]) *καὶ Στρατοκλείας, γραμματικός.* Anonymus de Vita Arati ed. Buhl. vol. II p. 431 *γέγονε δὲ Ἀντίγονος* (Gonatas) *κατὰ τὴν ρκέ ὀλυμπιάδα, καθ' ὃν χρόνον ἤκμασεν ὁ Ἄρατος καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός. μέμνηται δὲ — Ἀντιγόνου καὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Αἰτωλοῦ — ἐν ταῖς ἰδίαις ἐπιστολαῖς Ἄρατος.* Alius ibid. p. 442 *συνήκμαζε δὲ* (Aratus) *Ἀλεξάνδρῳ τῷ Αἰτωλῷ καὶ Φιλητᾷ,* et vol. I p. 3 *συνήκμασε δὲ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Αἰτωλῷ καὶ Καλλιμάχῳ καὶ Μενάνδρῳ καὶ Φιλητᾷ,* ubi Menandri, qui Olymp. CXXII, 3 obiit, vix apta videri potest me-

---

1) Alium Alexandrum item Satyri cuiusdam filium habemus Anthol. Pal. Append. 235. Qui a Polybio in Maii Excerpt. auct. class. vol. II p. 404 memoratur Alexander Aetolus, eum ipse Polybius alias Isium dicit.

moria. Denique Suidas de Arato: *σύγχρονος Ἀνταγόρᾳ τῷ Ῥοδίῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Αἰτωλῷ.* Ex his, ne plura commemorem infra apponenda, satis intelligitur non recte Passovium Hist. litt. ant. p. 23 florem Alexandri rettulisse ad Olymp. CXXXV. De ceteris viri rebus nihil memoriae proditum est, nisi quod cum Antagora et Arato apud Antigonum Gonatam versatus est. Vita Arati vol. II p. 444 *Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς, παρ' ᾧ διέτριψεν αὐτὸς* (Aratus) *καὶ σὺν αὐτῷ Περσεὺς* (leg. *Περσαῖος*) *ὁ στωικὸς καὶ Ἀνταγόρας ὁ τὴν Θηβαΐδα ποιήσας καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός, ὡς αὐτός φησιν ὁ Ἀντίγονος ἐν τοῖς περὶ Ἱερώνυμον.* Ubi lege *ἐν τοῖς πρὸς Ἱερώνυμον*, et Hieronymum intellige Rhodium, philosophum Peripateticum, de quo egit Io. Ionsius Script. Hist. philos. II, 3, 6.

De scriptis Alexandri quaerentibus nobis prae ceteris eius tragoediae commemorandae videntur, quibus tantam laudem adeptus est, ut in septem illis, qui Pleiadis nomine celebrantur poetis numeratus sit. Eius rei, praeter Suidam et Eudociam l. l. *οὗτος καὶ τραγῳδίας ἔγραψεν ὡς καὶ τῶν ἑπτὰ τραγικῶν ἕνα κριθῆναι, οἵπερ ἐπεκλήθησαν ἡ Πλειάς,* testem habemus Scholiast. Hephaest. p. 53 et 185 Gaisf. Hinc *τραγῳδοδιδάσκαλον* Alexandrum appellat Polemo Periegetes apud Athen. XV p. 699 *d*. Tantam quum haberet tragicae poesis existimationem, non mirum est Ptolemaeum Philadelphum ei in ordinanda bibliotheca tragicorum poetarum colligendi et disponendi negotium

1) Welckerus Tragod. vol. III p. 1264 haec de Timone Atheniensi, Echecratis filio, intellexit, quod quo pacto cum rationibus chronologicis conciliari possit fateor me non intelligere.

imposuisse. V. Anonymus de Comoed. apud Cramerum Anecd. Par. vol. I p. 6 sive Fragm. Comic. graec. vol. II p. 1237: Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς καὶ Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου προτραπέντες τὰς σκηνικὰς διώρθωσαν βίβλους, Λυκόφρων μὲν τὰς τῆς κωμῳδίας, Ἀλέξανδρος δὲ τὰς τῆς τραγῳδίας, ἀλλὰ δὴ καὶ τὰς σατυρικάς. Quod Diogenes Laert. IX, 113 de Timone Phliasio, sillorum auctore ingeniosissimo, narrat: ἦν δὲ καὶ ὀξὺς νοῆσαι καὶ διαμυκτηρίσαι, φιλογράμματός τε καὶ τοῖς ποιηταῖς μύθους γράψαι ἱκανὸς καὶ δράματα συνδιατιθέναι· μετεδίδου δὲ τῶν τραγῳδιῶν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ὁμήρῳ, id igitur quorsum spectet, ut nunc res est, diiudicari vix potest. Res tota fortasse ad aemulorum invidiam poetarum redit. Nam ut Athenis poetae mutua flagrabant invidia, ita etiam Alexandrini poetae suos habuisse obtrectatores consentaneum est. De titulis dramatum Alexandri unus tantum superest *ΑΣΤΡΑΓΑΛΙΣΤΑΙ*. Scholiastes Ven. Homeri Il. 23, 86 ἀνδροκτασίης: καταχρηστικῶς· παῖδα γὰρ ἀνεῖλεν ὃν οἱ μὲν Κλεισώνυμον, οἱ δὲ Αἰανῆ, οἱ δὲ Λύσανδρον καλεῖσθαι. ἀπέκτεινε δὲ αὐτὸν παρ' Ὀθρυονεῖ τῷ γραμματιστῇ, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ἐν Ἀστρολογισταῖς. Quo loco pro Ἀστρολογισταῖς, quae barbara vox est et analogiae legibus repugnans, Ἀστραγαλισταῖς scribendum esse, ipse Homericus locus docet, in quo Patroclus loquitur transactae cum Achille pueritiae memoriam recolens:

εὖτέ με τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος
ἤγαγεν ὑμέτερόνδ', ἀνδροκτασίης ὕπο λυγρῆς,
ἤματι τῷ, ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος.
νήπιος, οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς.

Commemoravit hanc meam emendationem Bekkerus in

Addendis p. 830, quod qui iguoravit Osannus Symbol. ad Hist. litt. I p. 299 eandem correctionem scholiastae adhibuit et Astragalistas comoediae titulum fuisse suspicatus est. Quam opinionem non dubito quin ipse repudiasset vir cl. si cognita habuisset ea quae olim Quaest. scen. Spec. III p. et postea aucta in Histor. Com. graec. p. 487 sq. disserui, ubi satis demonstrasse mihi videor, quidquid comoediarum Fabricius aliique Alexandro Aetolo tribuerunt, ad alium Alexandrum eumque comicum poetam transferendum esse. Itaque Ἀστραγαλισταὶ aut tragoediae aut satyrici dramatis titulum fuisse probabile est. Sed in Osanni disputatione etiam alia probari non possunt, e. c. quod Othryoneum illum γραμματιστὴν eundem esse sibi persuasit quem commemorat Homerus Il. 13, 363 sqq. qui quo pacto apud Menoetium paedagogi munere functus esse ab Alexandro fingi potuerit non intelligitur. Quod nomen ex tribus illis a scholiaste memoratis Alexander Amphidamantis filio indiderit incertum est. Clisonymum, Κλεισώνυμον, posuerant Pherecydes apud schol. l. l. et Hellanicus apud eundem ad Iliad. μ', 1. quos sequutus est Apollodorus III, 13, 6. ubi Κλυσώνυμος scribitur, pro quo codd. Κλυτώνυμος. Homeri exemplo nomen pueri reticet Ovidius Epist. ex Ponto I, 3, 73 sq. *Caede puer facta Patroclus Opunta reliquit, Thessalicamque adiit hospes Achillis humum.* Praeterea nihil ex tragoediis Alexandri servatum est: nam quod Naekius Schedis crit. p. 6 dicit, versum a Stobaeo Flor. LXVII, 12 allatum, ταμιεῖον ἀρετῆς ἐστι γενναία γυνή, cui in margine Alexandri adscriptum est, haud dubie esse Alexandri Aetoli, iusto confidentius dixit vir eximius. De qua re nolo repetere quae dixi

imposuisse. V. Anonymus de Comoed. apud Cramerum Anecd. Par. vol. I p. 6 sive Fragm. Comic. graec. vol. II p. 1237: *Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς καὶ Λυκόφρων ὁ Χαλκιδεὺς ὑπὸ Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου προτραπέντες τὰς σκηνικὰς διώρθωσαν βίβλους, Λυκόφρων μὲν τὰς τῆς κωμῳδίας, Ἀλέξανδρος δὲ τὰς τῆς τραγῳδίας, ἀλλὰ δὴ καὶ τὰς σατυρικάς.* Quod Diogenes Laert. IX, 113 de Timone Phliasio, sillorum auctore ingeniosissimo, narrat: *ἦν δὲ καὶ ὀξὺς νοῆσαι καὶ διαμυκτηρίσαι, φιλογράμματός τε καὶ τοῖς ποιηταῖς μύθους γράψαι ἱκανὸς καὶ δράματα συνδιατιθέναι· μετεδίδου δὲ τῶν τραγῳδιῶν Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ὁμήρῳ*, id igitur quorsum spectet, ut nunc res est, diiudicari vix potest. Res tota fortasse ad aemulorum invidiam poetarum redit. Nam ut Athenis poetae mutua flagrabant invidia, ita etiam Alexandrinos poetas suas inter se exercuisse inimicitias consentaneum est. De titulis dramatum Alexandri unus tantum superest *ΑΣΤΡΑΓΑΛΙΣΤΑΙ*. Scholiastes Ven. Homeri Il. 23, 86 *ἀνδροκτασίης: καταχρηστικῶς· παῖδα γὰρ ἀνεῖλεν ὃν οἱ μὲν Κλεισώνυμον, οἱ δὲ Αἰανῆ, οἱ δὲ Λύσανδρον καλεῖσθαι. ἀπέκτεινε δὲ αὐτὸν παρ' Ὀθρυονεῖ τῷ γραμματιστῇ, ὥς φησιν Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς ἐν Ἀστρολογισταῖς.* Quo loco pro *Ἀστρολογισταῖς*, quae insolens vox est et analogiae legibus repugnans, *Ἀστραγαλισταῖς* scribendum esse, ipse Homericus locus docet, in quo Patroclus loquitur transactae cum Achille pueritiae memoriam recolens:

εὖτέ με τυτθὸν ἐόντα Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος
ἤγαγεν ὑμετερόνδ', ἀνδροκτασίης ὑπὸ λυγρῆς,
ἤματι τῷ, ὅτε παῖδα κατέκτανον Ἀμφιδάμαντος,
νήπιος, οὐκ ἐθέλων, ἀμφ' ἀστραγάλοισι χολωθείς.

Commemoravit hanc meam emendationem Bekkerus in

Addendis p. 830. quod qui ignoravit Osannus Symbol. ad Hist. litt. I p. 299 eandem correctionem scholiastae adhibuit et Astragalistas comoediae titulum fuisse suspicatus est. Quam opinionem non dubito quin ipse repudiasset vir cl. si cognita habuisset ea quae olim Quaest. scen. Spec. III p. 25 et postea aucta in Histor. Com. graec. p. 487 sq. disserui, ubi satis demonstrasse mihi videor, quidquid comoediarum Fabricius aliique Alexandro Aetolo tribuerunt, ad alium Alexandrum eumque comicum poetam transferendum esse. Itaque Ἀστραγαλισταὶ aut tragoediae aut satyrici dramatis titulum fuisse probabile est. Sed in Osanni disputatione etiam alia probari non possunt, e. c. quod Othryoneum illum γραμματιστὴν eundem esse sibi persuasit quem commemorat Homerus Il. 13, 363 sqq. qui quo pacto apud Menoetium paedagogi munere functus esse ab Alexandro fingi potuerit non intelligitur. Quod nomen ex tribus illis a scholiaste memoratis Alexander Amphidamantis filio indiderit incertum est. Clisonymum, Κλεισώνυμον, posuerant Pherecydes apud schol. l. l. et Hellanicus apud eundem ad Iliad. μ', 1. quos sequutus est Apollodorus III, 13, 6. ubi Κλυσώνυμος scribitur, pro quo codd. Κλυτώνυμος. Homeri exemplo nomen pueri reticet Ovidius Epist. ex Ponto I, 3, 73 sq. *Caede puer facta Patroclus Opunta reliquit, Thessalicamque adiit hospes Achillis humum.* Praeterea nihil ex tragoediis Alexandri servatum est: nam quod Naekius Schedis crit. p. 6 dixit, versum a Stobaeo Flor. LXVII, 12 allatum, ταμιεῖον ἀρετῆς ἐστι γενναία γυνή, cui in margine Alexandri nomen adscriptum est, haud dubie esse Alexandri Aetoli, iusto confidentius dixit vir eximius. De qua re nolo repetere quae dixi

Histor. Comic. p. 488 et Fragm. Comic. IV p. 554. Itaque reliqua viri scripta persequamur, in quibus maxime animum advertunt carmina elegiaca, et in his quod *ΑΠΟΛΛΩΝ* inscriptum fuit, cuius etsi formam et descriptionem ignoramus, id tamen ex uno quod servatum est fragmento intelligitur, rem ita poetam instituisse, ut ipsum Apollinem de futura perdite amantium sorte vaticinia fundentem introduceret. Quam operis formam iusto acerbiore censura taxavit Cour. Schneiderus in Daubii et Creuzeri Studiis vol. IV p. 66. Haud dissimile institutum fuit Bacchylidis in vaticinio de Troiae excidio, Callimachi in Aetiis, Lycophronis in Cassandra. Longe aliud consilium Simmias Rhodius in Apolline suo sequutus erat, quod carmen fabulas de Apolline complexum esse ex Antonino Lib. c. 20 coniicias. Alexandri quod dixi fragmentum servavit Parthenius Erot. XIV, qui exposita fabula de Antheo et Cleoboea in hunc modum pergit: *ἔφασαν δέ τινες οὐ πέρδικα, σκεῦος δὲ χρυσοῦν εἰς τὸ φρέαρ βεβλῆσθαι, ὡς καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς μέμνηται ἐν τοῖσδε ἐν Ἀπόλλωνι·*

Παῖς Ἱπποκλῆος Φοβίος Νειληϊάδαο
ἔσται ἰθαιγενέων γνήσιος ἐκ πατέρων·
τῷ δ' ἄλοχος μνηστὴ δόμον ἵξεται, ἧς ἔτι νύμφης
ἠλάκατ' ἐν θαλάμοις καλὸν ἑλισσομένης,
Ἀσσησοῦ βασιλῆος ἐλεύσεται ἔκγονος Ἀνθεύς,
ὅρκι' ὁμηρείης πίστ' ἐπιβωσάμενος,
πρωθήβης, ἔαρος θαλερώτερος· οὐδὲ Μελίσσῳ
Πειρήνης τοιόνδ' ἀλφεσίβοιον ὕδωρ
θηλήσει μέγαν υἱόν, ἀφ' οὗ μέγα χάρμα Κορίνθῳ
ἔσται καὶ βριαροῖς ἄλγεα Βακχιάδαις·
Ἀνθεὺς Ἑρμείῃ ταχινῷ φίλος, ᾧ ἔπι νύμφη

μαινὰς ἄφαρ σχήσει τὸν λιθόλευστον ἔρω·
καί ἑ καθαψαμένη γούνων ἀτέλεστα κομίσσαι
πείσει· ὁ δὲ Ζῆνα ξείνιον αἰδόμενος
σπονδάς τ' ἐν Φοβίου καὶ ἅλα ξυνεῶνα θαλάσσης,
κρήναις καὶ ποταμοῖς νίψετ' ἀεικὲς ἔπος.
ἡ δ' ὅταν ἀρνῆται μελεὸν γάμον ἀγλαὸς Ἀνθεύς,
δὴ τότε οἱ τεύξει μητιόεντα δόλον,
μύθοις ἐξαπαφοῦσα· λόγος δέ οἱ ἔσσεται οὗτος·
γαυλός μοι χρύσεος φρείατος ἐκ μυχάτου
νῦν ὅτ' ἀνελκόμενος διὰ μὲν κακὸν ᾤχετ' οὖσον,
αὐτὸς δ' ἐς Νύμφας ᾤχετ' ἐφυδριάδας·
πρὸς σὲ θεῶν, ἀλλ' εἴ μοι, ἐπεὶ καὶ πᾶσιν ἀκούω
ῥηΐδιην οἶμον τοῦδ' ἔμεναι στομίου,
ἰθύσας ἀνέλοιο, τότ' ἂν μέγα φίλτατος εἴης.
ὧδε μὲν ἡ Φοβίου Νειλεΐδαο δάμαρ
φθέγξεθ'· ὁ δ' οὐ φρασθεὶς ἀπὸ μὲν Λελεγήϊον εἷμα
μητρὸς ἑῆς ἔργον θήσεται Ἐλλαμένης,
αὐτὸς δὲ σπεύδων κοῖλον καταβήσεται ἄγκος
φρείατος· ἡ δ' ἐπί οἱ λιρὰ νοεῦσα γυνή
ἀμφοτέραις χείρεσσι μυλακρίδα λᾶαν ἐνήσει·
καὶ τόθ' ὁ μὲν ξείνων πολλὸν ἀποτμότατος
ἠρίον ὀγκώσει τὸ μεμορμένον, ἡ δ' ὑπὸ δειρήν
ἁψαμένη σὺν τῷ βήσεται εἰς Ἀΐδην.

Carmen hoc docta interpretatione illustravit Iacobsius ad Brunckii Anal. I, 2 p. 239. In constituenda lectione sequutus fere sum recensionem Passovii ita de hoc loco meriti, ut nunc aliquanto emendatius quam antea legatur. Sunt tamen in quibus mihi dissentiendum putavi. Vs. 1 scripsi Φοβίος pro Φόβιος cll. Lehrsio Aristarch. p. 278. Ibid. revocavi genuinam formam Νειληϊάδαο, quam infra vs. 26 cum codice exhibuit Cornarius. Minus recte Passovius et his et aliis quibus-

dam Parthenii locis praetulit *Νηληϊάδαο*. Suidas ex antiquis grammaticis, *Νείλεως*: *ὄνομα κύριον — γίνεται, φασί, παρὰ τὸ νέος καὶ λεώς, Νέολεως, καὶ κράσει τοῦ ε καὶ ο εἰς τὴν δίφθογγον Νείλεως ὁμοίως τῷ Κλεισθένης — δέον δεῖν, πλέον πλεῖν*. Cfr. Etymol. M. p. 602, 23. Scholiastes Ven. ad Il. *β'*, 103. Eustath. ad Hom. p. 879, 27. 1681, 56. Eandem formam libri habent Callimachi Fragm. XCV et Theocriti Id. XXVII, 3. ubi vide quae annotavi. Sed apud schol. Iliad. *ύ* 404 p. 564, 26 ubi editur *Ἀπλεύς, φασίν, ἐν Μιλήτῳ ἱερὸν Ποσειδῶνος Ἑλικωνίου ἱδρύσατο*, nil interest pro corrupto nomine *Ἀπλεὺς* utrum *Νειλεὺς* scribas an *Νηλεύς*. Alterutrum quidem necessarium est. — Vs. 6 verba *ὅρκι' ὁμηρείης πίστ' ἐπιβωσάμενος* Heynius interpretatur ***testatus se pro obside venire***, quod ex graecis nequaquam efficitur. *ὁμηρείης ὅρκια πιστὰ* esse videtur ***fides obsidibus praestanda***, sive ***sancta obsidum iura***. Recte igitur habet *ἐπιβωσάμενος*, de quo verbo vide Heynium ad Homeri Il. *κ'*, 463. Legandrius tentabat *ἀποδωσόμενος*, quod qui falso pro codicis lectione habuerunt Capellmannus et Schneidewinus Delect. poet. p. 161 interpretantur Antheus ***fida pignora reddet quasi tradita ipsi a patre***. Si quid mutandum, sufficere opinor *ἐπιβωσόμενος*. Vs. 7 sqq. Haec de Melissi filii Actaeone, cuius mors Corinthiis libertatem a Bacchiadarum dominatione peperit, per digressionem inferri, et quae vs. 11 leguntur *Ἀνθεὺς Ἑρμείῃ ταχινῷ φίλος* per epanaphoram illata esse vidit Iacobsius. — Vs. 8 *Πειρήνης* cod. Pal. *Πετρήνης* Cornarius. Apposite ad Alexandri locum poeta incertus Anth. Pal. II p. 538: *Ἰφίων μ' ἔγραψεν ἐᾷ χερί, τόν ποκ' ἄρ' ὕδωρ ἔθρεψε, Πειρήνης ἄπο*. Ita enim scribendum. Cfr. schol. ad Iliad.

ψ', 142: κουροτρόφοι νομίζονται (οἱ ποταμοὶ) διὰ τὸ αὐξητικὸν τὸ ὑγρὸν εἶναι καὶ παῖδες πρώτῃ τροφῇ χρῶνται τῇ ὑγρᾷ. Add. Eustathius p. 1150, 47. 1293, 3. Ad ἀλφεσίβοιον apte comparant Aeschyl. Suppl. 862. — Vs. 9 θηλήσει Passovius. Cod. θελήσει. Quod sequitur μέγαν cum verbo θηλήσει coniungendum est. Apud Plutarchum Erot. p. 772 e. Actaeon ὁ κάλλιστος καὶ σωφρονέστατος τῶν ἡλίκων dicitur. — Vs. 11 Antheus Mercurio carus dicitur, utpote ephebus. Tum ᾧ ἔπι, quod cum μαινὰς coniungendum, Cornarius. Cod. ᾧ ἔνι. — Vs. 12 Cornarius ἔρων, Galeus ἔρον. Scripsi ἔρῳ ex cod. Pal. quae forma etiam Apollonio Rh. I, 613 restituenda. Huic simillimus est accusativus γέλω quem libri habent Odyss. 18, 349. 20, 8. 346, de quo non recte statuit Buttmannus Gramm. graec. I p. 404. — Vs. 13 ingeniose Heynius et Iacobsius ἀθέμιστα τελέσσαι. At nihil mutandum; ἀτέλεστα sunt quae perficere nefas est. — Vs. 15 reliqui codicis scripturam, quamvis vitii suspectam. Elegans est Brunckii coniectura ἅλα ξυνεῶνα τραπέζης, sed omnes criticae artis fines excedens. Passovius praeeunte Legrandio edidit ἅλα ξυνεῶνα, θαλάσσῃ κρήναις καὶ ποταμοῖς νίψετ' ἀεικὲς ἔτος, quod adeo non ab elegantia commendatur, ut ne a pessimo quidem poeta scribi potuisse credam. Si sana est lectio codicis, ἅλα ξυνεῶνα θαλάσσης dixisse poetam crediderim, quoniam sal ex mari nascitur. Pro ξυνεῶνα nescio an ξυνῶνα scribendum sit. — Vs. 21 cod. νῦν ὅ γ' ἀνελκόμενος, quae verba multis coniecturis locum dederunt. Ut alios mittam, Piersonus ad Moer. p. 194 tentabat νεῖον ἀνελκόμενος. Passovius mutata distinctione scribebat, γαυλός μοι χρύσεος· φρείατος ἐκ μυχάτου νῦν ὅ γ' ἀνελκόμενος διὰ μὲν καλὸν

ἤρικεν οὖσον. Quod etsi facillimum est, displicet tamen propter orationem, ut mihi videtur, nimis abruptam. Mihi locus lenissima mutatione restitui posse visus est *νῦν ὅτ' ἀνελκόμενος*. De *νῦν ὅτε*, quod nihil aliud est quam *νῦν*, vide Hermannum ad Sophoclis Aiac. 789. ad Viger. p. 919 et Boeckhium Explic. Pind. p. 199. In fine versus cod. *ἤρικε νοῦσον*, quod emendavit Piersonus. Ibid. *κακὸν* Villoisoni est emendatio, in quam incidit etiam Buttmannus Grammat. graec. II p. 176. Vulgo *καλόν*, quod etsi ferri potest, multo tamen aptius est *κακόν*. — Vs. 23 Piersonus, cui plurimi assensi sunt, coniecit *καὶ παισίν*, non facturus si meminisset *καὶ πάντες* esse ***vel omnes*** i. e. ***omnes omnino, quilibet***. V. Homer. Odyss. 22, 23. Sophocl. Oed. C. 1396. Xenophon Anab. I, 10, 13. Ita etiam *καὶ οἱ πάντες* Xenophon Cyrop. IV, 1, 3. Pausan. IX, 31. Immemores huius usus fuere viri docti in loco Simonidis Fragm. LXVI *χρόνος ὀξὺς ὀδόντας καὶ πάντα ψήχει καὶ τὰ βιαιότατα*. i. e. ***vel omnia ne validissimis quidem exceptis***. — Vs. 25 cod. *τοι ἂν μέγα* (non *μετὰ*) *φίλτατος*. — Vs. 26 *Νειλιάδαο* cod. de qua scriptura ad primum versum dictum est. Brunckius *Νειλεΐδαο*. Nominis *Νειλεὺς* triplex forma est, *Νειλεύς Νείλεως* et quam schol. Ven. Homeri Il. *β'*, 103 servavit *Νείλαος*. Ab harum nulla formari potest *Νειλιάδης*, sed aut *Νειλείδης* vel *Νειλεΐδης* (Brunck. ad Apoll. Rh. I, 58. Wolf. Praef. Hom. Odyss. p. XI) aut *Νειλαΐδης* antepenultima producta, ut in *Ἀρχεσαΐδης*, *Πολυπαΐδης*, *Ἀναξιλαΐδης*, pro quo apud Diogen. Laert. III, 2 vitiose *Ἀναξιλίδης* scriptum est. Non ausim tamen prorsus damnare codicis lectionem. Similiter *Οἰλιάδης* Homerus dixit Il. 13, 203 et Aristot. Anthol. Pal. II p. 750

ab *Ὀϊλεύς*, *Οἰκιάδης* Callimachus H. in Del. 102 et Titulus apud Boeckh. C. I. no. 292, 16 (ubi editur *ΟΙΣΙΑΔΗΣ*) ab *Οἰκεύς*, *Οἰνιάδης* poeta inc. Anthol. Planud. III, 28 ab *Οἰνεύς*, quae omnia sic formata sunt tanquam a primitivis *Ὄϊλος* (non *Ὀΐλιος* ut voluit Georgius apud Eustath. p. 13, 38 et 927, 62) *Οἶκος* et *Οἶνος* repetenda essent. Nec desunt contrariae rationis exempla, velut *Κυθνείδης* a *Κύθνος* de quo Philemon Gramm. §. 140 *χωρὶς τοῦ Κυθνείδης, ὃ μόνον ἀπὸ τῶν εἰς ος διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεται*, et *Ὡρείδης* apud Apollon. Rhod. II, 110 ab *Ὧρος*, ut coniicio ex annotatione scholiastae: *διὰ τῆς ει διφθόγγου ἡ παραλήγουσα. οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ τρίτῳ τῆς καθόλου.* — Vs. 28 cod. *Ἐλλαμένης*. Passovius *Ἐλλαμενῆς*. Nomen hoc dubito num vitii immune habendum sit, quum omnia illa Graecorum nomina in *αμενος* vel *ομενος* exeuntia a verbis formata sint, e. c. *Ἀκεσαμενός*, *Τισαμενός*, *Εἰδομεναί*, *Δεξαμενή*, *Σωζόμενος*. *Φαμενός*, alia. Fortasse igitur *Ἐλσαμενῆς* scribendum. Nisi *Ἐλλαμενή* ad *ἴλασθαι* revocandum est, pro quo *ἔλλασθαι* Aeoles dixerunt[1]). — Vs. 33 non probari potest quod Passovius scripsit *καὶ τόδ᾽ ὁ — μὲν ἠρίον ὀγκώσει*, qui quum sententiam loci difficillimi hanc esse dicit, ***fatalem hunc tumulum premet hospes infelicissimus***, docere debebat, *ὀγκοῦν ἠρίον* aliud quidquam significare posse quam ***sepulcrum in altum educere.***

Hinc

1) In Callimachi loco notissimo Schneidew. ad Simonid. fragm. p. 104 verissime correxit *ἔλλατε νῦν, ἐλέγοισι δ᾽ ἐνιψήσασθε λιπώσας | χεῖρας, ἵνα μοι πουλὺ μένουσιν ἔτος*, pro *ἐλλᾶτε*. Idem postea G. Dindorfius Thes. L. G. v. *ἔλλημι*. Vs. 2 forsan scribendum *χεῖρας, ἵν᾽ ἀκμαῖοι πουλὺ μένωσιν ἔτος*.

Hinc ὀγκωτὸς τάφος *altus tumulus*, et ὀγκῶσαί τινα τάφῳ *tumulo aliquem augere* i. e. *sepelire*. Exempla loquutionis collegit tantum non omnia Hemsterhusius apud Geel. Bibl. crit. nov. I p. 83, ad quae qui diligenter attenderit, facile intelliget ne Hemsterhusium quidem Alexandri verba recte interpretari *sepelietur*, quod graece non aliter dici potuit quam ὀγκωθήσεται ἠρίῳ. Quae quum reputo in eam adducor sententiam, ut Brunckium verum vidisse credam, qui ἠρίον οἰκήσει coniecit, quod qui ita reiiciunt, ut non probabile esse dicant vulgare verbum οἰκεῖν a librariis substitutum esse exquisitiori ὀγκοῦν, non expendisse videntur, eiusmodi in rebus saepe dominari casum, a quo nihil tutum. Ceterum ἠρίον οἰκεῖν de mortuo dixit etiam Hedylus apud Athen. IV p. 176 *c*.

Praeter Apollinem unius tantum elegiaci carminis nomen superest, quod *ΜΟΥΣΑΙ* inscriptum erat. Ex eo Macrobius Saturn. V, 22 hosce versus servavit:

Ἀλλ' ὅγε πευθόμενος πάγχυ Γραικοῖσι μέλεσθαι
Τιμόθεον κιθάρης ἴδμονα καὶ μελέων,
υἱὸν Θερσάνδροιο, τὸν ἤνεσεν ἀνέρα σίγλων
χρυσείων ἱερὴν δὴ τότε χιλιάδα,
ὑμνῆσαι ταχέων Ὦπιν βλήτειραν ὀϊστῶν,
ἥ τ' ἐπὶ Κεγχρείῳ τίμιον οἶκον ἔχει.

* * *

Μηδὲ θεῆς προλίπῃ Λητωΐδος ἄκλεα ἔργα.

Macrobii verba haec sunt: ***Alexander Aetolus, poeta egregius, in libro qui inscribitur Musae, refert quanto studio populus Ephesius dedicato templo Dianae curaverit praemiis propositis, ut qui tunc erant poetae ingeniosissimi in deam carmina diversa componerent. in his versibus Opis non comes Dianae, sed Diana ipsa***

vocata est. loquitur autem, ut dixi, de populo Ephesio: Ἀλλ' ὅγε πευθόμενος — τίμιον οἶκον ἔχει. *Et mox:* Μηδὲ θεῆς προλίπῃ κτλ. Ex Macrobio qui profecit Servii nomen mentitus vetus interpres Virgilii Aen. XI, 532 negligentissime Alexandri versus inspexit: *hoc nomen* (Opis) *ipsius Dianae fuisse ab Ephesiis dedicato templo ei impositum, Alexander Aetolus poeta in libro, qui inscribitur Musae, refert.* Priores quinque versus, quos in antiquissimis Macrobii editionibus frustra quaeras, primus, ni fallor, edidit Hervagius in edit. Basil. 1535, unde in Gryphianam a. 1538 et inde in reliquas editt. propagati sunt. Sextum septimumque versum ex cod. addidit Gronovius. Discimus igitur ex carmine Alexandri Ephesios Dianae templum dedicaturos Timotheum decem millibus aureorum pretio conduxisse, ut in deae honorem carmen componeret. Qui quum ex fide Marmoris Pariani archonte Agathocle i. e. Olymp. CV anno quarto mortuus sit (de quo v. Clintonum F. H. ed. Krüg. p. 135) apertum est, non alteram, quae post Herostrati facinus (Olymp. CVI, 1) effecta est, sed antiquiorem illam Artemisii dedicationem intelligi posse; de quo post Al. Hirtium Hist. Archit. vet. II p. 60 admonuit Boeckhius Corp. Inscr. vol. II p. 343. Eam vero in illud tempus incidisse, quo maxime Timotheus floruit, diserte indicavit Alexander. Hymnus autem ille, quo Dianam celebravit Timotheus, haud dubie is est, quem Ἄρτεμις inscriptum memorat Suidas v. Τιμόθεος, et cuius partem servavit Plutarchus de aud. poet. p. 22 *a.* Τιμοθέῳ ᾄδοντι τὴν Ἄρτεμιν ἐν τῷ θεάτρῳ Μαινάδα θυάδα φοιβάδα λυσσάδα, Κινησίας εὐθὺς ἀντεφώνησε τοιαύτη σοι θυγάτηρ γένοιτο. Ac fortasse

ex eodem carmine haec Hesychii deprompta sunt vol. II, p. 998 *Πολυθύσανε*: *Ἄρτεμι πολυθύσανε κούρα: διὰ τὸ θυσάνοις καὶ αὐτὴν χρῆσθαι, ἢ ὅτι πολλαχόθεν ᾄσσεται ὡς κυνηγέτις, ἢ πολυθώνστος* (leg. *πολυθώυκτος*), *ἢ πολυθυσίαστος*. Iam de singulis videamus. Vs. 1 Basil. *πάγχη*, quod primus correxit Brunckius. — Vs. 3 pro *Θέρσανδροιο* Pontanus nescio unde *Θερσάνδρου*. Thersandrum Timothei patrem perhibet etiam Suidas v. *Τιμόθεος*. Quem in praestantissimis Ioniae tibicinibus Thersandrum memorant Polyaenus Strat. VI, 10 et Xenophon Hellen. IV, 8, 18, fortasse Timothei frater habendus est. In sequentibus aliquid offensionis habet articulus a nomine interposito verbo diremtus, ut apud Callimachum Fragm. CXVIII *τὴν οἵ φασι τεκόντες | εὐναίους ὁαρισμοὺς | ἔχθειν ἶσον ὀλέθρῳ*. Sed in Alexandri versu articulus pronominis demonstrativi loco positus videtur, apud Callimachum autem fortasse *τὴν δή φασι τεκόντες* scribendum. Sequens versus in Basil. vitiosissime scriptus est, *χρυσείνω ἱερῶν πάντοτε χιλιάδα*, ex quibus *πάντοτε* etiam ceteras editiones occupavit. Gronovius demum ex cod. scripsit *δὴ τότε*. Praeterea idem *ἱερῇ χιλιάδι*. Id qui sequutus est Brunckius locum ita edidit: *τὸν ἤνυσεν ἀνέρα σίκλων χρυσείων ἱερῇ δὴ τότε χιλιάδι ὑμνῆσαι*, quod ita interpretatur: *dono mille siglorum ab eo impetravit ut celebraret Dianam*. Lobeckius olim ad Aiac. 381 *τῷ ἤνεσαν ἀνέρι σίκλων χρυσείων ἱερὴν δὴ τότε χιλιάδα ὑμνῆσαι*. Id postea reprobavit haud dubie; omisit certe in nova editione. Minus etiam aliorum correctiones probari possunt, quas vide apud Iacobsium Animadv. ad Anthol. I, 2 p. 238. Mihi non dubium est quin ii verum viderint qui *ἱερῇ χιλιάδι*

scribi voluerunt, sed iidem a vera loci sententia aberrarunt, quod genitivos χρυσείων σίγλων a substantivo χιλιὰς suspensos esse crediderunt, et χιλιάδι longe alio ac debebant sensu acceperunt. Quid enim est quod illam aureorum siglorum chiliada *sacram* dicit? quod sive eam ob caussam a poeta factum credas, quod in deae honorem expensa est, sive quoniam mercedem illam Ephesii Timotheo ex pecuniis in fano Dianae antiquitus depositis (Iul. Caesar. Bell. Civ. III, 33) solvebant, mirum tamen videri debet, ipsam mercedem ideo dici ἱερήν. Itaque hanc potius loco sententiam subesse credo: Ephesius populus decrevit ut Timotheus in solennitate, qua Artemisii ante mille annos conditi memoriam celebrarent, aureorum siglorum praemio proposito carmen in Dianae laudem componeret. Itaque χιλιὰς idem fere est quod χιλιετηρίς. Neque id sine exemplis est; Asinius quidem Quadratus librum, quo Romani imperii per mille annos florentis historiam complexus est, inscripserat χιλιάδα ῥωμαϊκήν, ut cognoscere licet ex Stephano Byz. v. Ἄνθιοι, qui eundem alio loco s. v. Ὀξύβιοι p. 517 χιλιαρχίαν appellat. Iam genitivis illis σίγλων χρυσείων apertum est indicari pretium, quo remunerari voluerunt carmen Ephesii; accuratius mercedis summam indicari non necessarium erat. De sigli vel sicli valore dixere intpp. Hesychii vol. II p. 1180 et Boeckhius Metrol. p. 49. Sed video rem etiam leniore correctione profligari posse in hunc modum, ut servata librorum lectione ἱερὴν χιλιάδα, versu sequenti scribatur ταχέων τ' Ὦπιν βλήτειραν ὀϊστῶν. Decreverunt Ephesii ut Timotheus sanctam illam chilieteridos festivitatem et Dianam carmine celebraret. Ad antiquissima tempora Artemisii origines relatas fu-

isse ex eo intelligitur, quod Amazones illud incendio delevisse ferebantur. V. Eusebium Chron. (ed. Med. 1818) p. 300. Itaque si Timotheum, cuius florem Diodorus ad Olymp. XCV, 3 rettulit, eiusdem Olympiadis anno primo carmen illud in Dianam condidisse ponimus, efficitur Ephesios Artemisium anno a. Chr. 1399 conditum esse credidisse. — Vs. 6 vulgo *ἡ δ' ἐπὶ Κεγχρίων*. Brunckius *Κεγχρειῶν*, quod qui probaverunt Iacobsius et Weberus Eleg. poet. p. 698 Cenchreas significari putarunt Corinthiacas. Paullo speciosius de Cenchreis Troicis cogitare potuissent; sed ne his quidem hic locus est. Scribendum potius *ἡ τ' ἐπὶ Κεγχρείῳ τίμιον οἶκον ἔχει.* Cenchrius enim Ephesii agri fluvius fuit antiqua religione conspicuus, cuius in vicinia Artemisium conditum fuisse ex hoc ipso Alexandri loco discimus. Strabo XIV p. 639: *ἐν δὲ τῇ αὐτῇ παραλίᾳ* (in qua Panormus Ephesiorum portus erat cum Dianae fano) *μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης ἐστὶ καὶ ἡ Ὀρτυγία, διαπρεπὲς ἄλσος — διαρρεῖ δὲ ὁ Κέγχριος ποταμός, οὗ φασι νίψασθαι τὴν Λητὼ μετὰ τὰς ὠδῖνας.* Pausanias VII, 5, 5: *ἡ δέ γε Ἐφεσία (παρέχεται ἐς συγγραφὴν) τόν τε Κέγχριον ποταμὸν καὶ τοῦ Πίονος τοῦ ὄρους τὴν φύσιν.* Tacitus Annal. III, 61: *primi omnium Ephesii adiere, memorantes non — Dianam atque Apollinem Delo genitos: esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam — edidisse ea numina.* Indicavi haec olim Capellmanno, qui commemoravit emendationem meam p. 82. — Vs. 7 Brunckius pro *ἄκλεα* scripsit *ἀγλαά*, quod recentiores sequuti sunt omnes. Revocavi librorum lectionem, cuius haec sententia est, *neque inornata Dianae facta praetermittat.* Consimili ratione Horatius dixit Carm. IV,

9, 31 *non ego te meis chartis inornatum silebo.* Si quid mutandum, probabilius sane scribi possit: *μηδὲ θεῆς προλίπῃ Λητωΐδος εὔκλεα (εὐκλέα) ἔργα*[1]). Pro *θεῆς* recte ut videtur Schneidewinus *θεᾶς*.

Ex eodem hoc carmine Musarum nomine inscripto, quo Alexander praestantissimorum cuiusque generis poetarum memoriam celebrasse videtur, etiam aliud fragmentum servatum esse existimo, quo Boeoti Syracusani et Euboei Parii, parodiographorum, laudes ita complexus est, ut Boeoto in parodico genere palmam prae Euboeo deferret. Est autem hoc:

Ὧν Ἀγαθοκλῆος λάσιαι φρένες ἤλασαν ἔξω
πατρίδος ἀρχαίων ἦν ὅδ' ἀνὴρ προγόνων,
εἰδὼς ἐκ νεότητος ἀεὶ ξείνοισιν ὁμιλεῖν
ξεῖνος, Μιμνέρμου δ' εἰς ἔπος ἄκρον ἰών
παιδομανεῖ σὺν ἔρωτι πότην ἴσον· ἔγραφε δ' ὠνήρ
εὖ παρ' Ὁμηρείην ἀγλαΐην ἐπέων,
πισσύγγους ἢ φῶρας ἀναιδέας ἤ τινα χλούνην
φλύων ἀνθηρῇ σὺν κακοδαιμονίῃ·
τοῖα Συρηκοσίοις καὶ ἔχων χάριν· ὃς δὲ Βοιωτοῦ
ἔκλυεν, Εὐβοίῳ τέρψεται οὐδ' ὀλίγον.

Servavit hoc carmen Polemo apud Athenaeum XIV p. 699 *c.* cuius operae pretium est integrum locum adscribere. Sic igitur ille p. 698 *b*: *καὶ τὸν Βοιωτὸν δὲ καὶ τὸν Εὔβοιον, τοὺς τὰς παρῳδίας γράψαντας, λογίους ἂν φήσαιμι, διὰ τὸ παίζειν ἀμφιδεξίους καὶ τῶν προγενεστέρων ποιητῶν ὑπερέχειν ἐπιγεγονότας.* Commemoratis dehinc Hipponacte, Epicharmo, Cra-

1) Litterae *ευ* et *α* simillimo compendio exarabantur. Apud Artemidor. Onirocr. II, 37 pro *ἄδηλος* leg. *εὔδηλος*, et apud Arcad. p. 82, 15 *ἄροτος* pro *εὔροτος*.

tino, Hegemone Thasio[1]), aliisque qui parodiis inclaruere poetis, p. 699 *b.* ita pergit: ὁ δὲ Εὔβοιος πολλὰ μὲν εἴρηκεν ἐν τοῖς ποιήμασι χαρίεντα, περὶ μὲν τῆς τῶν βαλανέων μάχης „βάλλον δ' ἀλλήλους χαλκήρεσιν ἐγχείῃσιν", περὶ δὲ τοῦ λοιδορουμένου κουρέως τῷ κεραμεῖ τῆς γυναικὸς χάριν „Μήτε σὺ τόνδ' ἀγαθός περ ἐὼν ἀποαίρεο κουρεῦ, μήτε σὺ Πηλείδη". ὅτι δ' ἦν τις περὶ αὐτοὺς δόξα παρὰ τοῖς Σικελιώταις, Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός, ὁ τραγῳδιοδιδάσκαλος, ποιήσας ἐλεγεῖον τρόπον τοῦτον δηλοῖ Ὡς Ἀγαθοκλῆος λάσιαι φρένες κτλ. — Vs. 1 libri ὡς, quod ab aliis aliter tentatum in ὧν mutavi, deleta quae vs. 2 post πατρίδος erat hypostigme, in quo me confirmavit consensus Hermanni. Boeotum dicit ab iis originem duxisse, quos Agathoclis crudelitas exilio multaverat; προγόνους de patre avoque Boeoti intelligo, quos ἀρχαίους dicit propter antiquam generis nobilitatem. Moneo haec, ne quis illa emendatione temporum rationes turbari arbitretur. — Vs. 4 cod. Μιμνέρμου δεῖ σε πόσα Κρονίων, quae felici coniectura sanavit Casaubonus. — Vs. 5 παιδομανεῖ σὺν ἔρωτι πότην ἴσον. Horum postrema quomodo emendari debeant difficile dictu est. Suspicabar olim πόθημ' ἴσον, hac sententia, Boeotum Mimnermi exemplum felicissime aemulantem non minus puerorum amoribus incaluisse quam illum puellarum. Πόθημα recte dici de persona ostendunt μίσημα, λάλημα, ἄλημα, alia. Sed requirebam nomen paullo fortius, idque suppeditavit Hermannus, qui πτόημ' ἴσον scribendum coniecit. Aegre tamen adducor ut Alexan-

1) Hegemonis quam affert eclogam p. 698 *d.* eius vs. 8 ita scribendus οἰκουρῶν (pro εὐχοίρων) βδελυρῶν ὀλλύντων τ' ὀλλυμένων τε.

drum, politissimum poetam, ante *πτόημα* syllabae correptionem sibi permisisse credam. Itaque malim *παιδομανεῖ σὺν ἔρῳ πτοίημ' ἴσον.* Forma *ἔρος* Alexander usus est supra Apollin. vs. 12. Possis etiam *παιδομανεῖ σὺν ἔρῳ πτοιὴν ἴσος*, vel si liberius ludere datur, *παιδομανεῖ σὺν ἔρῳ πόθον ἤνεσεν*, ut Phanocles Stobaei Flor. LXIV, 4, 10 dixit *οὐδὲ πόθους ἤνεσε θηλυτέρων*, et Leonidas Tar. XX, 4 *καὶ αἰνῆται Κύπρις ὑπ' ἀμφοτέρων*, vel denique *παιδομανεῖ σὺν ἔρῳ πότον ἤνεσεν* i. e. compotationem. — Vs. 5 et 6 *ὠνὴρ εὖ* Wetstonus Hermes. p. 69. Libri fere *ὦ 'νηρεῦ.* — Vs. 7 cod. A *πισσυγάση φωρωσαν αἴδεας.* B *φωρωσι ναιδέας.* P *φωρᾶσαν αἰδέας.* Correxit Wetstonus. Quod sequitur *χλούνην* significat grassatorem in herbis cubantem. Hesychius, *Χλοῦναι: λωποδύται, οἱ τῇ χλόῃ ἐνευναζόμενοι.* Schol. Venet. ad Hom. Il. *ί*, 539: *χλούνην, οἱ μὲν ἀφριστήν — ἄλλοι δὲ κακοῦργον· καὶ γὰρ τῶν ἀρχαίων ἰαμβοποιῶν τινα φάναι· Ἀνὴρ ὅδ' ἑσπέρης καθεύδοντα ἀπ' οὖν ἔδυσε χλοῦνιν*[1]). — Vs. 8 *φλύων* Schweighaeuserus pro *φλοίων*. Idem *ἀνθηρῇ*. A *ἀνθηρη.* PVL *ἀθήρη.* Si sanum est *κακοδαιμονίῃ, vesania*, pro *ἀνθηρῇ* scribendum fuerit *ἀτηρῇ*. Sed verum vidisse puto Hermannum ita haec corrigentem:

1) Ita Hermannus Opusc. V p. 10 correxit editum *ἄπουν ἔδησε χλούνην*, pro quo *ἀπ' οὖν* felicissime restitutum est. Consimilem corruptelam tollere licet ex Nicandri Alexiph. 574 ubi quod editur *σαρκὸς γὰρ ἀπουνόσφισε χέλειον*, ita corrigendum ut scribatur *ἀπ' οὖν νόσφισσε.* Quae mox sequuntur apud scholiasten, *τινὲς δὲ τῶν τὰ Αἰολικὰ ἀναγεγραμμένων Χλούνην τόπον τινά φασι καλεῖσθαι περὶ Καλυδῶνα, ἐν ᾧ τὸν κάπρον διατρίβειν, καὶ διὰ τοῦτο χλούνην προσαγορευθῆναι*, in iis pro *Αἰολικὰ* scribendum *Αἰτωλικά*, et *Χλοίνειον* pro *Χλούνην*. V. Etymol. M. p. 533, 32 et Arcadius p. 121, 2.

ἤ τινα χλούνην φλοιῶν ἀνθηρῇ σὺν κακοειμονίῃ, einen Lumpenkerl, der einen aus Bast zusammengeflickten buntscheckigen Kittel trägt. — Vs. 9 suspicabar *τοῖα Συρακοσίοις γὰρ ἔχει χάριν, talibus enim Syracusani delectautur.* Nunc praefero quod coniecit Hermannus: *τῷ ῥα Συρηκοσίοις καὶ ἔχον χάριν,* h. e. Boeotus et Euboeus. Utrumque enim haud dubie in praecedentibus Alexander iam memoraverat. Quae sequuntur quum in libris ita scripta sint, *ὡς δὲ Βοιωτούς,* emendaverunt Casaubonus et Iacobsius. *Βοιωτὸς* prima correpta dixit etiam Sophocles apud Zenob. II, 65 *ὅταν τις ᾄδῃ τὸν Βοιώτιον νόμον.* Vs. 10 vix credas dubitari potuisse a quibusdam sententiam loci esse, Boeotum tam eximium poetam fuisse, ut qui eum audiverit Euboeo ne minimum quidem delectetur. Ceterum ex his intelligitur, Euboei et Boeoti parodias etiam post eorum mortem in scenis actitatas esse.

Praeterea nihil ex elegis Alexandri allatum memini nisi quae servavit Strabo lib. XII p. 566 *ὅτι δ' ἦν κατοικία Μυσῶν ἡ Βιθυνία πρῶτον μαρτυρήσει Σκύλαξ ὁ Καρυανδεύς, φήσας περιοικεῖν τὴν Ἀσκανίαν λίμνην Φρύγας καὶ Μυσούς, ἔπειτα Διονύσιος ὁ τὰς κτίσεις συγγράψας — ὅ τε Εὐφορίων „Μυσοῖο παρ' ὕδασιν Ἀσκανίοιο" λέγων, καὶ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος*

Οἳ καὶ ἐπ' Ἀσκανίων δώματ' ἔχουσι ῥοῶν
λίμνης Ἀσκανίης ἐπὶ χείλεσιν, ἔνθα Δολίων
υἱὸς Σειληνοῦ νάσσατο καὶ Μελίης,

τὸ αὐτὸ ἐκμαρτυροῦσιν, οὐδαμοῦ τῆς Ἀσκανίας λίμνης εὑρισκομένης ἀλλ' ἐνταῦθα μόνον. Euphorionis et Alexandri versus iterum apposuit lib. XIV p. 681: *λέγεσθαι γάρ φησι* (Apollodorus) *καὶ τῆς Μυσίας κώμην Ἀσκανίαν περὶ λίμνην ὁμώνυμον, ἐξ ἧς καὶ τὸν*

Ἀσκάνιον ποταμὸν ῥεῖν, *οὗ μνημονεύει καὶ Εὐφορίων* „*Μυσοῖο παρ' ὕδασιν Ἀσκανίοιο*" *καὶ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος Οἳ καὶ ἐπ' Ἀσκανίῳ κτλ.* De Mysis loqui Alexandrum ex priore Strabonis loco intelligitur. Versu primo altero loco legitur *Ἀσκανίῳ ῥόῳ*. Pro *οἳ* utroque loco Mosc. et Par. *εἰ*. Dolionem, a quo Cyziceni Doliones appellati sunt, habes etiam apud Etymol. M. p. 282, 22. Cfr. Suidas, *Δολίωνος* (leg. *Δολίων*): *ὄνομα κύριον*. Sileni et Meliae connubium, ex quo Pholus natus ferebatur, memorat Apollod. II, 5, 4.

His elegorum fragmentis commode EPIGRAMMATA subiungere licebit. Sunt ea numero duo, ad summum tria. Plura olim fuisse docet Meleager Carm. I, 39 ubi *Ἀλεξάνδροιο νέους ὅρπηκας ἐλαίης* coronae suae se intexuisse testatur. Horum primum legitur in Anthol. Plan. IV, 172:

Αὐτά που τὰν Κύπριν ἀπηκριβώσατο Παλλάς,
τᾶς ἐπ' Ἀλεξάνδρου λαθομένα κρίσιος.

Alexandro Aetolo disertim tribuit epigraphe: *Ἀλεξάνδρου Αἰτωλοῦ, εἰς τὴν αὐτήν*. Nimirum praecedit Leonidae Tarentini epigramma *εἰς Ἀφροδίτην ὡπλισμένην*. Versu primo *αὐτὰ* pro *αὐτὰν* ex Ald. restituit Iacobsius. Alterum, quod Alcmanem poetam lyricum loquentem inducit, hoc est:

Σάρδιες, ἀρχαῖος πατέρων νομός, εἰ μὲν ἐν ὑμῖν
ἐτρεφόμαν, κέρνας ἦς τις ἂν ἢ μακέλας
χρυσοφόρος, ῥήσσων καλὰ τύμπανα, νῦν δέ μοι Ἀλκμὰν
οὔνομα, καὶ Σπάρτας εἰμὶ πολυτρίποδος,
καὶ Μούσας ἐδάην Ἑλληνίδας, αἵ με τυράννων
θῆκαν Δασκύλεω μείζονα καὶ Γύγεω.

Servavit Anthol. Palat. VII, 709 cum epigraphe: *Ἀλεξάνδρου. ζητητέον, ὅτι ἔσφαλται καὶ ἔστιν ἀδιανόητον.* Haec quidem *σφάλματα* nunc ita abstersa sunt, ut car-

men fere sine offensione legi possit. Omisso auctoris nomine habet etiam Plutarchus de Exil. p. 599 e: ἔξεστι δ' ἀκούειν τοῦ μὲν Πολυνείκους ἀποκρινομένου πρὸς τὸ ἐρώτημα τοῦτο „Τί τὸ στέρεσθαι πατρίδος; ἢ μεῖζον κακόν; μέγιστον. ἔργῳ δ' ἐστὶ μεῖζον ἢ λέγειν" τοῦ δ' Ἀλκμᾶνος, ὡς ὁ γράψας τὸ ἐπιγραμμάτιον πεποίηκε· Σάρδιες, ἀρχαῖος κτλ. Alexandro Aetolo hoc epigramma, quamquam nulla in lemmate codicis Pal. patriae significatio addita est, recte tribuisse videtur Brunckius. Vs. 1 Pal. ἄρχαιαι. Plut. ἀρχαῖος. — Vs. 2 Pal. κέρνας ηστισαν ἢ μακέλας. Plut. κέλσας ἤ τις ἀνὴρ μακέλας. De κέρνας vel κερνᾶς, cui Salmasius aliique χέρνας substituerunt, dixit Lobeckius Aglaoph. p. 27. Tum pro ἦν, ut Brunckius aliique scripserunt, codicis vestigia sequutus reposui ἧς. Pro μακέλας Salmasius βακέλας, quod pro βάκηλος dictum esse volunt. V. Iacobsium Animadv. I, 2 p. 236. Vereor ne aliud lateat. — Vs. 3 ῥήσσων καλὰ τύμπανα. Dioscorides Anth. Pal. VII, 485 τύμπαν' ἐπὶ στήλῃ ῥήσσετ' Ἀλεξαμένους. Similiter *tympana rumpere* dixisse Statium Theb. X, 644 annotavit Lobeckius. Praeterea haereo in καλά, quod hoc loco minus commodum tympanorum epitheton est. Non laudare enim, sed cum quodam contemtu memorare tympana debebat poeta. Itaque scribendum videtur λάλα τύμπανα, i. e. *strepentia*. Vide Erycium Anth. Pal. VI, 234 ταῦτά τ' ὀρειχάλκου λάλα τύμπανα. Dioscorides ib. VI, 220, 15 ἱρήν σοι θαλάμην ζωάγρια καὶ λαλάγημα τοῦτο (i. e. τύμπανον) τὸ θηρὶ φυγῆς αἴτιον ἀντίθεμαι. In fine Pal. ἄλλο, pro quo Ἀλκμὰν praebuit Plutarchus. — Vs. 4 pro Σπάρτας εἰμὶ πολυτρίποδος Plutarchus habet Σπάρτας εἰμὶ πολίτης. — Vs. 5 Ἑλληνίδας scripsi ex Plutarcho. Pal. Ἑλικωνί-

δας. Cfr. Plutarch. Def. orac. p. 422 *d*. Ἑλληνίδος μούσης ἀνάπλεως. — Vs. 6 pro μείζονα Plut. κρείσσονα. Dascylus quum ipse tyrannus non fuerit, sed Gygis tyranni pater, Bentleius ad Horat. Carm. II, 17 pro Δασκύλεω scribebat Κανδαύλεω. Non minus offensionis habet primae syllabae in nomine Γύγης correptio. V. Dindorf. ad Hesiodi Theog. 149 et Choeroboscum in Bekk. Anecd. p. 1359. Probo igitur Iacobsium Delect. Epigr. p. 94 transpositis nominibus scribentem θῆκαν καὶ Γύγεω μείζονα Δασκύλεω, *vel Gyge, Dascyli filio, potentiorem*, sed ita ut praecedente versu pro τυράννων corrigam τύραννον. Quod enim Iacobsius vertit *quum ceteris tyrannis tum Gyge*, vix probari potest. De genitivo Δασκύλεω pro Δασκύλου vide Comment. de Rhiano ad Epigr. VII, 6.

Dubitantius his tertium adiicio epigramma, quod item Alexandro Aetolo tribuit praeter alios Brunckius Anal. I p. 418. Legitur in Anthol. Palat. VI, 182 cum lemmate Ἀλεξάνδρου Μαγνήτου (leg. Μάγνητος).

Πίγρης ὀρνίθων ἄπο δίκτυα, Δᾶμις ὀρείων,
  Κλείτωρ δ' ἐκ βυθίων σοὶ τάδε Πὰν ἔθεσαν,
ξυνὸν ἀδελφειοὶ θήρης γέρας ἄλλος ἀπ' ἄλλης,
  ἰδρίτα καὶ γαίης, ἰδρίτα καὶ πελάγευς,
ἀνθ' ὧν τῷ μὲν ἁλός, τῷ δ' ἠέρος, ᾧ δ' ἀπὸ δρυμῶν
  πέμπε κράτος ταύτῃ, δαῖμον, ἐπ' εὐσεβίῃ.

In codice igitur hoc epigramma tribuitur Alexandro Magnesio, de quo etsi aliunde nihil compertum habemus, temerarium tamen videtur, eius in locum substituere Alexandrum Aetolum. Quot enim poetarum nomina suppeditat Anthologia, de quibus aliunde ne verbo quidem constat! Atque ut dicam quod sentio, mihi ne dignum quidem Alexandri Aetoli ingenio videtur hoc car-

men, quod quum in eodem argumento versetur, quod multo minus boni poetae tractarunt (Satyrius VI, 11, Iulianus Aegyptius VI, 12, Leonidas VI, 13, Antipater Sidonius VI, 14, Zosimus VI, 15, 183 — 185, Archias VI, 18, 179, 180, 181) nulli horum omnium ita praestat, ut tanquam *πρωτότυπον* haberi possit, ad cuius imitationem reliqui sua eiusdem argumenti carmina dirigerent. Praeterea magnae mihi offensioni est quod versu quarto legitur vocabulum *ἰδρίτης*, de cuius mensura si recte statuo, auctor huius poematii rerum prosodicarum plane imperitus censendus erit. Corripuit enim huius vocabuli mediam, quam producendam fuisse docet comparatio similium, ut *πολίτης*, *αὐλίτης*, *ἀκτίτης*, *ἀρθρίτης*, *λευκίτης*. His rationibus adducor, ut epigramma nostrum Alexandro Milesio vindicandum, hunc ipsum autem ad seriorem graecae poesis aetatem relegandum esse statuam. Paullo speciosius Alexandri Aetoli nomen praefigas alii incerti auctoris epigrammati quod legitur Anthol. Palat. VII, 534:

Ἄνθρωπε ζωῆς περιφείδεο μηδὲ παρ' ὥρην
ναυτίλος ἴσθι· καὶ ὣς οὐ πολὺς ἀνδρὶ βίος.
δείλαιε Κλεόνικε, σὺ δ' εἰς λιπαρὴν Θάσον ἐλθεῖν
ἠπείγευ, κοίλης ἔμπορος ἐκ Συρίης,
ἔμπορος, ὦ Κλεόνικε· δύσιν δ' ὑπὸ Πλειάδος αὐτήν
ποντοπορῶν αὐτῇ Πλειάδι συγκατέδυς.

Primo disticho in Anthol. Planud. p. 253 Steph. Theocriti nomen praescriptum est, unde totum poemation temere inter Theocritea epigrammata receptum est. Palat. hanc habet epigraphen: *Αἰτωλοῦς Αὐτομέδοντος εἰς Κλεόνικον ἐν Θάσῳ ναυαγήσαντα.* Quam apertum est non ita emendari posse, ut mutato verborum ordine scribatur *Αὐτομέδοντος Αἰτωλοῦ.* Automedon enim fuit

Cyzicenus. Hinc egregie mihi placet Iacobsii sententia Alexandri nomen supplentis et ante *Αὐτομέδοντος* addentis particulam *ἤ*, ut dubitatum fuerit Alexandro Aetolo an Automedonti carmen tribuendum esset. Neque vero alius poetae nomen excidisse videtur; nam praeter nostrum Alexandrum in tota graecarum litterarum historia nullum unquam Aetolum poesis aliarumve artium laude inclaruisse invenias. Adeo barbara natio fuit et a Musarum commercio aversa[1]).

Epicae poesis studiosum fuisse Alexandrum duorum carminum fragmentis docemur, quorum alterum ad Glauci, alterum forsan ad Circae fabulam spectabat. Horum quod primo loco posui, *ΑΛΙΕΥΣ* inscriptum, memorat Athenaeus VII p. 296 *e*. *ἱστορεῖ δὲ περὶ αὐτοῦ καὶ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Ἁλιεῖ, ὅτι κατεποντώθη*

Γευσάμενος βοτάνης, τὴν Ἠελίῳ φαέθοντι
ἐν μακάρων νήσοισι λιτὴ φύει εἴαρι γαῖα,
Ἥλιος δ' ἵπποις θυμήρεα δόρπον ὀπάζει
ὕλῃ ναιετάουσαν, ἵνα δρόμον ἐκτελέσωσιν
ἄτρυτοι καὶ μή τιν' ἕλοι μεσσηγὺς ἀνίη.

De Glauco Anthedonio haec dici diserto constat Athenaei indicio. De herba, cuius gustu immortalitatem consequutus est Glaucus, cfr. Athenaeus XIV p. 679 *a*: *τῆς ἀειζώου βοτάνης, ἧς ὁ Ἀνθηδόνιος ἐκεῖνος δαίμων ἐμφορηθεὶς ἀθάνατος πάλιν ἤ τις* (Adamus *ἁλιηχὴς*) *γέγονε*. Similiter Aeschylus Glauci fragm. 28 *ὁ τὴν ἀείζων ἄφθιτον πόαν φαγών*, et Nonnus XXXV, 75

1) Fuerunt quidem, qui Nicandrum Aetolum dicerent; sed falso. V. supra p. 173. De Zenodoto Aetolo a schol. Germanici Arat. ed. Buhl. p. 37 memorato quid statuam non habeo.

ubi Glaucum compellat his verbis: δεῖξον ἐμοὶ βοτάνην ζωαρκέα, δεῖξον ἐκείνην etc. Atque ita etiam alii. Illud autem singulare habet Alexandri narratio, quod herbam illam Solis equis pabulum praeberi et in beatorum insulis nasci dicit, a quo figmento proxime abest Aeschrionis Samii ratio Cronum eius satorem esse dicentis apud Athen. l. l. θεῶν ἄγρωστιν ἣν Κρόνος κατέσπειρεν, scilicet in insula, de qua Avienus O. M. 165: *post* (Herculis columnas) *pelagia est insula, herbarum abundans atque Saturno sacra.* Ac memorat iisdem in locis Glauci ἄκραν schol. Apollonii Rh. II, 767 ὁ Γλαῦκος παρὰ τοῖς Ἴβηρσι τιμᾶται γέρων καλούμενος. ἔστι δὲ Γλαύκου ἄκρα ἐκεῖ καλουμένη. Qui quod Glaucum apud Iberas γέροντος nomine cultum dicit, illustrat controversum et varie tentatum locum Avieni Or. Mar. 263 *et quae vetustum Graeciae nomen tenet, Gerontis arx est eminus*, quae ipsa illa Γλαύκου ἄκρα est. — Vs. 1 verbum κατεποντώθη, quod vulgo post βοτάνης legitur, transposui et cum Athenaei verbis coniunxi. — Vs. 2 γαῖα pro γαίῃ Hermannus Add. ad Orph. p. XII, qui ibidem de λιτός, *gratus, expetitus* disseruit. Cfr. Naekium Opusc. I p. 26. — Vs. 4 ὕλῃ ναιετάουσαν paullo insolentius dictum de herba illic nascente. Praeivit quodammodo Homerus Il. β' 626 νήσων αἳ ναίουσι πέρην ἁλός. Quo loco ναίειν est *iacere, situm esse*, ut Odyss. 9, 22 Il. ζ' 415 πόλιν Κιλίκων εὖ ναιετάουσαν, quae rectius Brunckio Add. ad Apoll. Rh. IV, 275 intellexit Wessel. ad Herod. II, 66. Cfr. Alexander Ephesius de Plan. 11 γαῖα μὲν οὖν ὑπάτη τε βαρεῖά τε μεσσόθι ναίει. Aliis locis nihil est quam εἶναι, ὑπάρχειν. Oraculum apud Clem. Alex. Protr. p. 15 Sylb. νηὸν ζητοῦσι τὸν οὐκέτι ναιετάοντα,

i. e. *τὸν οὐκέτι ὄντα*. Haec omnia tamen differunt aliquautum ab eo quod Alexander sibi permisit. — Vs. 5 Valckenarius ad Theocr. Adon. p. 212 tentabat *μή νιν*. Si quid mutandum, malim *μή τις*. Tum praestat forsan *ἕλῃ*.

Alterum eiusdem generis poematium, *ΚΙΡΚΑ* inscriptum, laudatur ab Athenaeo VII p. 282 *f*: *ἔστι δ' ὁ πομπίλος ζῷον· ἐρωτικόν, ὡς αὐτὸς γεγονὼς ἐκ τοῦ οὐρανίου αἵματος ἅμα τῇ Ἀφροδίτῃ. Νίκανδρος δ' ἐν δευτέρῳ Οἰταϊκῶν φησι Πομπίλος, ὃς ναύτῃσιν ἀδημονέουσι κελεύθους μηνύσας φιλέρωσι καὶ ἄφθογγός περ ἀμύνων. Ἀλέξανδρος δ' ὁ Αἰτωλὸς ἐν Κίρκᾳ, εἰ γνήσιον τὸ ποιημάτιον,*

Πηδαλίῳ ἄκρῳ ἐπὶ πομπίλος ἀνιόχευεν,
εἰς τὰ κάτω κατόπισθε θεοῖς ὕπο πομπίλος ἰχθύς.

Ita enim recte Schweighaeuserum cod. Ven. lectionem *Κρίκαι* correxisse existimo; nisi forte doctum poetam et rariora captantem Cricam dixisse statuere velis, quam communis usus Circen appellabat. Similiter variari constat in *κερκὶς* et *κρεκίς*, *κίρκος* et *κρίκος*. Quod olim existimabam, carminis inscriptionem ductu annotationis Choerobosci apud Bekkerum Anecd. p. 1392 *Κρίκας, Κρίκα. ἔστι δὲ ὄνομα ποταμοῦ*, expediri posse, nunc prorsus repudio. Ad ipsa poetae verba ut veniam, apertum est hoc fragmentum, prout a Dindorfio ad Schweighaeuseri mentem editum est, intelligi non posse. Vulgo *ἀνιοχεύει καὶ τὰ κάτω κατόπισθε*. Cod. ABP *ἀνιοχεύνης τὰ κάτω κατόπισθε*. Scribendum igitur *ἀνιοχεύων ἧστ' ἀκάτω κατόπισθε*[1]). Id ipsum enim fingebant

1) Hanc emendationem indicavi olim Capellmanno, qui eam memoravit p. 84. Fugit hoc Bergkium Museo Rhen. nov. vol. I.

bant veteres, pompilum piscem in puppi navium sedentem sive navigium pedissequi instar prosequentem cursum navis dirigere. Multorum ea de re scriptorum testimonia congessit Athenaeus, ex quibus maxime huc faciunt Erinnae versus p. 283 *d*:

Πομπίλε ναύτῃσιν πέμπων πλόον εὔπλοον ἰχθύ,
πομπεύσαις πρύμναθεν ἐμὰν ἀδεῖαν ἑταίραν.

Item Apollonii Rhodii locus ex carmine quo Naucratis urbis primordia exposuerat p. 284 *a*: *πομπίλον ὠκυάλων νηῶν αἰήονα δοῦλον*, ubi pro *αἰήονα* scribendum esse suspicor *αἰδήμονα*. Sed in Alexandri versu etiam sequentia verba, *θεοῖς ὕπο πομπίλος ἰχθύς*, vitium traxisse videntur, quod ita tollendum suspicor ut scribatur: *θεᾶς ὕπο πόμπιμος ἰχθύς*. De Ulixis enim navigio agi videtur, cui Circe pompilum comitem addiderat. *Πόμπιμος* autem passivo sensu explico *a dea missus*, ut apud Euripid. Med. 837 aliosque a Matthiaeo laudatos. Ita igitur fragmentum nostrum scribendum est:

Πηδαλίῳ ἄκρῳ ἔπι πομπίλος ἀνιοχεύων
ἧστ' ἀκάτω κατόπισθε, θεᾶς ὕπο πόμπιμος ἰχθύς.

De epicis Alexandri carminibus quaerenti non praetermittenda sunt *ΦΑΙΝΟΜΕΝΑ*, quo nomine carmen scripsisse illum perhibet Anonymus in Vita Arati a Buhlio edita vol. II p. 443: *πολλοὶ γὰρ καὶ ἄλλοι Φαινόμενα ἔγραψαν, καὶ Κλεοπάτρης* (fort. praestat *Κλεόπατρος*) *καὶ Σμίνθης καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Ἐφέσιος, καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Λυκαίτης, καὶ Ἀνακρέων καὶ Ἀρτεμίδωρος καὶ Ἵππαρχος καὶ ἄλλοι πολλοί. ἀλλ' ὅμως πάντων λαμπρότερον ὁ Ἄρατος ἔγραψεν.* Nec minus diserte Sextus Empir. adv. Log. II p. 496: *τὸ δὲ σημεῖον ὡς σημεῖον μετὰ*

πολλῶν ὥς φασι μόχθων διδάσκεται. οἷον τὸ κατὰ κυβερνητικὴν ὅτι ἀνέμων ἐστὶ δηλωτικὸν καὶ χειμώνων ἢ εὐδίας. ὡσαύτως δὲ καὶ παρὰ τοῖς τὰ οὐράνια πραγματευσαμένοις, καθάπερ Ἀράτῳ καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ Αἰτωλῷ. **Ubi quod Fabricius scripsit, partem carminis** Alexandri, sex et viginti versibus constantem, servatam esse a Theone Smyrnaeo apud Th. Galeum Add. ad Parthenium p. 49, verum quidem est hos versus a Theone assignari Alexandro Aetolo, sed Ephesio, cui nonum et decimum illius fragmenti versum Heraclitus Alleg. Hom. cap. 12 assignat, gravissimis argumentis vindicavit Naekius Opusc. philol. I p. 13 sqq. Quod inter Aratei carminis commentatores (*τοὺς περὶ τοῦ Ἀράτου συνταξαμένους*) Anonymus apud Petavium Doctr. Temp. vol. III p. 147 etiam Alexandrum nostrum nominat, id ille fortasse propter ipsum illud Phaenomenorum opus fecit, quod etiam Hyginus respexisse videtur Astron. II, 21: *Alexander autem Hyadas ait dictas, quod Hyantis et Boeotiae sunt filiae, Pleiadas autem quod ex Pleione Oceani filia et Atlante sunt natae.* Quamquam haec eodem iure ad Ephesium referri possunt. Sed de hoc utcunque statuis, hoc tamen certum exploratumque habemus, Alexandrum Aetolum carmen de rebus caelestibus condidisse, fallique Naekium, quum poetae nostri ingenium a tali argumento alienissimum fuisse, eumque Phaenomena scripsisse tum se crediturum dicit, quum Anacreontem Phaenomena scripsisse crediturus sit. Apertum est virum egregium quum illa scribebat non recordatum esse gravissimum testimonium Sexti Empirici, cuius ex verbis haud inepte coniicias Alexandri Phaenomena Arateis haud fuisse dissimilia. Quod autem de Anacreonte

dicit Naekius, mihi quoque semper mirabile visum est, inter Phaenomenon auctores recenseri hominem a caelestium rerum contemplatione alienissimum, et eo quidem loco ubi minime expectabas, h. e. medium inter Alexandrum Lycaiten et Artemidorum. Hinc nata mihi suspicio est, Anacreontem hunc qui Phaenomena scripsisse perhibetur distinguendum esse a poeta Teio. Ac nisi omnia me fallunt, memorat eundem Hyginus Astron. II, 6 *nonnulli lyram, quae proxima ei signo* (Engonasin dicit) *est collocata, Thesei esse dixerunt, quod ut eruditus omni genere artium lyram quoque didicisse videbatur, idque et Anacreon dicit*: *Ἀγχοῦ δ' αἰνητοῦ Θησέος ἐστὶ λύρη.* Quem versum Th. Bergkius Anacreont. p. 195 aliique non recte ad Teium poetam rettulerunt. Itaque si vera est nostra sententia, Anacreon ille Alexandrinae aetatis poeta fuisse et Phaenomena elegiaco carmine explicuisse existimandus est. Eique coniecturae haud leve firmamentum ex eo accedit, quod qua Teius Anacreon vixit aetate neque quod Engonasin vocabant astrum neque Thesei lyra in caelestibus signis commemorari potuit, de quo acute disseruit O. Müllerus Proleg. Mythol. p. 201. Denique ne illud quidem in hac caussa omittendum, Hyginum eodem loco quo Anacreontem commemorat etiam alium Alexandrinae aetatis poetam tanquam Phaenomenon auctorem producere, Hegesianactem, qui non diversus est ab eo quem memorat Ptolemaeus nobilissimo epigrammate apud auctorem Vitae Arati ed. Buhl. p. 433: *Πάνθ' Ἡγησιάναξ τε καὶ Ἕρμιππος τὰ κατ' αἴθρην Τείρεα, καὶ πολλοὶ ταῦτα τὰ φαινόμενα Βίβλοις ἐγκατέθεντο.* Ex quo intelligitur ad hunc ipsum Hegesianactem eiusque Phaenomena referendos esse egregios

versus a Plutarcho de fac. in orbe lunae p. 920 *f* *Πᾶσα μὲν ἥδε πέριξ πυρὶ λάμπεται ἐν δ' ἄρα μέσσῃ | γλαυκότερον κυάνοιο φαείνεται ἠΰτε κούρης | ὄμμα καὶ ὑγρὰ μέτωπα, τὰ δὲ ῥέθει ἄντα ἔοικεν.* Cfr. ib. p. 921 *b.* Ceterum adscripsi illum Anacreontis iunioris versum prout ipse eum correxi. Vulgo *ἀγχοῦ δαι τεῦ Θησέος ἐστὶ λύρη.* Vocabuli *αἰνετὸς* vel *αἰνητὸς* exempla praebet Maximus *περὶ καταρχ.* vs. 90. et epicus incertus Hesychii, *Αἰνετὰ νεικείοντα: τὰ ἐπαίνου ἄξια.* At possis etiam *ἀγχοῦ δ' Ἀκταίου Θησέος ἐστὶ λύρη.* Quod Bergkius coniecit *ἀγχοῦ δ' αἰητοῦ* etc. ipse ni fallor redarguit Hyginus, proximam ei signo, quod Engonasin dicebant, Thesei lyram esse affirmans.

Vidimus igitur Alexandrum nostrum in tragico elegiaco et epico poesis genere elaborasse; neque vero in his substitit ferax viri ingenium, siquidem eundem etiam ei poesis formae operam impendisse scimus, quae ex lascivis Ionicae Musae cantilenis efflornit et primum a Sotade Maronita ad quandam artis formam revocata Alexandrinorum poetarum studia varie exercuit. Strabo XIV p. 648: *ἦρξε δὲ Σωτάδης μὲν πρῶτος τοῦ κιναιδολογεῖν· ἔπειτα Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλός· ἀλλ' οὗτοι μὲν ἐν ψιλῷ λόγῳ, μετὰ μέλους δὲ Λῦσις καὶ ἔτι πρότερος τούτου ὁ Σῖμος.* Quo loco ne quis ita utatur ut poemata illa soluta oratione scripta fuisse putet, moneo *ψιλὸν λόγον* recte carmina vocari musicis modis destituta, quibus lyrica opponantur utpote cantu instructa. V. Schaeferum ad Dionysium Halic. C. V. p. 136. Non canebantur igitur Sotadis Alexandrique cinaedica carmina sed recitabantur, id quod testatur etiam Aristides Quintil. p. 32 *ῥυθμὸς δὲ καθ' αὑτὸν μὲν ἐπὶ ψιλῆς ὀρχήσεως· μετὰ μέλους δέ,*

ἐν κώλοις. μετὰ δὲ λέξεως μόνης ἐπὶ τῶν ποιημάτων μετὰ πεπλασμένης ὑποκρίσεως, οἷον τῶν Σωτάδους καὶ τινων τοιούτων. Ubi inter μέλος et λέξιν μόνην eadem est oppositionis ratio quae in Strabonis verbis obtinet inter μέλος et ψιλὸν λόγον. Lysis autem et Simus cantum et modulationem isti carminum generi addiderunt, quo factum est ut qui horum cantilenas canerent Λυσιῳδοὶ et Σιμῳδοὶ dicerentur, atque ipse ille Simus μελοποιὸς a Strabone appellaretur, quod nomen in Sotadem vel Alexandrum nequaquam caderet. Minus accurate igitur Athenaeus VII p. 293 *a*. Sotadem ἰωνικῶν ᾀσμάτων ποιητὴν appellavit, quum debebat ποιημάτων, quo nomine idem recte usus est XIV p. 620 e: ὁ δὲ Ἰωνικὸς λόγος τὰ Σωτάδου καὶ τὰ πρὸ τούτου Ἰωνικὰ καλούμενα ποιήματα, Ἀλεξάνδρου τε τοῦ Αἰτωλοῦ καὶ Πύρητος τοῦ Μιλησίου καὶ Ἀλέξου καὶ ἄλλων τοιούτων ποιητῶν προφέρεται. Ubi qui Πυρῆς dicitur poeta, eum Pyrrhum vocavit Suidas s. v. Σωτάδης vol. III, p. 356 ἔγραψε φλύακας ἤτοι κιναίδους διαλέκτῳ Ἰωνικῇ. καὶ γὰρ Ἰωνικοὶ λόγοι ἐκαλοῦντο οὗτοι. ἐχρήσατο δὲ τῷ εἴδει τούτῳ καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰτωλὸς καὶ Πύρρος ὁ Μιλήσιος καὶ Θεοδώρας καὶ Τιμοχαρίδας καὶ Ξέναρχος. Nec vero alterum utrum pro corrupto habendum est. Πύρρος et Πυρῆς nihil esse nisi diversas eiusdem nominis formas hoc argumento cognoscitur, quod spurius ille Homeri versus Il. τ', 327 εἴ που ἔτι ζώει γε Νεοπτόλεμος θεοειδής, annotante scholiaste Veneto, in aliis exemplaribus ita scriptus ferebatur: εἴπου ἔτι ζώει γε Πυρῆς ἐμὸς ὃν κατέλειπον. Quod nomen ne quis Πύρης scribendum coniiciat propter genitivum Πύρητος quo Athenaeus usus est, similiter a Θαλῆς formabatur Θάλητος. Idem nomen

Πυρῆς poetae anonymo Anth. Pal. XIII, 13 restituendum esse docui Delectu poet. Auth. gr. p. 235. Ac fortasse etiam apud Arcadium p. 25, 11, ubi coniunguntur nomina Θαλῆς Πυλῆς et Ποδῆς, pro Πυλῆς scribendum Πυρῆς, et apud Plinium H. N. XXXV, 37 *Pyres Icius* pro corruptissimo nomine *Pyreicus*. Suspicor autem hunc Pyrrhum non diversum esse ab eo cuius meminit Theocritus IV, 31 εἰμὶ μελικτάς, κῆν μὲν τὰ Γλαύκας ἀγκρούομαι εὖ δὲ τὰ Πύρρω. Ad ceteros Ionicorum carminum auctores ab Athenaeo Strabone et Suida memoratos quod attinet, de Timocharida Lyside et Alexa nihil aliunde compertum habeo; Xenarchum nemo ignorat. Pro Θεοδώρας scribendum Θεοδωρίδας, qui notissimus poeta est, Euphorionis aequalis. V. p. 18. Denique Simi nomen restituendum esse suspicabar Ioh. Siceliotae ad Hermog. apud Walzium Rhet. graec. vol. VI. p. 399 ποιητικὴ γὰρ ἡ Ἰὰς καὶ ἡδεῖα, ὡς τῶν ἄλλων οὐδεμία, διὸ καὶ τὰ Ἰωνικὰ ποιήματα ἐξαίρουσι ταῖς ἡδοναῖς, ὥσπερ τὰ Σιμωνίδου καὶ Μενελάου. At possis etiam Σωτάδου. Menelaum autem intelligo eum, quem Suidas Thebaidos aliorumque carminum auctorem dicit, cuius memoriam instauravit Ruhnkenius Dissert. de Longino §. X. Sotadeorum versuum quotquot supersunt exempla collegit Hermannus D. M. p. 445, nisi quod hoc ab Athenaeo servatum XIV p. 616 *d* omisit: Ὤδινεν ὄρος, Ζεὺς δ' ἐφοβεῖτο, τὸ δ' ἔτεκεν μῦν. Quos autem ex Stobaeo attulit Sotadis versus sexaginta, ii, sive dialectum sive dictionem sive sententiam spectas, ceteris quos Athenaeus servavit Sotadis versibus mihi quidem non similiores videntur quam insulsae istae quae Anacreontis nomen mentiuntur cantiunculae veris et genuinis

Anacreonticorum carminum reliquiis. Sed haec copiosius persequi non huius loci est.

Ut in reliquis, quae coluit Alexander, sive poesis sive metrorum generibus aliorum exempla sequutus est, ita fuit etiam ubi ipse nova auderet. Dico anapaesticum carmen, cuius particulam utinam maiorem servavit Gellius N. A. XV, 20. ***Eius*** (Euripidis) ***odii in mulieres Aristophanes quoque meminit. — Alexander autem Aetolus hos de Euripide versus composuit:***

Ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος χαιοῦ στρυφνὸς μὲν ἔμοιγε προσειπεῖν,
καὶ μισόγελως, καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς,
ἀλλ' ὅ τι γράψαι τοῦτ' ἂν μέλιτος καὶ Σειρήνων ἐτετεύχει.

Quae quum ex comoedia, quas nullas Alexander scripsit, petita esse non possint, apertum esse opinor Alexandrum, quod nec ante eum nec postea quisquam fecisse videtur, anapaesticis tetrametris ita usum esse, ut totum et integrum carmen ex iis componeret. Versum primum, qui vulgo ita legitur, ὁ δὲ Ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου στρυφνὸς μὲν ἔμοιγε ἔοικε προσειπεῖν, edidi ex emendatione Valckenarii ad Euripidis Phoen. p. 588 (452), quo annotante codex Franeq. ἔοικε, quod vulgo post ἔμοιγε legitur, omittit. Alterutrum sane delendum est. Ac Valckenarius, qui ἔοικε delevit, ἔμοιγε haud dubie ita intellexit ut sit ***me iudice.*** Magis tamen placeret στρυφνὸς μὲν ἔοικε προσειπεῖν. Nec in praesenti ἔοικε haereo. videtur enim poeta tabulam, in qua Euripides fortasse cum aliis poetis tragicis pictus erat, interpretari. Praeclare autem Valckenarius χαιοῦ scripsit pro ἀρχαίου. „Syllabam, in-

quit, sustuli voce ἀρχαίου in minus notam χαιοῦ commutata. Nobili genere satus et dives erat Anaxagoras". Quibus verbis respexit sine dubio haec Diogenis Laert. II, 6 de Anaxagora εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ διαφέρων ἦν. Idque ipsum optime exprimit vocabulum χαιός. Quod ego olim, non cognita Valckenarii emendatione, conieceram τροφὸς ἀρχαίου, cll. Hesychio, qui τροφοὶ per θρέμματα explicat, id dudum repudiavi. Apud Hesychium pro τροφοὶ scribendum τροφαί. — Vs. 2 καὶ μισόγελως. De Euripidis ἀγελαστίᾳ, quam ex Anaxagorae disciplina ductam cum Pericle communem habuit (Plutarch. Praec. pol. p. 800 c, schol. Aristid. ed. Fromm. p. 25), vide Valcken. Diatr. p. 25. Verba τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκὼς miro errore W. E. Weberus Eleg. graec. p. 298 ad elegiaca Alexandri fragmenta rettulit. — Vs. 3 ὅ τι γράψαι cod. Franeq. Vulgo ὅ τι καὶ γράψαι. Quae sequuntur μέλιτος καὶ Σειρήνων ἐτετεύχει apte compares cum iudicio Anonymi in Vita Eurip. Havn. Euripidi στόμα tribuentis μέλιτος καὶ Σειρήνων γλυκύτερον. De Sophoclis labiis cum mella abligurüsse lepide iocatur Aristoph. Fragm. Dind. 231. Formae τετευχέναι ab Atticistis damnatae exempla ex Alexandrinis habemus apud Archimedem Epigr. bov. apud Herman. Opusc. IV p. 230 et Machonem Athenaei XIII p. 581 e. quos cum Alexandro praetermisit Lobeckius ad Phryn. 395.

His profligatis restat ut incertorum carminum fragmenta apponam, multo illa plura numero futura, nisi hanc mihi legem scripsissem, ut in tanta cognominum scriptorum multitudine nihil propemodum nostro assignarem, nisi quae disertim Aetolo tribui vidissem. Alia etiam alias ob caussas exclusi, ex quo genere, ut

unum commemorem, hoc est quod legitur apud grammaticum a Bekkero editum ad Harpocrat. p. 23: *Ἀντικρὺς ἀντὶ τοῦ φανερῶς. Δημοσθένης „καὶ ἀντικρὺς ἦν τοῖς ὁμοφύλοις ἐχθρός.“ παρὰ δὲ Ἀλεξάνδρῳ καὶ χωρὶς τοῦ σ̄ εἴρηται Ἀντικρὺ δ' ἀπόφημι. ποιητικὸν δέ· τὸ γὰρ χωρὶς τοῦ σ̄ τοπικόν ἐστιν.* Dixit haec sane Alexander, sed non Aetolus noster neque alius quisquam eorum qui scriptis inclaruerunt, sed *δῖος Ἀλέξανδρος Ἑλένης πόσις ἠϋκόμοιο.* Sic enim ille apud Homer. Iliad. VII, 362 fatur: *ἀντικρὺ δ' ἀπόφημι, γυναῖκα μὲν οὐκ ἀποδώσω.* De quo versu propter ipsum illud *ἀντικρὺ* dixit Eustathius ad Odyss. p. 1915, 26.

I. Athenaeus X p. 412 *f*: *Τίτορμός τε ὁ Αἰτωλὸς διηριστήσατο αὐτῷ* (Miloni Crotoniatae) *βοῦν, ὡς ἱστορεῖ ὁ Αἰτωλὸς Ἀλέξανδρος.* Mirum est Schweighaeuserum ex verbo *ἱστορεῖν*, quod centies ipse Athenaeus de poetis posuit, coniecisse Alexandrum Aetotolicae historiae auctorem fuisse. De Titormo corporis robore nobilitato vide Perizonium ad Aelian. V. H. XII, 22 et Hermannum ad Lucian. de Hist. scrib. p. 215.

II. Pausanias II, 22: *Εὐφορίων Χαλκιδεὺς καὶ Πλευρώνιος Ἀλέξανδρος ἔπη ποιήσαντες, πρότερον δὲ ἔτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος, κατὰ ταὐτά φασιν Ἀργείοις Θησέως εἶναι θυγατέρα Ἰφιγένειαν.* V. ad Euphor. Fragm. LXI.

III. Scholiastes Ven. Homeri Il. III, 314: *Πορφύριος ἐν τοῖς παραλελειμμένοις φησὶν ὅτι τὸν Ἕκτορα Ἀπόλλωνος υἱὸν παραδίδωσιν Ἴβυκος, Ἀλέξανδρος, Εὐφορίων, Λυκόφρων.* Tzetzes ad Lycoph. 266: *Στησίχορος γὰρ καὶ Εὐφορίων καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Αἰ-*

τωλὸς ποιηταί φασι τὸν Ἕκτορα υἱὸν εἶναι Ἀπόλλωνος. V. ad Euphor. fragm. CXXV.

IV. Scholiastes Ven. ad Hom. Il. XVI, 233: *Ἀλέξανδρος δέ φησιν ὁ Πλευρώνιος ἔθνος εἶναι τοὺς Ἑλλοὺς ἀπόγονον Τυρρηνῶν καὶ διὰ πατρῷον ἔθος οὕτω τὸν Δία θρησκεύειν.* Homerus de Sellis dicit Iovis hypophetis *ἀνιπτόποσιν χαμαιεύναις.* Quam Iovis colendi rationem Alexander ad Tyrrhenorum morem revocaverat. Ceterum cfr. O. Müller Orchom. p. 445.

V. Scholiastes Theocriti Argum. Idyll. VIII. *Σωσίθεος δὲ λέγει Δάφνιν γενόμενον, ὑφ' οὗ νικηθῆναι Μενάλκαν ᾄδοντα Πανὸς καὶ Νυμφῶν κρινάντων, γαμηθῆναι δὲ αὐτῷ Θάλειαν. Ἀλέξανδρος δέ φησιν Αἰτωλὸς ὑπὸ Δάφνιδος μαθεῖν Μαρσύαν τὴν λυρικήν.* Marsyam, quem summo consensu omnes et poetae et mythographi non lyristam sed tibicinem praedicant, a Daphnide, qui et ipse auloedus fuit, *τὴν λυρικὴν* didicisse adeo novum est et sententiae, quae fabulae de Apollinis et Marsyae certamine subiecta est, adeo contrarium, ut non dubitem quin pro *ΛΥΡΙΚΗΝ* scribendum sit *ΑΥΛΗΤΙΚΗΝ.* Quod autem Daphnidem Marsyae Phrygis in arte auletica magistrum extitisse dixit Alexander, documento est Daphnidis fabulam etiam extra Siciliam fuisse propagatam. Eandem sibi Cretenses vindicasse docet Callimachi Epigr. XXIII: *οὐκέτι Δικταίῃσιν ὑπὸ δρυσίν, οὐκέτι Δάφνιν, ποιμένες, Ἀστακίδην δ' αἰὲν ἀεισόμεθα.*

VI. Etymol. M. p. 288, 3. *Δροίτη: ἡ πύελος· ὁ δὲ Αἰτωλὸς [Ἀλέξανδρος] τὴν σκάφην ἐν ᾗ τιθηνεῖται τὰ βρέφη. Παρθένιος δὲ τὴν σορόν κτλ.* Alexandri nomen excidisse monui olim ad Euphor. ed. pr. p. 49.

VII. Probus ad Virgilii Ecl. II, 24. ***Panyasis et Alexander lyram*** (Amphioni) ***a Mercurio muneri datam dicit, quod primus Cynaram liberaverit.*** Recte haec Schneidewinus Coniect. crit. p. 157 ad Alexandrum Aetolum rettulisse videtur. Postrema verba ita corrigenda sunt: ***quod primus ei aram dedicaverit.*** Ita certe rem narraverat Myro Byzantia teste Pausania Boeot. V, 4: *Μυρὼ δὲ ποιήσασα ἔπη καὶ ἐλεγεῖα Ἑρμῇ βωμόν φησιν ἱδρύσασθαι πρῶτον Ἀμφίονα καὶ ἐπὶ τούτῳ λύραν παρ' αὐτοῦ λαβεῖν.* Possis etiam ***quod primus ei in ara libaverit.*** Sed praestat alterum. Fallitur Schneidewinus.

De grammaticis Alexandri studiis, quae testatur Suidas v. Ἀλέξανδρος, praeter operam tragoediarum dispositioni impensam, nihil plane cognitum habemus. Fabricius Bibl. gr. I p. 503 quo auctore eum Homericis interpretibus adnumeraverit nescio. Cogitavit fortasse de Alexandro Cotyaensi.

PARTHENIUS NICAENUS.

PARTHENIUS NICAENUS.

Suidas: *Παρθένιος, Ἡρακλείδου καὶ Εὐδώρας· Ἕρμιππος δὲ Τήθας φησί· Νικαεὺς ἢ Μυρλεανός, ἐλεγειοποιὸς καὶ μέτρων διαφόρων ποιητής· οὗτος ἐλήφθη ὑπὸ Κίννα λάφυρον, ὅτε Μιθριδάτην Ῥωμαῖοι κατεπολέμησαν· εἶτα ἠφείθη διὰ τὴν παίδευσιν, καὶ ἐβίω μέχρι Τιβερίου τοῦ Καίσαρος· ἔγραψε δὲ ἐλεγείας, Ἀφροδίτην, Ἀρήτης ἐπικήδειον τῆς γαμετῆς, Ἀρήτης ἐγκώμιον ἐν τρισὶν βιβλίοις· καὶ ἄλλα πολλά.* Eudocia p. 357: *Παρθένιος. Ἡρακλείδου καὶ Εὐδώρας· Ἕρμιππος δὲ Τήθας φησί· Νικαεὺς ἢ Μυρλεανός, ἐλεγειοποιὸς καὶ μέτρων διαφόρων ποιητής· ἐπὶ Τιβερίου. ἔγραψεν ἐλεγεῖα εἰς Ἀφροδίτην. Ἀρήτης ἐπικήδειον τῆς γαμετῆς· καὶ ἐγκώμιον εἰς τὴν αὐτὴν ἐν τρισὶν βιβλίοις.* Inter recentiores de Parthenio egerunt Vossius Histor. graec. II, 1. Fabricius B. Gr. IV p. 307 et I. G. L. Mellmann Comment. de causis et auctt. narrat. de mutatis form. p. 79.

Parentes igitur Parthenii Heraclides et Eudora perhibentur, nisi quod Hermippus, quem Berytium esse suspicatur Reinesius, Eudorae loco Tetham nominaverat. Nec de patria idem omnium consensus, aliis cum

Nicaeae aliis Myrleae natum fuisse dicentibus. Nicaea quum Bithyniae oppidum fuerit, etiam Myrleam Bithyniacam, quae a Nicomedis Epiphanis matre etiam Apamea dicta est, intelligendam esse crediderim. Nicaenus appellatur Parthenius in titulo libri, quo amatorias narrationes complexus est, et a Steph. Byz. v. *Νίκαια. ὁ πολίτης Νικαιεὺς καὶ Νικαεύς, διχῶς. ἐξ αὐτῆς Ἰσίγονος καὶ Ἀσκληπιάδης καὶ Παρθένιος καὶ Ἀπολλόδωρος καὶ Ἐπιθέρσης ὁ γραμματικός.* Ubi qui memoratur Asclepiades, itidem ab aliis dicebatur Myrleanus. Suidas, *Ἀσκληπιάδης, Διοτίμου, Μυρλεανός. πόλις δέ ἐστι Βιθυνίας ἡ νῦν Ἀπάμεια καλουμένη. τὸ δὲ ἄνωθεν γένος ἦν Νικαεύς.* Cfr. Stephanus v. *Μύρλεια. Μυρλεανὸς Ἀσκληπιάδης ἀναγράφεται.* Ad huius igitur exempli similitudinem non male, opinor, suspiceris parentes Parthenii, quum initio Myrleae habitassent, postea Nicaeam se contulisse ibique natum esse Parthenium. De ceteris Parthenii rebus quod addidit Suidas, bello Mithridatico in Cinnae eum praedam cessisse et postea propter doctrinae praestantiam libertate donatum vitam usque ad Tiberii Caesaris tempora produxisse, magnae dubitationi obnoxium est. Cinnam enim, quem A. U. 670 Anconae interemtum esse ex Velleio Paterc. II, 24 constat, contra Mithridatem bellavisse nec traditum a quoquam est nec tradi potuit. Non igitur dubium est quin corruptum sit Cinnae nomen, cui ego aliquando Caecinam substituendum putabam, notum ex Ciceronis epistolis virum, qui per temporum quidem rationes Mithridatico bello interesse potuit. Sed haec sane incerta coniectura est; satis est demonstrasse Cinnae nullum hic locum esse. De re ipsa, captivitatem Parthenii dico, non dubitandum videtur. Expugnata au-

autem Nicaea est bello Mithridatico tertio A. U. 681 a Luculli legato Barba, ut constat ex Appiano B. M. cap. 77: *Βάρβας Προυσιάδα εἷλεν τὴν πρὸς τῷ ὄρει, καὶ Νίκαιαν ἔλαβε, τῶν Μιθριδάτου φρουρῶν ἐκφυγόντων.* Eo tum casu Parthenius in captivitatem venit. Ac constat etiam alios viros doctrinae laude florentes eodem ferme tempore Romam adductos esse, velut Tyrannionem Amisenum, de quo similiter ut de Parthenio Suidas: *ἤχθη εἰς Ῥώμην ληφθεὶς αἰχμάλωτος ὑπὸ Λουκούλλου, ὅτε κατεπολέμησε Μιθριδάτην.* Cfr. Plutarch. Luc. 19. At aetatem poetae nostri qui ad Tiberii Caesaris tempora pertinuisse scribit Suidas, haud dubie fallitur, si de suscepto a Tiberio imperio cogitavit. Imperare enim coepit Tiberius A. U. 767, quo tempore Parthenius, qui quum in captivitatem Romanorum veniret, vicesimum annum egerit, septimum supra centesimum annum superaverat. Nec tamen fortasse de nihilo est quod de Tiberio tradidit grammaticus, qui quum Parthenii carminibus impense delectatus sit, diu antequam imperio admoveretur iuvenis consuetudinem cum Parthenio sene contraxisse videri potest. Suetonius Tib. 70: *fecit et graeca poemata imitatus Euphorionem et Rhianum et Parthenium: quibus poetis admodum delectatus scripta eorum et imagines publicis bibliothecis inter veteres et praecipuos auctores dedicavit: et ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt.* Libertate donatus Parthenius partem vitae Neapoli transegisse videtur, ubi rexisse eum graeca studia Virgilii Maronis testatur Macrobius Saturn. V, 17 *Parthenius, quo grammatico in graecis Virgilius usus est.* Factum hoc videtur circa A. U. 690, quo tempore Virgilium

graecis latinisque literis operam dedisse affirmat Donatus V. Virg. §. 2. Et honoravit memoriam praeceptoris eo, quod et Moretum suum ad Parthenii imitationem composuit et integrum eius versum in Georgica recepit. V. ad Fragm. XXXIII.

Ad poesin viri ut veniam, recte quidem Suidas eum *διαφόρων μέτρων* poetam vocavit, at praecipue tamen in elegiaco genere videtur elaboravisse. Argumenta autem tractavit fere amatoria, et ita tractavit, ut germanum Alexandrinae scholae alumnum agnoscas, qui recolenda abstrusarum fabularum memoria doctrinae laudem aucupabantur. Artemidorus Onirocr. IV, 63: *εἰσὶ γὰρ καὶ παρὰ Λυκόφρονι ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ καὶ παρὰ Ἡρακλείδῃ τῷ Ποντικῷ ἐν ταῖς Λέσχαις*[1]), *καὶ παρὰ Παρθενίῳ ἐν Ἐλεγείαις, καὶ παρὰ ἄλλοις πολλοῖς ἱστορίαι ξέναι καὶ ἄτριπται.* Ad quae compara Sextum Emp. adv. Gramm. I, 278 *τὰ ἐν ξέναις ἱστορίαις κείμενα ἢ αἰνιγματωδῶς ἐκφερόμενα ταῦτ' ἔστιν ἄχρηστα.* Sed Artemidori testimonio qui ita uti vellet ut eandem Parthenii quam Lycophronis in Alexandra obscuritatem fuisse efficeret, multum a vero aberraret. Quamquam enim Parthenium in obscurarum fere et reconditarum fabularum enarratione sibi placuisse Artemidoro facile credimus, ex quo genere etiam pleraque eorum sunt, quae in superstite amatoriarum narrationum libello traduntur: expositionis tamen ratio nativa quadam simplicitate commendabatur, cuius rei luculenta testimonia habemus Fragm. inc. XXIV et XXXII, quae de maioribus carminibus, quibus Cydni et Byblidis amores tractavit, excerpta sunt. Eandem sim-

1) V. Epimetr. IX

plicitatem in dictionis ratione sequutus est, quam ad optimorum poetarum exempla ita conformavit, ut et Alexandrinae scholae elegantiam redoleret, nec obscura brevitate molesta esset. Verbositatis crimen, quod Lucianus in libro de scrib. hist. cap. 57 ei intendit, quo spectasse videatur exposui supra ad Euphor. p. 32 sq. Insolentioribus vocabulis et a communi usu remotis non abstinuit ille quidem, at modice tamen et ita fere usus est, ut orationi antiquitatis quendam doctaeque elegantiae colorem conciliaret.

In fragmentis poetae componendis hunc ordinem sequar, ut primo loco eorum carminum reliquias ponam, quae haud dubiis indiciis ex elegiaco genere fuisse intelligitur, i. e. Areten, Anxithemin, Archelaidem, Aphroditen, Bianta, Delum, Crinagoram, Leucadias. His subiungam quae incertum est utrum epico an elegiaco metro adstricta fuerint, ex quo genere sunt Anthippe, Idolophanes, Iphiclus, Metamorphoses, Moretum, Protrepticum. Tertio loco posui Herculis reliquias, quod carmen ex epico genere fuisse probabile est, quamquam si vera est nostra de Fragm. XXV opinio, rectius fortasse elegiacis carminibus accensuissem. Postremo incertae sedis fragmenta componam.

ΑΡΗΤΗ.

I.

Ita enim hoc carmen inscriptum fuisse ex scholiasta Pindari intelligitur ad Isthm. II, 63 *καὶ Παρθένιος ἐν τῇ Ἀρήτῃ τὸ Ἄννεμε ἀντὶ τοῦ ἀνάγνωθι.* Cui plus tribuo quam Suidae, duo carmina ad Aretes

uxoris memoriam et laudem spectantia Parthenio tribuenti, Ἀρήτης ἐπικήδειον τῆς γαμετῆς, Ἀρήτης ἐγκώμιον ἐν τρισὶν βιβλίοις, quae rectius ita distinguas, Ἀρήτης ἐπικήδειον, τῆς γαμετῆς Ἀρήτης ἐγκώμιον, ἐν τρισὶν βιβλίοις, ***Aretae epicedium, uxoris Aretae laudes complexum, tribus libris.*** Fragmenta, praeter unum illud ab scholiasta Pindari servatum, novi nulla. De verbo ἀννέμειν eo quo Parthenius dixit sensu egerunt interpretes Theocriti Id. XVIII, 48. Cognati argumenti duo sequentia carmina fuerunt.

ΕΠΙΚΗΔΕΙΟΝ ΕΙΣ ΑΥΞΙΘΕΜΙΝ.

II.

Ab uno Steph. Byz. p. 261 memoratur: ***Γαλλήσιον, πόλις Ἐφέσου· Παρθένιος ἐν ἐπικηδείῳ τῷ εἰς Αὐξίθεμιν, τὸ ἐθνικὸν Γαλλήσιος.*** Ubi pro πόλις fortasse ὄρος scribendum, quae nomina apud Stephanum etiam aliis locis confunduntur, de quo ad Euphor. monui. De Gallesio monte in finibus Ephesiorum v. Strab. XIV p. 642. Auxithemis virine an mulieris nomen fuerit incertum est. Marium nomina sunt Μητρόθεμις, Λεσβόθεμις, Ζηνόθεμις, de quibus v. Welckerum ad Schwenckii librum Etymol. mythol. Andeut. p. 265 fortasse etiam Πυργόθεμις apud Euphronem Athenaei XI p. 303.

ΕΠΙΚΗΔΕΙΟΝ ΕΙΣ ΑΡΧΕΛΑΙΔΑ.

III.

Huius memoriam servavit Hephaestio de Syll. p. 9: *Παρθένιος ἐπικήδειον εἰς Ἀρχελαΐδα γράφων ἐλεγεια-*

χόν, τὸν τελευταῖον μόνον στίχον ἀντὶ ἐλεγείου ἐποίησεν, ἐν ᾧ τὸ ὄνομα ἐρεῖν ἔμελλεν,

Ἀμυσχρὸν οὔνομ' ἔσσετ' Ἀρχελαΐδος.

In hoc carmine quod elegiacis versibus trimetrum immiscuit, fecit fortasse praeeunte Critia, qui quum Alcibiadem elegiaco carmine celebraret, eandem sibi sumpserat licentiam. Servavit illam carminis partem Hephaestio p. 22:

Καὶ νῦν Κλεινίου υἱὸν Ἀθηναῖον στεφανώσω,
Ἀλκιβιάδην νέοισιν ὑμνήσας τρόποις·
οὐ γάρ πως ἦν τοὔνομ' ἐφαρμόζειν ἐλεγείῳ,
νῦν δ' ἐν ἰαμβείῳ κείσεται οὐκ ἀμέτρως.

Alii poetae si quando tali nomine utendum esset, id ipsum libere profiteri quam carminis modos mutare maluerunt, ex quo genere est illud Lucilii Sat. VII: ***servorum hic festus dies est, quem plane hexametro versu non dicere possis.*** Lucilius fortasse sequutus est Archestratum apud Athenaeum VII, p. 284 *e.* de pisce loquentem, *ὃν ἐν μέτρῳ οὐ θέμις εἰπεῖν.* Lucilium vicissim imitatus est Horatius Sat. I, 5,87: ***oppidulo quod versu dicere non est.*** Ad Parthenium ut redeam, *ἀμυσχρόν,* quod ex rarioribus verbis est, Bernhardius ad Suidam vol. I p. 295 mutabat in *ἀμυχρόν,* cll. Suida, *Ἀμυχρόν: τὸ μὴ μυσαρὸν ἀλλ' ἁγνὸν καὶ καθαρόν· οὕτω Σοφοκλῆς· γράφεται δὲ καὶ ἀμυχρόν.* Ac sane illud ad analogiae legem accommodatius est. Sed moram iniicit Hesychius, *Ἀμυσχρόν: καθαρόν, ἁγνόν, ὁλόχροον.* Ita enim codex, ut postulat etiam litterarum series. Vulgo *ἀμυχρόν.*

ΑΦΡΟΔΙΤΗ.

IV.

Hoc carmen praeter Suidam memorat Stephanus Byz. p. 72: *Ἀκαμάντιον, πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας. Ἀκάμαντος κτίσμα τοῦ Θησέως, ᾧ συμμαχήσαντι πρὸς τοὺς Σολύμους τὸν τόπον δέδωκε· τὸ ἐθνικὸν Ἀκαμάντιος, ὡς Βυζάντιος. τὸ δὲ κτητικὸν τοῦ Ἀκάμαντος διὰ τῆς ει διφθόγγου. λέγεται καὶ Ἀκαμαντίς, ὡς Βυζαντίς, Παρθένιος δ' ἐν Ἀφροδίτῃ Ἀκαμαντίδα αὐτὴν καλεῖ.* Apertum est *αὐτὴν* non ad *πόλιν* sed ad *Ἀφροδίτην* referendum esse, quam Parthenius *Ἀκαμαντίδα Κύπριν* vel simili modo dixerat. De eo autem dubitari potest utrum Acamantidis nomen a Phrygiaca urbe an a Cypri insulae promontorio dixerit. Sextus Empir. adv. Grammat. I, 12 p. 270: *Βριλησὸς μὲν καὶ Ἀράκυνθος τῆς Ἀττικῆς ἐστιν ὄρος, Ἀκάμας δὲ τῆς Κυπρίας ἀκρωτήριον.* Atque hinc ipsam Cyprum *Ἀκαμαντίς* dictam esse refert Stephanus Byz. v. *Κύπρος.* In Stephani verbis ad *δέδωκε* vel *ἔδωκε* desidero nomen eius, quocum Acamas contra Solymos pugnaverat.

ΒΙΑΣ.

V. VI.

Commemoratur a Choerobosco Bekkeri Anecd. p. 1383: *τὸ ἵλαος μᾶλλον ἐκτείνει τὸ ᾱ (σπάνιον γὰρ τὸ ἐν συστολῇ ἐστιν εὑρισκόμενον), καὶ τούτου χάριν ἐγένετο παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἵλεως. ὅτι γὰρ ἐκτείνει τὸ ᾱ, ἐδήλωσε Παρθένιος ἐν τῷ Βίαντι εἰπών*

Ἵλαος ταύτην δέχνυσο πυρκαϊήν.

Ex hoc uno versu si coniecturam capere licet, carmen

hoc ex epicediorum genere fuit Bianti, amico Parthenii consecratum. Quem Biantem si bello periisse statuere licet, haud impedita erit alterius, quod ex eodem hoc carmine servatum est, fragmenti explicatio. Scholiasta Venetus Homeri Il. ί 446 ad verba γῆρας ἀποξύσας: ἀττικὴ ἐστιν ἡ ἔκτασις. Παρθένιος γοῦν ἐν Βίαντι συνέστειλεν·

Ὅστις ἐπ' ἀνθρώπους ἔξυσεν αἰγανέην.

Videtur enim poeta diras imprecatus esse ei qui primus ausus sit hastis contra feras inventis ad hominum perniciem uti. Egregie convenit illud Tibulli Eleg. I, 10.

Quis fuit horrendos primus qui protulit enses?
Quam ferus et vere ferreus ille fuit!
At nihil ille miser meruit: nos ad mala nostra
Vertimus, in saevas quod dedit ille feras.

De mensura verbi ξύειν, cuius caussa allatus est Parthenii versus, dixit Wernickius ad Tryphiod. 516. Mirum autem scholiasten eius verbi penultimam produci ab Atticis existimare. Euripides certe Beller. XI, 1 corripuit, nec dubito quin eandem mensuram ceteri sequuti sint. Fortasse igitur ἰακὴ scribendum pro ἀττικὴ[1]). Imperativi δέχνυσο vetustioribus non usitati exempla vide apud Iulianum Anth. Pal. VI, 18 et 68, VII, 58. Macedonium VI, 40. Eratosthenem Schol. VI, 77 et 78. Gregorium Theol. VIII, 253. Orpheum Lith. 692.

---

1) Idem error apud Hesychium, Ὀκοῖον: ὁποῖον. Ἀττικῶς. Lege Ἰακῶς. Apud schol. Ven. Il. τ' 234 ὀτρυντύς: ἔστι δὲ ἡ λέξις Ἀττικὴ. Hic etiam possis Ἰακή. Nisi malis Αἰολική, quibus illa in ῡς exeuntia substantiva verbalia assignant οἱ παλαιοί, teste Eustathio ad Od. ξ, 88 et schol. Ven. Il. β' 599.

ΔΗΛΟΣ.

VII.

Σὺν τῇ ἐγὼ Τηθύν τε καὶ ὠγενίης Στυγὸς ὕδωρ.

Stephanus Byz. p. 766. *Ὤγενος: ἀρχαῖος θεός, ὅθεν Ὠγενίδαι καὶ ὠγένιοι ἀρχαῖοι. Παρθένιος ὁ Φωκαεὺς Δήλῳ Σὺν τῇ ἐγώ κτλ.* Vulgo *Δηλωσύνη τ' ἐγὼ τηθά τε καὶ Ὠγενίης Στυγὸς ὕδατι.* Cod. Rehd. *Δήλω συν τη ἐγὼ τηθά τε καὶ ὠγενίη Στυγὸς ὕδωρ. Τηθὺν* scribendum esse vidit Salmasius ad Solin. p. 842. sed male idem *ὄμνυμ' ἐγώ.* Passovius Coll. cod. Rehd. p. 59 maluit *Τηθύς.* Imitatur Parthenius Hesiodum Theog. 805 *τοῖον ἄρ' ὅρκον ἔθεντο θεοὶ Στυγὸς ἄφθιτον ὕδωρ, ὠγύγιον.* De *ὠγένιος* i. e. *ὠγύγιος* abunde dixit Meursius Regn. Att. II p. 9. Quod apud Hesychium et Zonaram Lex. p. 604 legitur *Ἐγώγιον: τὸ ἀρχαῖον,* ex *Ὠγένιον* potius quam ex *Ὠγύγιον* corruptum est. Ceterum quod Parthenio Phocaeensi hoc carmen attribuit Stephanus, non dubito quin aut epitomatoris aut librariorum errore factum sit. Novimus sane Parthenium Phocaeensem, Homeri obtrectatorem et futilium elegorum auctorem, ex Erycii epigrammate Anthol. Palat. VII, 377 notum, quem Hadriani temporibus vixisse neque a Parthenio grammatico, Dionysii Alexandrini discipulo, diversum fuisse haud contemnendis argumentis suspicatus est Iacobsius ad Brunckii Anal. vol. III, 3 p. 891. Sed hunc carminis illius *Δῆλος* inscripti auctorem fuisse parum probabile est. Minus etiam de altero Parthenio Phocaeensi cogitare licet, cuius ex historico, ut videtur, opere plura attulit Stephanus Byzantius, velut v. *Γοτθοί: μέμνηται τούτων ὁ*

Φωκαεὺς Παρθένιος. Idem v. *Μοῦρσα: πόλις Παιονίας, κτίσμα Ἀδριανοῦ. τὸ ἐθνικὸν Μουρσαῖος, ὡς Παρθένιος Φωκαεύς.* Idem v. *Φράγγοι: ἔθνος Ἰταλίας τῶν Ἄλπεων ὀρῶν ἐγγύς. Παρθένιος ὁ Φωκαεὺς πρώτῳ.* Fuit quarti saeculi scriptor, ut docent quae idem attulit Stephanus v. *Δεκέντιοι: ἔθνος Παννονίας, ἀπὸ Δεκεντίου τοῦ Μάγνου* (Constantini) *παιδός, Μαγνεντίου δ' ἀδελφοῦ· τὸ θηλυκὸν Δεκεντιάς, ὡς Παρθένιος ὁ Φωκαεύς.* Ex quo intelligitur errasse Fabricium B. G. IV p. 309 ed Harl. qui hunc non diversum esse statuit a Dionysii discipulo. Recte eos distinxit I. G. Vossius Histor. graec. II, 1. Cfr. quae infra dixi ad Fragm. sedis incertae.

VIII.

Οὐδ' ἀπὸ τηλίτων ἄκρα Βεληδονίων.

Stephanus Byz. p. 215 *Βεληδόνιοι: ἔθνος παρ' Ὠκεανῷ. Παρθένιος ἐν Δήλῳ Οὐδ' ἀπὸ τηλίτων τῶν πόρρω ἄκρα Βεληδονίων.* Cod. Voss. *οὐδ' ἀτιλίτων πόρρω ἄκρα Βεληδονίων.* Correxit eiecto glossemate *τῶν πόρρω* Salmasius. Idem praeterea coniunctim *ἀποτηλίτων*, quod *ἀποτηλιτῶν* scribendum erat. Rectius Passovius *ἀπὸ τηλίστων;* certe non caret offensione adiectivum *τηλίτης* a *τῆλε*, vel *ἀποτηλίτης* ab *ἀπότηλε* formatum. Sed *ἀπὸ* in hac iunctura non intelligo. Forsan *οὐδ' ἐπὶ τηλίστων ἄκρα Βεληδονίων* scribendum. Frequens harum praepositionum in libris permutatio, v. c. apud Alciphr. vol. II p. 219 ed. Wagn.: *μέση γὰρ ἕστηκα ἐπὶ τῆς Ἀφροδίτης καὶ τοῦ Ἔρωτος*, ubi *ἐπὶ* non abiiciendum cum Bastio Epist. crit. p. 135, sed in *ἀπὸ* mutandum, ***media enim inter Venerem et Amorem stabam***, eadem structura qua usus est Sophocles Oed. Col. 1591 *ἀφ' οὗ μέσος στὰς κἀπὸ Θορικίου πέτρου.*

IX.

Γρύνειος Ἀπόλλων.

Stephanus Byz. p. 280 *Γρυνοί: πολίχνιον Μυριναίων, οὗ καὶ ἱερὸν Ἀπόλλωνος καὶ μαντεῖον ἀρχαῖον — τὸ ἐθνικὸν Γρυνεὺς καὶ Γρυνῆς τὸ θηλυκόν. λέγεται καὶ Γρύνειος Ἀπόλλων, ὡς Παρθένιος Δήλῳ.* De Apolline Gryneo v. ad Euphor. p. 79.

ΚΡΙΝΑΓΟΡΑΣ.

X.

De Crinagora, cuius nomine hoc carmen inscriptum fuisse suspicor, dixi ad Euphor. p. 16. Unum quod superest fragmentum servavit Etymol. M. p. 148, 33. *Ἄρπυς: ὁ Ἔρως, ὡς παρὰ Παρθενίῳ ἐν Κριναγόρᾳ·*

Ἀμφοτέροις ἐπιβὰς Ἄρπυς ἐλήσατο.

παρὰ τὸ ἁρπάζειν τὰς φρένας. Ad *ἀμφοτέροις* suppleo *πόδεσσιν*, quod fortasse in fine praecedentis versus positum fuit. Ad sententiam apprime convenit illud Propertii Eleg. I, 1, 3 sq.

Tum mihi constantis deiecit lumina fastus,
Et caput impositis pressit Amor pedibus.

Nec dissimili modo Paulus Silent. Anthol. Pal. V, 268 de Amore: *λὰξ ἐπιβὰς στέρνοις πικρὸν ἔπηξε πόδα* et Meleager Anthol. Pal. XII, 47 Amorem alloquens: *Κεῖμαι. λὰξ ἐπίβαινε κατ' αὐχένος, ἄγριε δαῖμον.* Quae compares cum incerti auctoris versu apud Plutarchum de cohib. ira cap. 9 p. 457: *βαῖνε λὰξ ἐπὶ τραχήλου, βαῖνε, καὶ πέλα χθονί.* Quem Archilocho vindicavi Quaest. Menandr. Spec. I. Nomen *Ἄρπυς*, quod ad *ἁρ-*

πάζειν revocavit Etymologus, parum probabili originatione pro *ἀρτύς*, *coniunctio*, *conciliatio* dictum esse credidit Salmasius ad Tertull. de Pallio p. 342. Aeolicum esse nomen constat ex Hesychio, *Ἄρπυν· ἔρωτα. Αἰολεῖς.* Nec dubito quin recte Etymologus ad *ἁρπάζειν* revocaverit, quod verbum ad omnis generis violentiam transferri constat. Ac nescio an hinc duae aliae Hesychii glossae explicari possint, *Ὅρπα· Ἐρινύς*, et *Ὅρπαξ· θρασὺς ἄνεμος.* Quae aeolicae esse videntur formae pro *ἅρπη* et *ἅρπαξ*.

ΛΕΥΚΑΔΙΑΙ.

XI.

Ἰβηρίτῃ πλεύσει ἐπ' αἰγιαλῷ.

Stephanus Byz. s. v. *Ἰβηρίαι* p. 409 *λέγεται δὲ καὶ Ἰβηρίτης· Παρθένιος Λευκαδίαις Ἰβηρίτῃ πλεύσει ἐπ' αἰγιαλῷ.* Futuro *πλεύσω* usus est Philemo qui dicitur Fragm. inc. XXI, 4: *πλεύσω, φυτεύσω, τοῖχον ἄρας κτήσομαι*, ubi quod barbaram hanc formam esse dixi, fortasse iusto acerbius dixi; sed ab Atticorum usu longe remota fuit. Eadem usus est Lucillus in Anthol. Pal. II p. 389 *πλεύσει τάχα καί τις ἐν ἡμῖν*, et incertus apud Suidam s. v. *κατέγραφον· μὴ γὰρ ἂν ἐκπλεύσειν τῶν φρενῶν ἐς τοσοῦτον.*

ΑΝΘΙΠΠΗ.

XII. XIII.

Laudatur a Stephano Byz. p. 476. **Κρανίδες**· *συνοικία πρὸς τῷ Πόντῳ. Παρθένιος Ἀνθίππῃ*, et

p. 507 *Λάμπεια*: ὄρος Ἀρκαδίας. Παρθένιος Ἀνθίππῃ. Ita enim correxi ex cod. Rehd. librorum lectionem *Λάμεια*. Anthippae Chaoniae fabulam tractavit Parthenius in Eroticis cap. XXXII, ubi tamen nec Cranidum nec Lampeae ulla mentio est. Ac fortasse Anthippe Parthenii illa Thespii filia fuit, quam memorat Apollod. II, 7, 8.

ΕΙΔΩΛΟΦΑΝΗΣ.

XIV.

Ὑμέες Αἰόλιον περιχεύετε.

Apollonius de Pron. p. 378 *b*: *αἱ πληθυντικαὶ καὶ κοινολεκτοῦνται κατ' εὐθεῖαν πρός τε Ἰώνων καὶ Ἀττικῶν, ἡμεῖς, ὑμεῖς, σφεῖς. ἔστι πιστώσασθαι καὶ τὸ ἀδιαίρετον τῆς εὐθείας παρ' Ἴωσιν ἐκ τῶν περὶ Δημόκριτον, Φερεκύδην, Ἑκαταῖον· τὸ γὰρ ἐν Εἰδωλοφανεῖ Ὑμέες Αἰόλιον περιχεύετε παρὰ Παρθενίῳ ὑπὸ ποιητικῆς ἀδείας παραληφθὲν οὐ καταψεύσεται διαλέκτου πιστουμένης ἐλλογίμοις συγγραφεῦσιν.* Ita enim corrigenda est vulgaris distinctio: *τὸ γὰρ ἐν Εἰδωλοφανεῖ ὑμέες Αἰόλιον. Περιχεύετε παρὰ Παρθενίῳ* etc. De quo nunc video etiam L. Dindorfium admonuisse Thes. L. G. vol. III p. 215 D. *Αἰόλιον*, si viri nomen fuit apud Parthenium, fortasse de Hippodamiae proco a Pausan. VI, 21 memorato intelligendum est hoc sensu, *vos Aeolium frequentes circumfundite.* Nisi forte Aeolium dicit Thraciae oppidum. Theopompus ap. Stephan. p. 68: *εἰς πόλιν Αἰόλιον τῆς Ἀττικῆς (Βοττικῆς?) μὲν οὖσαν, πολιτευομένην δὲ μετὰ τῶν Χαλκιδέων.* De titulo carminis nihil expedio.

ΙΦΙΚΛΟΣ.

XV.

Καὶ εἰναλίην Ἀράφειαν.

Stephanus Byz. p. 154 *Ἀράφεια: νῆσος Καρίας. Παρθένιος ἐν Ἰφίκλῳ καὶ εἰναλίην Ἀράφειαν.* Ita ex schedis Voss. correxi editum *εἰναλίαν*. De Iphiclo, Phylaci et Clymenae filio, cursus celeritate nobilitato, vide Apoll. Rh. I, 45. Pausan. V, 17 alios. Nisi forte eum Iphiclum carminis argumentum fuisse dicas, de quo Aristoxenus apud Athen. XIV p. 619 *e*: *Ἴφικλος Ἀρπαλύκην ἐρασθεῖσαν ὑπερεῖδεν, ἡ δὲ ἀπέθανεν, καὶ γίνεται ἐπ' αὐτῇ παρθένοις ᾠδῆς ἀγών, ἥτις Ἀρπαλύκη καλεῖται.* Arapheam, littoris Carici insulam, praeterea nusquam commemoratam memini.

ΜΕΤΑΜΟΡΦΩΣΕΙΣ.

XVI. XVII.

Metamorphoses labentis graecae poeseos temporibus complures scripserunt. Earum reliquias collectas habuit is, cui ne ultimi quidem graecarum litterarum recessus erant inaccessi Valckenarius, ipso testante in Callimachi Eleg. p. 235. Valckenarii partes qui suscepit Mellmannus Dissert. de caussis et auctor. narr. de mut. form. p. 58 sqq. multa quidem laudabili diligentia congessit, sed nec eleganter nec plene omnia explicuit, e. c. ea quae p. 87 de Theodoro scripsit, cuius Metamorphoses praeter Plutarchum Parall. p. 311 *a* laudat Stobaeus Flor. LXIV, 34 et Probus ad Virgil.

Georg. I, 399 ubi cum Nicandro coniungitur, cuius *Ἑτεροιουμένων* reliquias negligenter composuit Schneiderus. Ad Parthenium ut veniam, disertim Suidas ab hoc nostro Parthenio Transformationum libros scriptos esse testatur vol. II p. 614 ubi de Nestore agit Larandensi: *ἔγραψε δὲ Μεταμορφώσεις, ὥσπερ καὶ Παρθένιος ὁ Νικαεύς*[1]). Sed alio loco vol. III p. 52 idem hoc opus tribuit Parthenio Chio: *Παρθένιος Χῖος ἐποποιός, υἱὸς Θέστορος, ὃς ἐπεκαλεῖτο Χαός, Ὁμήρου δὲ ἦν ἀπόγονος*[2]). *ἐποίησεν εἰς Θέστορα τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. οὗτος ἔγραψε καὶ περὶ μεταμορφώσεως.* Sed huius additamenti fides merito suspecta fuit Fabricio Bibl. Gr. III p. 309 et Mellmanno l. l. p. 81. recteque illud ex v. *Νέστωρ* huc pertractum esse statuit Bernhardius. Fragmenta operis supersunt nulla praeter ea quae leguntur de Scyllae in avem mutatione apud Eustathium ad Dionysii Perieg. 420: *Μίνως λαβὼν τὰ Μέγαρα διὰ Σκύλλης τῆς Νίσου θυγατρὸς ἐρασθείσης αὐτοῦ καὶ ἀποταμούσης τὴν τοῦ πατρὸς κεφαλήν, ἐνενοήσατο ὅτι ἡ τὸν πατέρα προδοῦσα οὐδενὸς ἂν ῥαδίως φείδοιτο, καὶ διὰ τοῦτο προσδήσας πηδαλίῳ νηὸς τὴν*

1) Probabile est quae Anthol. Pal. IX, 129, 364 (ubi *Νέστορος Νικαέως* adscriptum est) et 537 servavit Nestoris carminum fragmenta, ea ex hoc ipso Metamorphoseon opere derivata esse.

interpretatus sum, simul intelligitur, Euphorionis Chersonesitae aetatem incidere fere in Olymp. CXL. cuius primo anno Ptolemaeus Philopator regnare coepit. Non igitur abhorret a veri similitudine hunc eundem esse Euphorionem, quem „minorem" appellat Appuleius de Orthogr. ed. Os. p. 135. *Eridanus — est item Italiae qui et Padus, item Hiberiae, auctoribus Aeschylo, Pausania, Euphorione minore.* Quae unde transcripserit falsarius iste tot scriptorum, qui nunquam fuerunt, nomina mentitus non compertum habeo, Euphorionis minoris autem memoriam ille vano figmento comminisci vix potuit. Denique Chersonesitae nomen obscuratum latet apud Strabonem Lib. VIII, 24 p. 382: Ὀρνεαὶ δ' εἰσὶν ἐπώνυμοι τῷ παραρρέοντι ποταμῷ· νῦν μὲν ἔρημοι, πρότερον δ' οἰκούμεναι καλῶς, ἱερὸν ἔχουσαι Πριάπου τιμώμενον· ἀφ' ὧν καὶ ὁ τὰ Πριάπεια ποιήσας Εὐφρόνιος Ὀρνεάτην καλεῖ τὸν θεόν. Quo loco qui sine corruptelae suspicione usi sunt Victorius Var. Lect. 34, 19. Casaubonus ad Sueton. Tib. p. 360. Iacobsius Anthol. Gr. III, 3 p. 895. non dubito, si Hephaestionis verba in promptu habuissent, quin Euphronio Euphorionis nomen substituendum esse vidissent [1]).

Quum hoc scribendi genus vel maxime παρεκβάσεις patiatur, iuvat Theophili verba, quibus Philopatoris cum Baccho cognatio demonstratur, quoniam insignia sunt ad antiquitatum Alexandrinarum cognitionem, huc transscribere. Sic igitur ille in libro ad Au-

1) Haec scripsi ad Euphor. ed. pr. p. 5 ante editos Leunepii commentarios ad Terent. Maur. p. 371 qui eandem sententiam protulit.

tolyc. II, 7 scripsit: *Σάτυρος ἱστορῶν τοὺς δήμους Ἀλεξανδρέων ἀρξάμενος ἀπὸ Φιλοπάτορος τοῦ καὶ Πτολεμαίου* (malim *ἀπὸ Πτολεμαίου τοῦ καὶ Φιλοπάτορος*) *προσαγορευθέντος, τούτου μηνύει Διόνυσον ἀρχηγέτην γεγονέναι. διὸ καὶ τὴν Διονυσίδα*[1]) *φυλὴν ὁ Πτολεμαῖος πρώτην κατέστησεν. λέγει οὖν ὁ Σάτυρος οὕτως· Διονύσου καὶ Ἀλθέας* (leg. *Ἀλθαίας*) *τῆς Θεστίου γεγενῆσθαι Δηϊάνειραν, τῆς δὲ καὶ Ἡρακλέους τοῦ Διὸς οἶμαι Ὕλλον, τοῦ δὲ Κλεόδημον* (leg. *Κλεοδαῖον*), *τοῦ δὲ Ἀριστόμαχον, τοῦ δὲ Τήμενον, τοῦ δὲ Κεῖσον*[2]), *τοῦ δὲ Μάρωνα, τοῦ δὲ Θέστιον, τοῦ δὲ Ἀκοόν, τοῦ δὲ Ἀριστομίδαν* (leg. *Ἀριστοδαμίδαν*), *τοῦ δὲ Καρανόν, τοῦ δὲ Κοινόν, τοῦ δὲ Τυρίμμαν, τοῦ δὲ Περδίκκαν, τοῦ δὲ Φίλιππον, τοῦ δὲ Ἀέροπον, τοῦ δὲ Ἀλκέταν, τοῦ δὲ Ἀμύνταν, τοῦ δὲ Βόκρον, τοῦ δὲ Μελέαγρον, τοῦ δὲ Ἀρσινόην, τῆς δὲ καὶ Λάγου Πτολεμαῖον τὸν καὶ Σωτῆρα, τοῦ δὲ καὶ Βερενίκης Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον, τοῦ δὲ καὶ Ἀρσινόης Πτολεμαῖον τὸν Εὐεργέτην, τοῦ δὲ καὶ Βερενίκης τῆς Μάγα τοῦ ἐν Κυρήνῃ βασιλεύσαντος Πτολεμαῖον τὸν Φιλοπάτορα. ἡ μὲν οὖν πρὸς Διόνυσον τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλεύσασι συγγένεια οὕτω περιέχει. ὅθεν καὶ ἐν τῇ Διονυσίᾳ φυλῇ δῆμοί εἰσι κατακεχωρισμένοι, Ἀλθὴς ἀπὸ τῆς γενομένης γυναικὸς Διονύσου θυγατρὸς δὲ Θεστίου Ἀλθαίας, Δηϊανείρης ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Διονύσου καὶ Ἀλθέας, γυναικὸς δὲ Ἡρακλέους. Ὅθεν καὶ τὰς προσωνυμίας ἔχουσιν οἱ κατ' αὐτοὺς δῆμοι, Ἀριάδνης ἀπὸ τῆς θυ-*

2) Verba *τὴν Διονυσίδα* addidi ex margine cod. B nisi quod ibi minus bene legitur *τὴν Διονυσίαν*.

2) Cod. B *Κεῖσιον*. Scribendum *Κίσσον*, quem vero propius *Κίσσιον* vocat Eusebius ex Diodoro et Theopompo. Cfr. Lehrsii Aristarch. p. 302.

γατρὸς Μίνω γυναικὸς δὲ Διονύσου, παιδὸς πατροφίλας, τῆς μιχθείσης Διονύσῳ ἐν μορφῇ πρύμνιδι, Θεστὶς ἀπὸ Θεστίου τοῦ Ἀλθίας πατρός, Θοαντὶς ἀπὸ Θόαντος παιδὸς Διονύσου, Σταφυλὶς ἀπὸ Σταφύλου τοῦ Διονύσου, Εὐαινὶς ἀπὸ Εὔνοος τοῦ Διονύσου, Μαρωνὶς ἀπὸ Μάρωνος υἱοῦ Ἀριάδνης καὶ Διονύσου· οὗτοι γὰρ πάντες υἱοὶ Διονύσου. ἀλλὰ καὶ ἕτεραι πολλαὶ ὀνομασίαι γεγόνασι καὶ εἰσὶν ἕως τοῦ δεῦρο. ἀπὸ Ἡρακλέους Ἡρακλεῖδαι καλούμενοι, καὶ ἀπὸ Ἀπόλλωνος Ἀπολλωνίδαι καὶ Ἀπολλώνιοι, καὶ ἀπὸ Ποσειδῶνος Ποσειδώνιοι, καὶ ἀπὸ Διὸς Δῖοι καὶ Διογέναι. Haec postrema non ad solos Alexandrinos spectant. Cetera autem si omnia explicare vellem, facile integrae commentationis materies suppeteret. Itaque subsistam in potioribus. Atque illud quidem non dubium est quin ea quae a verbis ἡ μὲν οὖν πρὸς Διόνυσον etc. sequuntur multis modis perturbata sint et corrupta. Auctor in hunc fere modum scripserat: ἡ μὲν οὖν πρὸς Διόνυσον τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλεύσασι συγγένεια οὕτω π ω ς ἔ χ ε ι. ὅθεν καὶ τὰς προσωνυμίας ἔχουσιν α ἱ κ α τ' α ὐ τ ο ὺ ς φ υ λ α ί, Ἀ λ θ α ῒ ς ἀπὸ τῆς γ ε ν ο μ έ ν η ς γυναικὸς Διονύσου θυγατρὸς δὲ Θεστίου Ἀ λ θ α ί α ς, Δ η ι α ν ε ι ρ ὶ ς ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Διονύσου καὶ Ἀ λ θ α ί α ς γυναικὸς δὲ Ἡρακλέους, Ἀ ρ ι α δ ν ὶ ς ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Μίνω γυναικὸς δὲ Διονύσου, παιδὸς πατροφίλας (?), τῆς μιχθείσης Διονύσῳ ἐν ὀ ρ ο φ ῇ π ρ υ μ ν α ί ᾳ [1]), Θεστὶς ἀπὸ Θεστίου τοῦ Ἀ λ θ α ί α ς πατρός, Θοαντὶς ἀπὸ Θόαντος παιδὸς Διονύσου, Σταφυλὶς ἀπὸ Σταφύλου υἱοῦ Διονύσου, Ε ὐ ν ε ῒ ς ἀπὸ Ε ὔ ν ε ω υἱοῦ Διονύσου, Μαρωνὶς ἀπὸ Μάρωνος υἱοῦ Ἀριάδνης καὶ Διονύσου. Itaque novem phylarum Alexandri-

1) De ὀροφῇ cfr. Lobeck. Aglaoph. p. 281 annot. u.

narum nomina ex his cognoscimus, Dionysis, Althaeis, Deianiris, Thestis, Ariadnis, Thoantis, Staphylis, Euneis, Maronis. Quibus quae ante Ptolemaeum Philopatorem nomina indita fuerint ignoramus, quum praeter Ptolemaidem phylam ab auctore vitae Apollonii Rhodii memoratam ceterarum nulla ad memoriam nostram nomina propagata sint. Pro *Θεστὶς* magis placeret *Θεστιάς*, nisi ut Atticarum ita etiam Alexandrinarum phylarum nomina in *ῑς* terminata fuisse consentaneum esset. Analogiae item conveniret *Θεστιΐς*. Sed hanc formam graecis auribus non magis probatam fuisse credo quam *Ἀσκληπιΐδης Εὐρυβιΐδης Ἀλκιβιΐδης* et huius generis alia. De demis Alexandrinis nihil me legere memini, nisi quod unum eorum *Λητωεῖς* appellatum fuisse ex Stephano Byzantio intelligitur s. v. *Λητωεύς*.

II. De Philetae Coi Mercurio et Naxiacis.

(ad pag. 16.)

Strabo III p. 168: *ἄζωστοι* (Balearium insularum incolae) *ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ἐξῄεσαν, αἰγίδα περὶ τῇ χειρὶ ἔχοντες ἢ πεπυρακτωμένον ἀκόντιον, σπάνιον δὲ καὶ λελογχωμένον σιδήρῳ μικρῷ, σφενδόνας δὲ περὶ τῇ κεφαλῇ τρεῖς, μελαγκραίνας ἢ τριχίνας ἢ νευρίνας.* In his ante *μελαγκραίνας* vulgo interponuntur verba: *μελαγκραίνας* (fort. *μελάγκρανις*) *σχοίνου εἶδος, ἐξ οὗ πλέκεται τὰ σχοινία. καὶ Φιλητᾶς τε ἐν Ἑρμενείᾳ·*

Λευγαλέος δὲ χιτὼν πεπινωμένος· ἀμφὶ δ' ἀραιὴ
ἰξὺς εἰλεῖται κόμμα μελαγκραΐνον.

ὡς σχοίνῳ ἐζωσμένον. Quae ex margine in textum il-

lata esse perspexit Tyrwhittus. Lectionis varietas, quam Gustavo Kramero, futuro Strabonis sospitatori, debeo, haec est: *Φιλήτας τε* codd. omnes praeter Par. 1394 et Eton. qui *τε* omittunt. Pro *Ἑρμενείᾳ* Paris 1397 *ἑρμηνείαι*. Pro *εἰλεῖται* Paris. 1397 Vatic. 174 Mosqu. Medd. *ἰλεῖται*. Pro *μελαγκραΐνον* omnes *μελάγκραινον*, quod *μελαγκράνινον* potius scribendum videtur, quam quod alii voluerunt *μελαγκράνιον*. Ad eandem rationem in Strabonis verbis *μελαγκρανίνας* scribendum esse docent subiecta *τριχίνας* et *νευρίνας*. Pro *κόμμα* Salmasius tentabat *ἅμμα*, cui praestat quod Toupius voluit *ζῶμα*. Possis etiam *ῥάμμα*. Sed nihil mutandum; *κόμμα* dicitur quidquid desectum est. Itaque *κόμμα μελαγκράνινον* recte dicitur iuncus vimineus. Prorsus aliena ab hoc loco est quam alii defendendae codd. lectionis caussa attulerunt vocabuli *κόμμα* significationem ex Harpocrat. p. 114, 20 *κόμματα καὶ κυρήβια. τὰ κόμματα ἔοικεν εἶναι μέρη τινὰ ἢ τῆς καλάμης ἢ τῶν περὶ τὸν σῖτον αὐτὸν ἐν τῷ σταχύϊ γινομένων ἢ τῶν ἀνθερίκων*. Ad quae cfr. grammaticum Bekk. Anecd. p. 272, 24. Prorsus temere autem critici tentarunt verba *ἀραιὴ ἰξύς*, pro quibus *ἀραιὰς ἰξῦς* coniecit Casaubonus, *ἀραιὴν ἰξὺν* Toupius et Schneidewiuus, Bacchius denique *ἀραιῇ ἰξυΐ*. Quos omnes mirum est non vidisse *ἰξὺς ἀμφειλεῖται κόμμα* non minus recte dictum esse quam e. c. *κεφαλὴ ἀμφίκειται στέφανον* et plurima eius generis alia. Pro *εἰλεῖται* aut *εἴληται* aut *εἴλυται* desidero. Sed haec omnia levia sunt prae difficultate, quam carminis Philetaei titulus obiicit, cui expediendo nihil in codd. Krameri praesidii esse vehementer dolendum est. Nec quidquam proficimus Tyrwhitti coniectura, qui Philetae Mercurium a Strabonis

glossatore laudari existimabat. Hoc enim carmen epicum fuisse docent fragmenta a Stobaeo servata, alterum Flor. CIV, 12:

Ἡ μὲν δὴ πολέεσσι πεφύρησαι χαλεποῖσιν,
θυμέ, γαληναίῃ δ' ἐπιμίσγεαι οὐδ' ὅσον ὅσσον,
ἀμφὶ δέ τοι νέαι αἰὲν ἀνῖαι τετρήχασιν.

Alterum in Eclog. phys. V, 4 p. 156 ed. Heer.

Ἰσχυρὰ γὰρ ἐπικρατεῖ ἀνδρὸς ἀνάγκη,
ἥ ῥ' οὐδ' ἀθανάτους ὑποδείδιεν, οἵ τ' ἐν Ὀλύμπῳ
ἔκτοσθεν χαλεπῶν ἀχέων οἴκους ἐκάμοντο.

Utroque loco perspicue *Φιλητᾶ Ἑρμοῦ* in codd. adscriptum est. Minime autem probandae videntur dubitationes et coniecturae Schneidewini Delect. p. 141. si Philetae hi versus sint, fortasse excidisse pentametros statuentis. Nec melius ii qui in Mercurio Philetam tanquam in satura Varronem varia metra iunxisse existimant. Ad eiusmodi coniecturas ut confugerent viri docti, effecit aliud Mercurii fragmentum, quod sane elegiacum est. Legitur apud Stobaeum Flor. CXVIII, 3 cum lemmate *Φιλητᾶ Ἑρμοῦ·*

Ἀτραπὸν εἰς Ἀΐδεω
ἤνυσα, τὴν οὔπω τις ἐναντίον ἦλθεν ὁδίτης.

Atqui ita ex I. Scaligeri coniectura legitur pro vulgato *ἀτραπὸν εἰς ἅδεα.* Alio ducunt codd. Paris. quorum primus A. habet *ἀτραπὸν ἅδεω,* alter autem recentior *ἀτραπὸν εἰς ἀΐδαο,* hoc quidem ex manifesta interpolatione. Verum est haud dubie quod A. habet:

ἀτραπὸν Ἄιδεω
ἤνυσα, τὴν οὔπω τις ἐναντίον ἦλθον ὁδίτης.

In hoc fragmento igitur quum nihil iam praesidii relictum sit iis, qui elegiacum carmen Mercurium fuisse statuunt, certissimum est in corrupto illo titulo *Ἑρ-*

μενείᾳ vel Ἑρμηνείᾳ aliud quam Ἑρμοῦ nomen contineri. Id autem quale sit, vereor ut nisi nova praesidia accedant, quisquam reperturus sit. Suspicabar olim Ἑρμείας carminis titulum fuisse, de quo cfr. supra p. 16. Possis etiam Φιλητᾶς ἐν ἐλεγεῖ α i. e. ἐλεγειῶν πρώτῃ. Sed vana haec sunt somnia. Id unum praeterea moneo, Philetae versus neque ad Ulixen spectare neque ad Balearium incolarum habitum, sed describi iis Achaemenidem aliquem vel Philoctetem. Mercurii argumentum ad Ulixem pertinuisse notum est ex Parthenii Erot. II. Et Ulixen in iis, quos Stobaeus ex eo attulit versibus, loquentem mihi audire videor; titulo autem quid indicare voluerit poeta non liquet. Ante ἰσχυρά fortasse excidit τλήσομαι. Nota sunt quae Homerus Ulixen dicentem fecit, τέτλαθι δὴ κραδίη etc. Alia epica carmina num scripserit Philetas incertum est; hoc certum est ab elegiacis maiorem quam ab aliis, si quae forte condidit, carminibus gloriam egregio poetae obtigisse. Itaque inepte apud Aelianum VH. X, 6. Philetas ἑξαμέτρων ποιητὴς vocatur, pro quo non dubito quin πενταμέτρων vere correxerit Ruhnkenius ad Hermesianactis Eleg. vs. 77.

De Phileta quum dicere instituerim, utar hac occasione ut eorum memoriam revocem, quae multis abhinc annis de alio Philetae opere breviter quidem sed ita tamen disserui, ut si ea cognita habuissent Welckerus ad Fragm. Simonidis Amorg. p. 8 et Bodius Hist. poes. gr. vol. II p. 145 nubem pro Iunone non amplexi essent. Dico Naxiaca Philetae, de quo scripto sententiam olim meam aperui Nic. Bacchio, qui eam parum fideliter rettulit in Addendis ad suam Philetae editionem p. 272. Ego haec ad eum perscripse-

ram: „Tota haec Kayseri de Philetae Naxiacis disputatio concidit loco Etymol. M. p. 795, 12: *παρὰ τὸ* „*φιλῶ φιλτὸς ῥηματικὸν ὄνομα, οὗ παράνομον* (leg. *παρώνυμον*) *Φιλτέας, ὡς πρῶτος Πρωτέας, ἄριστος Ἀριστέας. Φιλτέας δέ ἐστιν ὁ καλούμενος ἱστορικός, ὁ τὰ* „*Νάξια* (leg. *Ναξιακὰ*) *συνθείς*. Ex quo manifestum est „etiam apud Eustath. ad Hom. p. 1885, 51. *τούτοις δὲ ὁ* „*αὐτὸς* (Heraclides) *ἐπάγει καὶ ὅτι ἔνιοι τῶν Ἰώνων οἷς* „*ἀκολουθεῖ, φησί, καὶ ὁ τὰ Ναξιακὰ γράψας Φιλήτας εἴτε* „*Καλλῖνος, μόνον τὸ ῆ ἐν τοῖς τοιούτοις παρακειμένοις* „*εἰς ε̄ καὶ ᾱ τέμνοντες τὸ ἑπόμενον ν̄ φυλάττουσι, πεποιέανται λέγοντες καὶ γεγενέανται, καθὰ καὶ τὸ ἐγένοντο ἔγεντο*[1]), manifestum est, inquam, etiam hic pro „*Φιλήτας* legendum esse *Φιλτέας*. Eudociae auctoritatem inter Philetae Coi scripta etiam *τὰ καλούμενα* „*Ναξιακὰ* referentis Viol. p. 424 nemo obvertet, qui „hanc Eustathii commentarios saepe ad verbum exscripsisse meminerit. Iam illud etiam intelligitur, non „recte Franckium in Callino p. 24 apud Eustathium „pro Callino Callimachi nomen reposuisse. Quis enim „praestet, Philteam illum non perantiquum scriptorem „fuisse, ut iure cum Callino componi potuerit?" Haec postrema nunc retractanda mihi esse video; nam quum in verbis Etymologi cod. Leid. pro *ὁ καλούμενος ἱστορικὸς* habeat *ὁ καλλαβαῖος ἱστορικός*, quod recte Valckenarius ad Phalaridea Lennepii p. XXIII *Καλακταῖος* scribendum esse monuit, nemo dubitabit, quin etiam apud Eustathium illud *Καλλῖνος* aut ex eodem illo *Καλακταῖος* aut ex altera huius gentilicii forma *Καλα-*

1) Forsan *ἐγένεατο*

λακτῖνος corruptum sit. Quod autem dubitavit Eustathius, utrum Philetae an Callino Naxiaca tribuenda essent, non difficile est eius erroris originem indagare. Nam quum in suo Heraclidis exemplari *Φιλήτας* (vel *Φιλτέας*) *Καλλῖνος* scriptum reperiret, Callinum autem poetae nomen esse meminisset, duos scriptores laudari ratus de suo illud *εἴτε* interposuit. Fuit igitur Philteas genere Calactinus scripsitque ionica dialecto opus de rebus Naxiorum, quod tres minimum libros complexum esse docet Tzetzes ad Lycophr. 633 *Φιλτέας δὲ ἐν τρίτῃ Ναξιακῶν* (Gymnesias insulas) *Βαλεαρίδας φησὶν ὕστερον ὀνομασθῆναι*, ubi itidem Philetae nomen substitui voluerunt Meursius de Rhodo II, 10 et Ruhnkenius Epist. crit. p. 296.

III. De Archyta Amphissensi[1]).

Quod supra ad Euphor. p. 21, ubi de Gerano Euphorionis carmine dicebam, ex Athenaeo III p. 82 *a.* suspicatus sum, Archytam Amphissensem aetate Euphorioni supparem fuisse, confirmare videtur locus quidam Plutarchi Archytam ita commemorantis et cum Eratosthene coniungentis, ut facile eum huius aequalem fuisse coniicias. Plutarchi ille locus legitur apud Stobaeum Flor. XCV, 15 et ita habet: *Ἀρχύτας ἀναγνοὺς τὸν Ἐρατοσθένους Ἑρμῆν, τοῦτον ἐπήνεγκε τὸν στίχον·*

Χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι;
καὶ τοῦτον·

1) Potiorem huius excursus partem ex editione prima Euphorionis p. 33 repetii.

Ὀρθοῦ· καὶ γὰρ μᾶλλον ἐπωδίνουσι μέριμναι.

Horum versuum priorem, omisso auctoris nomine iterum apposuit Plutarchus in fragmento libri de Divinatione apud Stobaeum Flor. LX, 10: *τῶν τεχνῶν, ὡς ἔοικε, τὰς μὲν ἡ χρεία συνέστησεν ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι νῦν διαφυλάσσει·*

Χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι τῶν ἀναγκαίων; Praeterea eundem hunc Archytam commemoratum reperio ab eodem Plutarcho Quaest. graec. p. 294 *f*: *ἔνιοι δὲ τοὐναντίον πολυάνθεμον τὴν χώραν* (Locrorum Ozolarum) *οὖσαν ὑπ' εὐωδίας τοὔνομα λαβεῖν* (*λέγουσιν*)· *ὧν ἐστὶ καὶ Ἀρχύτας ὁ Ἀμφισσεύς· γέγραφε γὰρ οὕτω:*

Τὴν βοτρυοστέφανον μυρίπνουν Μακύναν ἐραννήν.

Quem versum qui praeter Plutarchum servavit Pletho MS apud Bredovium Epist. Paris. p. 97 ita scriptum exhibet: *τὰν βοτρυοστέφανον μυρίπνουν Μακῦναν ἐραννάν.* Doricas formas lubens accipio, sed *Μακῦναν* non rectius esse videtur quam quod Plutarchus obtulit *Μακύναν*. Oppidum hoc *Μακύνεια* dicitur Stephano Byz., *Μακυνία* Straboni X, p. 692 *a* et 705 *c*. *Μακύνιον* in codd. eiusdem p. 693 *a*. denique *Μάκυνος* vel *Μάκυνον* Alcaeo Messen. in Anth. Pal. IX, 518. Itaque aut *Μάκυνον* scribendum videtur, aut quod malim *Μάκυνναν*, quod ex usu Aeolensium pro *Μακύνα* dici potuit, quemadmodum iidem *σέλαννα* dicebant pro *σελάνα*, *κράννα* pro *κράνα*, et alia eius generis plura. Cfr. H. L. Ahrens de dial. aeol. p. 59. Quem Athenaeus I p. 5 *f.* et XII p. 516 *c.* in scriptoribus *ὀψαρτυτικῶν* commemorat Archytam, fortasse ab Amphissensi non diversus fuisse existimandus est. Ceterum Archytae illos de Eratosthenis Mercurio versus si cognitos ha-

buisset Bernhardius, haud scio an de argumento nobilissimi carminis paulo aliter statuendum intellexisset recteque sensisse Heynium de disciplinarum originibus in eo explicatum fuisse statuentem.

IV. Timaei historici locus de somnio Himeraeae.

(ad p. 77.)

Tertullianus de anim. 46 p. 346 Rigalt.: *Sed et Dionysii Siciliae tyrannidem Himeraea quaedam somniavit: Heraclides prodidit.* Hoc Himeraeae somnium non dubitari potest quin eodem scripto prodiderit Heraclides Ponticus, ex quo matris tyranni Phalaridis de immanis filii crudelitate somnium derivavit Cicero de divin. I, 23. Cum Heraclide consentit Timaeus libro sexto historiarum apud scholiastam Aeschinis p. 751, cuius locum quoniam a Goellero Fragm. Timaei p. 211 omissum video, integrum adscribam: *Τίμαιος ἐν τῇ ἕκτῃ ἱστορεῖ γυναῖκά τινα τὸ γένος Ἱμεραίαν ἰδεῖν ὄναρ ἀνιοῦσαν αὐτὴν εἰς τὸν οὐρανόν, καὶ πρός τινος ἄγεσθαι θεασομένην τὰς τῶν θεῶν οἰκήσεις. ἔνθα ἰδεῖν καὶ τὸν Δία καθεζόμενον ἐπὶ θρόνου, ὑφ' ᾧ ἐδέδετο πυρρός τις ἄνθρωπος καὶ μέγας ἁλύσει καὶ κλοιῷ· ἐρέσθαι οὖν τὸν περιάγοντα ὅστις ἐστίν, αὐτὸν δὲ εἰπεῖν· ἀλάστωρ ἐστὶ τῆς Σικελίας καὶ Ἰταλίας. καὶ εἴπερ ἀφεθῇ, τὰς χώρας φθερεῖ. περιαναστᾶσαν (?) δὲ χρόνοις ὑστέροις ὑπαντῆσαι Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ μετὰ δορυφόρων, καὶ ἰδοῦσαν ἀνακραγῆναι ὡς οὗτος εἴη ὁ τότε δειχθείς. καὶ ἅμα ταῦτα λέγουσαν πεσεῖν εἰς τοὔδαφος ἐκλυθεῖσαν. μετὰ δὲ τρίμηνον οὐκ ἔτι ὀφθῆναι τὴν γυ-*

ναῖκα μηδενὸς τοῦτο ἱστορήσαντος. Ex eodem fonte hausit Photius Lex. p. 102, 20: *Ἱερείας ἐνύπνιον: ἄλλοι δέ φασι δεῖν μᾶλλον Ἱμεραίας ἐνύπνιον λέγεσθαι. Ἱμεραία δὲ γραῦς τις, ὥς φασιν, ὁρᾶν ἑαυτὴν ἐδόκει εἰς οὐρανοὺς ἀναγομένην· καὶ δῆτα ἐλθοῦσαν εἰς τὰ τοῦ Διὸς οἰκήματα θεάσασθαι ἄνδρα πυρρὸν δεδεμένον ἁλύσει σιδηρᾷ ὑπὸ τὸν βασίλειον θρόνον· πυθομένην δὲ τίς εἴη, ὁ ἀλάστωρ, ἀκοῦσαι, τῆς Σικελίας· τὸ μὲν ἐνύπνιον ἐν τούτῳ· ὕστερον δὲ χρόνοις ἰδοῦσα τυραννοῦντα τὸν Διονύσιον, τό τε ὄναρ πολλοῖς διηγήσατο καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν τεθεαμένον ἀπήγγελλεν (ἀπήγγειλεν)· ἣν ὀργισθεὶς ἀπέκτεινεν ὁ Διονύσιος*. Apertum est Timaei verba scholiastam Aeschinis fidelius reddidisse quam Photium, in quo quum alia a Timaeo non scripta videntur, tum illud *εἰς οὐρανούς*, cuius nominis plurali non usi sunt vetusti et probi scriptores. Post verba *τὸ μὲν ἐνύπνιον ἐν τούτῳ* excidit *ἐπαύσατο*. Cfr. Aelianus apud Suidam v. *Φιλήμων. καὶ τὸν μὲν ὄνειρον ἐνταῦθα παύσασθαι, αὐτὸς δὲ διοπνισθείς* etc. Et sic saepe in somniorum relationibus. In scholiastae verbis pro *ἀνακραγῆναι* aut *ἀνακραγεῖν* scribendum aut *ἀνακεκραγέναι*. Ad eandem illam mulierem Himeraeam referenda est Suidae glossa, *Ἱμεραία: γραῦς τις. καὶ πόλις*. Respicit locum Timaei etiam Eustathius ad Hom. p. 1213, 46: *ἔστι δὲ ἐπὶ ψόγου ἀλάστορος χρῆσις παρά τε ἄλλοις καὶ παρὰ τῷ εἰπόντι τὸ Διονύσιος ὁ πάσης γενόμενος Σικελίας ἀλάστωρ*. Denique ut nihil quod ad hanc caussam pertineat omittam, comparandus est quem iam Muretus Var. Lect. XIV, 15 comparavit, locus Valerii Max. 1, 7, 6 ex Timaeo si a paucis decedas, non inscite conversus.

V. De Neoptolemo Pariano.

(ad pag. 156.)

Neoptolemi Pariani carmen, ex quo unum versum Achilles Tatius servavit apud Fulv. Ursiuum Compar. Virg. p. 325: *ὅθεν Νεοπτόλεμος ὁ Παριανὸς ἐν τῇ τριχθονίᾳ φησὶ Ὠκεανὸς τῷ πᾶσα περίρρυτος ἐνδέδεται χθών*, quo titulo inscriptum fuerit difficile dictu est. Interim suspicari licet inscripsisse id Neoptolemum *Ἐριχθονίς* sive malis *Ἐριχθονιάς*. Erichthonius, *ὃς ἁπάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατος λέγεται γενέσθαι τῆς τε πατρῴας καὶ τῆς ὑπὸ τῷ μητροπάτορι γενομένης κληρονομήσας ἀρχῆς* Dionys. Halic. I, 52 cll. Diodor. Sic. IV, 75. epici carminis, qualia ab Alexandrinis poetis condebantur, argumentum praebebat haud absurdum. Ac fuisse Neoptolemum epicae poesis studiosum vel illud indicio est, quod idem Dionysiadis auctor habitus est, cuius memoriam servavit Athenaeus III p. 82 *d*: *Νεοπτόλεμος δ' ὁ Παριανὸς* (Epit. *Κυπριανὸς*) *ἐν τῇ Διονυσιάδι καὶ αὐτὸς ἱστορεῖ ὡς ὑπὸ Διονύσου εὑρεθέντων· τῶν μήλων καὶ τῶν ἄλλων ἀκροδρύων*. Ex epico item carmine ductum videtur vocabulum *λιποτροφίη*, quod ex Neoptolemo exsignavit Choeroboscus apud Cramerum Anecd. Oxon. II p. 239, cuius de loco vide quae supra dixi p. 162. At qui 9 apud Stobaeum Flor. CXX, 5 afferuntur versus cum epigraphe *Νεοπτόλεμος ἐν τῷ περὶ ἀστεϊσμῶν·*

Ὦ θάνατ', εἴθ' εἴης αὐτάγρετος, ὄφρ' ἂν ἑλοίμην
πρώτιστος[1])*· καί κ' ἐχθρὸς ἐὼν πολὺ φίλτατος εἴης,*

---

1) Ita pro *πρώτιστον* scripsi ex cod. Par. A. Praeterea magis placeret *ὄφρα σ' ἑλοίμην*.

eos equidem non ipsius Neoptolemi, sed incerti poetae versus esse suspicor, quibus Neoptolemus, sive Parianus sive alius quidam, propter postrema verba „καί κ' ἐχθρὸς ἐὼν πολὺ φίλτατος εἴης" pro asteismi exemplo usus erat. Asteismi enim figura, ut multas formas complectitur, de quibus Herodianus περὶ σχημ. p. 57, 27 et Iul. Rufinianus de Fig. IV p. 198 dixerunt, ita etiam ad oxymori genus, quod illis verbis continetur, transferri potuit. De aliis Neoptolemi carminibus nihil compertum habemus. Ac diversus sine dubio a Pariano poeta is est, quem quidam Naupactiorum auctorem esse statuebant, quod carmen quum alii Charoni, Pytheae filio, alii Carcino Naupactio, alii incerto poetae Milesio assignaverint, apparet tam antiquum carmen Alexandrinae aetatis scriptori non tribui debuisse ab Heynio ad Apollod. II p. 359, cuius errorem notavit Marckscheffel de Hesiodi fragm. p. 253. Nec magis qui apud Diodorum Sic. XVI, 92 leguntur versus elegantissimi nostri sunt Neoptolemi, sed incerti poetae tragici et a Neoptolemo histrione recitati. Falluntur Heynius et Huschkius ad Tibull. I, 1, 70. De ceteris Neoptolemi Pariani scriptis commemoro librum de epigrammatibus ab Athenaeo X p. 454 *f* laudatum, et quo maiorem quam reliquis gloriam sibi paravit opus grammaticum γλωσσῶν nomine inscriptum, quo hoc consequutus est ut quasi per eminentiam γλωσσογράφος diceretur. Strabo de Pario, Bithyniae oppido, dicens XIII p. 589: ἐκ Παρίου μὲν οὖν ὁ γλωσσογράφος κληθεὶς ἦν Νεοπτόλεμος μνήμης ἄξιος. Huius operis quae ratio et quod institutum fuerit docebunt citationes grammaticorum. Athenaeus XI p. 476 *f.*: Νεοπτόλεμος δ' ὁ Παριανὸς ἐν τρίτῳ γλωσσῶν (κισσύ-

βιον) τὸ κίσσινον ποτήριον σημαίνειν παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἀνδρομέδᾳ „πᾶς δὲ ποιμένων ἔρρει λεώς, ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος, πόνων ἀναψυκτῆρ', ὁ δ' ἀμπέλων γάνος". τὸ γὰρ κισσύβιον, φησί, λέγεται ἐπὶ συνόδου ἀγροικικῆς, ἔνθα προσήκει μάλιστα τὸ ξύλινον ποτήριον. Proclus ad Hesiodi Opp. 491: Νεοπτόλεμος ἐν τῷ περὶ γλωσσῶν φησι λέσχην εἶναι ὄνομα αὐλῆς, ἐν ᾗ πῦρ ἐστι. Anonymus Crameri Anecd. Oxon. II p. 457, 18 κολοσυρτοῦ: Νεοπτόλεμος, μεγάλως αἰρομένης καὶ εἰς ἀέρα ἰχνουμένης· τὸ γὰρ κοῖλον κυρτώσεως καὶ ὑπεροχῆς μετέχει. Quae iisdem verbis etiam ab aliis grammaticis relata ad Hesiodi Theog. 880 pertinere vidit Mützellus Emend. Theog. Hesiod. p. 291. Ad Homericorum locorum interpretationes referenda sunt quae servavit Eustathius ad Il. p. 757, 19: τὸ δὲ τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ, ὡς Ἀμερίας καὶ Νεοπτόλεμος οἱ γλωσσογράφοι φασίν, ἀντὶ τοῦ ἐν μισθοφόρου τίθεμαι τάξει καὶ ἴσον αὐτὸν ἔχω Καρὶ ἀνδρί. Idem ad Il. p. 1347, 29: Νεοπτόλεμος δέ, φασίν, ὁ Παριανός, ψιλοῖ (τὸ ἐξεσίην) ἀπὸ τοῦ ἐξιέναι. Quae paulo plenius apposuit schol. Ven. ad Il. 24, 235. Idem ad Odyss. p. 1817, 22 ὁ ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ εἴτε μολοβρὸς εἴτε μολαβρός, ὅν, φησί, Νεοπτόλεμος ἀναπτύσσων μολοβρὸν εἶπε τὸν ἐπὶ τὴν βορὰν ἐρχόμενον. Quae ex Aristophanis Byzantii scripto de aetatum appellationibus (περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν) derivata esse in superioribus indicavit Eustathius. Porro ad Theocritum spectant quae scholiastes ad Idyll. I, 52 scripsit de voce ἀνθέρικος disserens: Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Δωριεύς[1]) φησιν οὕτω λέγεσθαι τὸν τῆς ἀσφοδέλου καυλόν. ὁ δὲ Νεο-

1) Hoc corruptum est. Cod. B Δωρίκων.

πτόλεμος ἀνθέρικα γελοίως φήθη τὸν ἀθέρα τοῦ στάχυος. Denique in parte eiusdem operis etiam de Phrygiis glossis explicatum fuisse docet Achilles Tatius ad Arati Phaen. apud Petavium Uranol. p. 129 e: *τὸ δὲ ὄρου τὸ ἄνω δηλοῦν Φρυγῶν ἴδιον, ὡς Νεοπτόλεμος ἐν ταῖς Φρυγίαις φωναῖς.*

Quem vetus interpres Horatii ad A. P. vs. 1 memorat Neoptolemum, et ita memorat, ut Horatium haud pauca eius de arte poetica praecepta in suum de eodem argumento carmen derivasse dicat, utrum Parianus sit an alius haud discernam. Hoc tamen veri haud dissimile videtur, respici eundem illum Neoptolemi librum, in quo de asteismo expositum fuisse vidimus. Quem librum quum in unius asteismi explicatione consumptum esse incredibile sit, probabile est Neoptolemum etiam de ceteris figuris exposuisse et dum id faceret etiam ea passim attulisse, quae praeceptis de arte poetica similia essent.

VI. Dymaenae et Caryatides.

(ad pag. 76.)

Hesychianae glossae, *Δύσμαιναι: αἱ ἐν Σπάρτῃ χορίτιδες Βάκχαι*, sinceritatem optime Ungerus Parad. Theb. I p. 459 adstruxit adnotatione Philargyrii ad Virgilii Georg. II, 487: ***Bacchi enim orgia in montibus celebrari solebant a furiosis Bacchis, quae a Spartanis, quorum mons erat Taygeta,*** *δύσμαιναι* ***appellabantur.*** Hinc mihi haudquaquam improbabile videtur Pratineae fabulae titulum apud Athen. X p. 392 non fuisse *Δύμαιναι ἢ Καρυάτιδες*, sed potius *Δύσμαιναι ἢ*

Καρυάτιδες. Certe fatendum est, Dysmaenas multo aptius quam Dymaenas cousociari Caryatidibus, quarum saltationes, quibus Dianae Caryatidis sacra peragebant (Pausau. III, 10 et Lucian. de Saltat. c. 10) non minus quam Baccharum fanatico furore plenas fuisse quum alia docere videntur, tum ex Plinii loco Hist. Nat. 36, 4 intelligitur, iu quo Thyades et Caryatides ita coniunguntur, nt vix inter se diversae fuisse videantur. Easdem Caryatidis deae sacerdotes inuui suspicor a Stephano Byzantio p. 453 ubi adiectivi Καρυᾶτις[1]) exemplum ex incerto scriptore ponitur hoc: Καρυᾶτις μέλισσα ἀντὶ τοῦ Λακωνική. Ephesiae quidem Dianae sacerdotes Melissas vocatas fuisse constat e Lactantii Iustit. I, 55, quod nomeu etiam ad Caryatidis sive Laconicae Artemidos antistites translatum esse, nemo mirabitur, qui Pindarum Pyth. IV, 106 Pythiam quoque μέλισσαν appellasse meminerit. Cfr. Etymol. M. p. 577, 40. λέγονται δὲ καὶ μέλισσαι αἱ ἱέρειαι παρὰ τῷ ποιητῇ ubi scribendum παρὰ τοῖς ποιηταῖς. Caryae autem, ubi Caryatidis Diauae sacrum summa religione colebatur, Peloponuesi fuit oppidum, in ipsis fere Laconicae et Arcadiae confiniis situm, cuius cives quum temporibus belli Peloponnesiaci identidem in adversariorum partes concessissent, postea a Lacedaemoniis recuperati ad internecionem deleti sunt; id quod factum fuisse videtur Olymp. CIII, 1. Vid. Xenoph. Hellen. VII, 1, 28. Spectat huc Photii glossa p. 133, 25 τὰς δὲ

1) Non Καρυᾶτις, ut et hoc et aliis locis legitur. Neque enim dubitari potest quin Caryae a largo nucium proventu nomen traxerint.

Καρύας Ἀρκάδων οὔσας ἀπετέμοντο Λακεδαιμόνιοι. Cum Xenophonte congruit fere Vitruvius lib. I, 1 nisi quod Persicorum bellorum temporibus hoc factum esse narrat, neque a Lacedaemoniis, sed a „Graecis" Caryatarum urbem excisam fuisse tradit, quod a Persarum partibus stetissent[1]). Xenophonteorum non memor erat Aloysius Hirtius in Museo Antiqu. Stud. I p. 273, qui quum duas urbes Caryarum nomine dictas fuisse statuit, alteram Arcadiae, Laconicae ditionis alteram, non animadvertisse videtur apud Pausaniam VIII, 45 ineptam esse Caryarum commemorationem, aptissimam contra Caphyarum, de quo verissime admonuit iam Sylburgius. Idem error praeter alios decepit Ios. Scaligerum ad Euseb. Chron. p. 20 A. ed. 1606. Illud autem recte monitum arbitror ab Hirtio et iam antea a Lessingio Opp. vol. X p. 369, Caryatidum signa veteres artifices ex ipsis illis saltantium virginum *σχήμασι* duxisse, qua in re non omittendus erat Athenaeus XIV p. 629 *b.* priscorum artificum statuas *τῆς παλαιᾶς ὀρχήσεως λείψανα* dicens. Ac profecto si quis apud animum suum reputaverit, quanto omnis generis decore saltantes illae virgines manibus canistro admotis solennes illas choreas peregerint, vix quidquam reperiet ex quo prisci artifices felicius signorum suorum habitus et figuras ducere potuissent. Documento sunt inclytae illae virgines Pandrosei sacelli, quas nemo fa-

1) Hoc quo spectet docet Herod. VIII, 26 post praelium apud Thermopylas Arcades nonnullos ad Xerxem transiisse dicens: *ἧκον δέ σφι αὐτόμολοι ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης ὀλίγοι τινές.* De Persici tamen belli temporibus simile quid obversatum est grammaticis bucolicae poesis origines exponentibus, quorum testimonia collegit Heynius ad Donati vitam Virg. §. 21.

cile spectaverit, quin incredibili elegantissimarum formarum venustate mirum in modum se demulceri sentiat. Ceterum non maiorum tantum signorum, sed minorum etiam artis operum illae Caryatidum saltationes occasionem dedisse videntur, siquidem Plutarchus Artox. cap. 18 in Clearchi sigillo *ὀρχουμένας Καρυάτιδας* insculptas fuisse tradidit, Pollux denique V, 97 easdem inter aurium ornamenta commemorat.

VII. De Heraclea Panyasidis.

Attuli supra in commentatione de Rhiano p. 180 fragmentum ex Panyasis Heraclea a Clemente Alex. Protr. p. 22 *d*. servatum:

Τλῆ μὲν Δημήτηρ, τλῆ δὲ κλυτὸς Ἀμφιγυήεις,
τλῆ δὲ Ποσειδάων, τλῆ δ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
ἀνδρὶ παρὰ θνητῷ θητευσέμεν εἰς ἐνιαυτόν,
τλῆ δὲ καὶ ὀβριμόθυμος Ἄρης ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκῃ.

Ita enim recte Dübnerus versum quartum emendavit, in quo vulgo *ἀνάγκης* legitur. At dubitatio residet de quarto versu, in quo etsi *θητευσέμεν* aut exemplis, qualia Schaeferus ad Brunckii Poet. gnom. p. 16 collegit, defendi aut cum Sylburgio in *θητευέμεν* commutari potest, aliud tamen scriptum fuisse a poeta indicare videntur qui Panyasis versum respiciunt Plutarchus et ipse alio loco Clemens Alexandrinus, quorum ille Erot. p. 761 *d*. haec habet: *Ἀπόλλωνα μυθολογεύουσιν ἐραστὴν γενόμενον Ἀδμήτῳ παραθητεῦσαι μέγαν εἰς ἐνιαυτόν*, Clemens autem p. 382 Sylb. *καὶ Ἀδμήτῳ θητεύων εὑρίσκεται σὺν καὶ Ἡρακλεῖ μέ-*

γαν εἰς ἐνιαυτόν. Nequaquam igitur improbabile est Panyasin scripsisse,

ἀνδρὶ πάρα θνητῷ θῆσαι μέγαν εἰς ἐνιαυτόν.

In his verbum *θῆσαι* Panyasin, rariorum verborum amatorem, decet vel maxime. Eius vestigia servavit Hesychius *Ἔθησεν: ἐθήτευσεν*[1]), et *Θήσατο: ἐδούλευσεν.* Dixi Panyasin rariorum verborum amatorem, quam rem, ut nota exempla omittam, alio quodam eoque paullo reconditiore confirmabo, quod suppeditat egregium illud Heracleae fragmentum ab Athenaeo II p. 37 *a.* et Stobaeo Flor. XVIII, 22 servatum:

Ξεῖν' ἄγε δὴ καὶ πῖν'. ἀρετή νύ τις ἔστι καὶ αὕτη
ὅς κ' ἀνδρῶν πολὺ πλεῖστον ἐν εἰλαπίνῃ μέθυ πίνῃ
εὖ καὶ ἐπισταμένως ἅμα τ' ἄλλον φῶτα κελεύῃ·
Ἶσόν θ' ὅστ' ἐν δαιτὶ καὶ ἐν πολέμῳ θοὸς ἀνήρ
ὑσμίνας διέπων ταλαπενθέας, ἔνθα τε παῦροι
θαρσαλέοι τελέθουσι μένουσί τε θοῦρον Ἄρηα·
τοῦ μὲν ἐγὼ θείμην ἶσον κλέος ὅστ' ἐνὶ δαιτὶ
τέρπηται παρεὼν ἅμα τ' ἄλλον φῶτα κελεύῃ·
οὐ γάρ μοι ζώειν γε δοκεῖ βροτὸς οὐδὲ βιῶναι
ἀνθρώποιο βίον ταλασίφρονος, ὅστις ἀπ' οἴνου
θυμὸν ἐρητύσας πίνει ποτὸν ἀλλ' ἐνεόφρων[2]).
οἶνος γὰρ πυρὶ ἶσον ἐπιχθονίοισιν ὄνειαρ,
ἐσθλόν, ἀλεξίκακον, πάσης συνοπηδὸν ἀοιδῆς.

---

1) Haec glossa apud Hesychium ita legitur, *Ἔθησεν: ἔψαυσεν, ἐθήτευσεν.* In quibus *ἔψαυσεν* ad aliam glossam, *ἔθιξεν*, pertinere videtur.

2) Ita verissime Valckenarius correxit vulgatum *ἄλλο νεόφρων.* Consimili ratione Fragm. Com. I p. 202 Aeschylo Pers. 787 restitui *Ξέρξης δ' ἐμὸς παῖς ἐνεὸς ὢν ἐνεὰ φρονεῖ*, pro eo quod libri habent *νέος ὢν νέα φρονεῖ.* Eam emendationem unice probavit Hermannus.

ἐν μὲν γὰρ θαλίης ἱερὸν μέρος ἀγλαΐης τε,
ἐν δὲ χοροιτυπίης, ἐν δ' ἱμερτῆς φιλότητος,
ἐν·δέ τε μὲν θήρης καὶ δυσφροσύνης ἀλεγεινῆς
τῷ σὲ χρὴ παρὰ δαιτὶ δεδεγμένον εὔφρονι θυμῷ
πίνειν, μηδὲ βορῇ κεκορημένον ἠΰτε γῦπα
ἧσθαι πλημμύροντα λελασμένον εὐφροσυνάων.

In his plurimum negotii criticis fecit versus 16. Ac sane inepta est particularum *δέ τε μὲν* coniunctio, ineptior etiam venationis commemoratio. Hinc Grotius, quum totum hunc versum ab Athenaeo omissum esse vidisset, eum aut aliunde infartum aut a sciolo adscriptum esse statuit. Huius iudicium praeter alios sequutus est Dübnerus, qui versum illum a Gaisfordo uncis inclusum plane omisit. At antequam damnaretur ille, num forte probabili emendatione in integrum restitui posset quaerendum erat. Eam autem non dubito quin repererim certissimam. Coniunctis enim quae male distractae sunt litteris[1]) scribendum est:

ἐν δέ τε μενθήρης καὶ δυσφροσύνης ἀλεγεινῆς.

Vocabulum *μενθήρη* adhuc nonnisi ex grammaticis cognitum erat. Hesychius, *Μενθήραις: μερίμναις*. Etymol. M. p. 508, 6 *Μενθῆραι: αἱ φροντίδες*. Hinc verbum *μενθηρίζω* apud eosdem lexicographos, et *μενθηριῶ* futurum apud Photium p. 258, 16 i. q. *μεριμνήσω*. Hac correctione admissa nihil iam ille versus habet quod non sit aptissimum. Omnem enim vim quam vinum in animos hominum habet complexurus poeta, curarum etiam et sollicitudinis aliquid habere

1) Herodianus dict. sol. p. 11, 28: *Δημόγνητος ἐν τῷ περὶ Κνίδου „καὶ κόκκυνα* (leg. *Κόκκυγα*) *τὸν Τελέστορος, καὶ Κόλλον τὸν Σκίρου, καὶ Λωγάων* (*Λαγωὸν*?) *τὸν αὐτὸν ὁμοῦ καὶ Κτῆσιν τὸν Μνησιθέου.* Pro *αὐτὸν ὁμοῦ* leg. *Αὐτονόμου*".

dicit, quam in sententiam ut alia omittam compares illud Horatii *Seu tu querelas sive geris iocos, seu rixam et insanos amores, seu facilem pia testa somnum.* Sed in Heracleae fragmentis etiam alia sunt quae rectius constitui possunt, e. c. fragmentum ab Athenaeo II p. 37 *a* servatum, quod Dübnero quintum est, uno versu auctius in hunc modum edendum erat:

Οἶνος δὲ θνητοῖσι θεῶν πάρα δῶρον ἄριστον,
ἀγλαός, ᾧ πᾶσαι μὲν ἐφαρμόζουσιν ἀοιδαί,
πάντες δ' ὀρχηθμοί, πᾶσαι δ' ἐραταὶ φιλότητος.
πάσας δ' ἐκ κραδίης ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει
πινόμενος κατὰ μέτρον, ὑπὲρ μέτρον δὲ χερείων.
ἐκ γάρ οἱ ἄτης τε καὶ ὕβριος αἶσ' ἄμ' ὀπηδεῖ[1]).

Horum versuum ultimum Athenaeus II p. 36 *d.* alii fragmento subiecit. Verba scriptoris haec sunt: *Πανύασις δ' ὁ ἐποποιὸς τὴν μὲν πρώτην πόσιν ἀπονέμει Χάρισιν Ὥραις καὶ Διονύσῳ, τὴν δὲ δευτέραν Ἀφροδίτῃ καὶ πάλιν Διονύσῳ, ὕβρει δὲ καὶ ἄτῃ τὴν τρίτην.* Iam sequitur locus, cuius postremam tantum partem adscribam:

Ἀλλ' ὅτε τις μοίρης τριτάτης πρὸς μέτρον ἐλαύνοι
πίνων ἀβλεμέως, τότε δ' ὕβριος αἶσα καὶ ἄτης
γίγνεται ἀργαλέη, κακὰ δ' ἀνθρώποισιν ὀπάζει.
ἀλλὰ πέπον μέτρον μὲν ἔχεις γλυκεροῖο ποτοῖο,
στεῖχε παρὰ μνηστὴν ἄλοχον, κοίμιζε δ' ἑταίρους·
δείδια γὰρ τριτάτης μοίρης μελιηδέος οἴνου
πινομένης μή σ' ὕβρις ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἀέρσῃ,
ἐσθλοῖσιν ξενίοισι κακὴν δ' ἐπιθῇσι τελευτήν.
ἀλλὰ πιθοῦ καὶ παῦε πολὺν ποτόν.

1) In his *αἶσ' ἄμ' ὀπηδεῖ* scripsi praeeunte Naekio. Idem *καὶ γάρ οἱ.* Possis etiam *ἢ γάρ οἱ.* Nisi forte *ἐξοπηδεῖν* dixit Panyasis, quod compares cum *ἐξακολουθεῖν.*

Quibus subiicit Athenaeus: *καὶ ἑξῆς περὶ ἀμέτρου οἴνου. Ἐκ γάρ οἱ ἄτης τε καὶ ὕβριος αἶσα ὀπηδεῖ.* Apertum est hunc versum proxime sequutum fuisse illum, *πινόμενος κατὰ μέτρον, ὑπὲρ μέτρον δὲ χερείων.* Simul etiam fragmentorum ordinem paulo aliter constituendum esse patescit. Quum enim Athenaeus versum illum de immodico vini usu „*ἑξῆς*“ i. e. post illam admonitionem *ἀλλ' ὅτε τις* etc. a Panyasi positum fuisse dicat, manifestum est quinti sextique apud Dübnerum fragmentorum sedes permutandas esse. Sexti fragmenti versus ultimos adscripsi ut leguntur apud Dübnerum; in libris autem penultimus ita scriptus est: *ἐσθλοῖς ἐν ξενίοισι κακὴν δ' ἐπιθήσεις τελευτήν.* Nec dubium est quin recte scripserit *ἐπιθῇσι*, sed particulam *δὲ* tribus vocibus Panyasin subiunxisse non credibile est. Itaque *ἐσθλοῖς δ' ἐν ξενίοισι κακὴν ἐπιθῇσι τελευτὴν* scribendum esse dicerem, nisi res unius litterae transpositione confici posse videretur hoc modo:

μή σ' ὕβρις ἐνὶ φρεσὶ θυμὸν ἀέρσῃ
ἐσθλοῖς ἐν ξείνοισι, κακὴν δ' ἐπιθῇσι τελευτήν.

Aliud fragmentum, in quo aliquid corruptelae latet, servavit Stephanus Byzantius s. v. *Τρεμίλη*: *ἡ Λυκία ἐκαλεῖτο οὕτως. οἱ κατοικοῦντες Τρεμιλεῖς ἀπὸ Τρεμίλου, ὡς Πανύασις·*

Ἔνθα δ' ἔναιε μέγας Τρέμιλος, καὶ ἔγημε θύγατρα
νύμφην Ὠγυγίην, ἣν Πραξιδίκην καλέουσιν,
Σίβρῳ ἐπ' ἀργυρέῳ ποταμῷ παρὰ δινήεντι.
τῆς δ' ὀλοοὶ παῖδες Τλῶος Ξάνθος Πίναρός τε
καὶ Κράγος[1]*, ὃς κρατέων πάσας ληΐζετ' ἀρούρας.*

1) Montis Cragi nomen apud schol. Hom. Il. ό, 193 male *Κίραγος* scriptum est.

Primum horum versuum, qui in cod. Rehd. ita scriptus est, *ἔνθα δ' ἔρρεε μέγας Τρεμύλος ἄγει με θύγατρα*, recte Funckius ita correxisse videtur, *μέγας Τρέμιλος ὃς ἔγημε θύγατρα*, nisi quod pro *Τρέμιλος* malim *Τρεμίλης*, cui formae fidem facit gentile nomen *Τρεμίλης*[1]). Gentes autem saepissime nomine conditoris fictitii vocari docuit Lobeckius Paral. gramm. p. 303. Alteram formam, *Τρέμιλος*, disertim a quoquam memorari non credo. Quotiescunque enim hoc nomen occurrit, genitivo casu positum est. Praeterea magnam offensionem habet *θύγατρα*, quod quum neque pro puella dici (Hermannus ad Soph. Oed. Tyr. 1102) neque cum *'Ωγυγίην* in sequenti versu ita coniungi possit ut Ogygis filia intelligatur, magna oboritur suspicio versus hosce ita scribendos esse,

ἔνθα δ' ἔναιε μέγας Τρεμίλης, ὃς ἔγημε γυναῖκα,
νύμφην 'Ωγυγίην, ἣν Πραξιδίκην καλέουσιν.

De Praxidicea, Ogygis filia, v. Dionysium apud Photium s. v. *Πραξιδίκη*. Versu tertio etiamnunc teneo quod iam alio loco proposui, pro *παρὰ δινήεντι* scribendum esse *βαθυδινήεντι*. Nam *παραδινήεντι* ineptum I. Gronovii commentum est.

De eo fragmento quod a Probo ad Virgilii Ecl. II, 24 servatum Dübnero vicesimum quintum est, dixi supra p. 251. Fragm. 24 ab Athenaeo IV p. 172 *d.* servatum ita scribendum videtur: *πέμματα πόλλ' ἐπιθείς, πολλὰς δέ τε νοσσάδας ὄρνις.*

De-

1) Stephanus Byz. *Τρεμίλη. οἱ κατοικοῦντες Τρεμιλεῖς... τούτους δὲ τοὺς Τρεμιλέους* (leg. *Τρεμιλέας* ex Rehd.) *Λυκίους Βελλεροφόντης μετωνόμασεν. Ἑκαταῖος Τρεμίλας αὐτοὺς καλεῖ ἐν τετάρτῳ γενεαλογιῶν.* Ceterum Tremilae nomen ad terrae motus, qui Lyciam quassabant, spectare videtur.

Denique nescio an ad Panyasis Heracleam referendus sit locus a scholiaste Nicandri Ther. 256 allatus ad verba χροιὴν δ' ἄλλοτε μὲν μολίβου ζοφοειδέος ἴσχει, ἄλλοτε δ' ἠερόεντα, τότ' ἄνθεσιν εἴσατο χαλκοῦ. Scholiastes: γράφεται δὲ καὶ ἄνθεσι χάλκης (i. e. κάλχης). οὕτως καὶ παρὰ Νουμηνίῳ "Ανθεσσί γε μὲν εἴδετ' ἐπ' ἰχὼρ ἠερόεις, τότε δ' αὖ μολίβῳ ἐναλίγκιον εἶδος ἀμφί ἑ κυδαίνει χάλκῃ ἴσον." ἔστι δὲ χάλκη ἄνθος, ἀφ' οὗ καὶ τὴν πορφύραν ὠνόμασαν. τὸ δὲ ἐμφερὲς ὅμοιον τῷ ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ

φολὶς δ' ἀπέλαμπε φαεινή,
ἄλλοτε μὲν κυανοῦ, τοτὲ δ' ἄνθεσιν εἴσατο χαλκοῦ.

Non secundarii sed celebris poetae hos versus esse, vel illud indicio est, quod scholiastes nomen auctoris reticuit. Itaque aut Pisandri aut Panyasis Heracleam dici existimo. Credo autem hos versus ex ea carminis parte derivatos esse, qua draco aureis Hesperidum malis custos appositus describebatur. Schol. Germanici Arat. p. 42 ***draconem immensae magnitudinis ... Hercules, quum ad mala aurea profectus fuisset, ut refert Panyasis in Heraclea, fertur peremisse.*** Quamquam possunt haec etiam ad Herculis certamen cum Hydra Lernaea referri, quod et ipsum Panyasin ornasse idem scholiastes testatur. Ceterum similiter varios Sphingis colores descripsit tragicus incertus apud Plutarchum Stobaei Flor. LXIV, 31: εἰ μὲν πρὸς αὐγὰς ἡλίου, χρυσωπὸν ἦν | νώτισμα θηρός· εἰ δὲ πρὸς νέφη βάλοι, | κυανωπὸν ὥς τις ἶρις ἀνταυγεῖ (leg. ἀντηύγει) σέλας.

Haec scribenti mihi affertur Ioh. Pistoth. Tzschirneri commentatio de Panyasidis Heracleade (Vratisl. 1842), in qua quum alia minus recte mihi disputata

esse videntur, tum vero etiam ea quae disseruit de scholio Homerico ad Odyss. 12, 301. *Νυμφόδωρος* (ita Ebertus pro *Μεμψήδωρος* vel *Μεμψόδωρος*) *ὁ τὴν Σικελίαν περιηγησάμενος καὶ Πολίαινος καὶ Πανύασις φύλακα τῶν Ἡλίου βοῶν Φυλάκιόν* (Vind. *Φυλαιόν*) *φησι γενέσθαι, ὃν Φιλοστέφανος Αἰολιδοῦν εἶναί φησι καὶ ἔχειν. ἐν Μύλαις ἡρῷον.* Panyasis armentorum illorum custodem neque Phylacium neque Phylacum appellaverat, sed aut Phylacum, quod frequens in fabulis graecis nomen est, aut quod magis credo Phalacrum. Tum *Αἰολιδοῦς* non nomen proprium est, sed plebeia, si quis ita velit, forma patronymici *Αἰολίδης*, comparanda illa cum *υἱδοῦς θυγατριδοῦς τηθελλαδοῦς ἐμπληκταδοῦς* et id genus aliis, de quibus dixit Lobeckius ad Phryn. p. 299. De Phalacro Aeoli filio vide schol. Odyss. 20, 6. Eum a Mylensibus pro heroe cultum esse non mirum est, quum de Aeolidarum in Siciliae oris imperio satis constet ex Diodoro Sic. V, 8.

VIII. De poeta Arriano.

(ad p. 206.)

Suidas vol. I p. 320. *Ἀρριανός: ἐποποιός, μετάφρασιν τῶν γεωργικῶν Βεργιλλίου ἐπικῶς ποιήσας. Ἀλεξανδρειάδα. ἔστι δὲ κατὰ τὸν Μακεδόνα ἐν ῥαψῳδίαις εἴκοσι τέτταρσιν. εἰς Ἄτταλον τὸν Περγαμηνὸν ποίημα*. Eudocia Viol. p. 67: *Ἀρριανὸς ἐποποιὸς μετέφρασε τὰ τοῦ Βεργιλλίου γεωργικὰ ἐπικῶς. καὶ ἄλλα πολλὰ εἰς Ἄτταλον τὸν Περγαμηνόν.* Neglexerunt haec, ni fallit memoria, ii qui de Virgilii Geor-

gicis commentati sunt. Suidae locum respexisse videtur Torrentius ad Sueton. Tib. 70 etiam Arrianum poetam haud incelebrem fuisse dicens. De aetate viri ex Suidae verbis nihil certi elicias. Attalum Pergamenum si carminibus suis celebravit, huius eum aequalem fuisse consentaneum est; ei autem male respondet quod de metaphrasi Georgicorum addit. Vereor igitur ne duos diversos Arrianos in unum Suidas coniunxerit. Alexandriadis memoriam duobus locis apud Stephanum Byzantium haberemus, si per librarios licuisset, qui Arrianum in Adrianum transformarunt. Primum s. v. *Ἀστραία* p. 187 *Ἀστραία πόλις Ἰλλυρίας. Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος ά.* Tum s. v. *Σάνεια, πόλις Ἰνδική, ὡς Ἀδριανὸς Ἀλεξανδρειάδος ἑβδόμῳ. τὸ ἐθνικὸν Σανεύς.* Utroque loco Arriani reponendum videtur. Forsan eiusdem Arriani est epigramma a Welckero editum Syll. epigr. graec. p. 220.

IX. De Alexandro Ephesio.

De Alexandro Ephesio, cui incertum quam ab caussam Lychni cognomen inditum fuit [1]), apud Strabonem XIV p. 642 (951) haec leguntur: *τῶν νεωτέρων Ἀλέξανδρος ῥήτωρ, ὁ Λύχνος προσαγορευθεὶς, ὃς καὶ ἐπολιτεύσατο καὶ συνέγραψεν ἱστορίαν καὶ ἔπη κατέλιπεν, ἐν οἷς τά τε οὐράνια διατίθεται, καὶ τὰς ἠπεί-*

1) Fortasse eo nocturna laboriosi viri studia indicare voluerunt. Nota sunt quae de Demosthenis lucerna feruntur. Idem *Λύχνου* cognomen cur Synoridi meretrici inditum fuerit (Athen. XIII p. 583 e.) non obscurum est.

ρους γεωγραφεῖ καθ' ἑκάστην ἐκδοὺς ποιήματα. Qui quod *ἱστορίας* auctorem Alexandrum fuisse dicit, respexit forsan Marsici belli historiam ab Aurelio Vict. O. R. cap. 9 p. 25 memoratam: ***Idam petit*** (Aeneas) ***ibique navibus fabricatis cum multis diversi sexus oraculi admonitu Italiam petit, ut docet Alexander Ephesius libro primo belli Marsici.*** Carminum quae condiderat Alexander bipartita erat ratio; alterum enim rerum caelestium, alterum orbis terrarum descriptionem complectebatur. De alterutro vel de utroque Ciceronis prostat indicium Epist. ad Atticum II, 22 ***libros Alexandri negligentis hominis et non boni poetae, sed tamen non inutilis tibi remisi***, et epist. 20: ***a Vibio libros accepi. poeta ineptus, nec tamen scit nihil, et est non inutilis. describo et remitto.*** Quod etsi parum honorificum iudicium est, non inutile tamen fuerit quae de utroque opere servatae sunt reliquiae, eas hic coniunctim proponere. Quem titulum operi de rebus caelestibus fecerit non indicatum est; suspicor tamen fuisse *Φαινόμενα.* Certe inter Phaenomenorum scriptores memoratur Alexander in Vita Arati apud Buhlium vol. II p. 442 et 43. Hygini locum Astron. II, 21 ad idem hoc carmen forsan referendum apposui supra p. 242. At haud spernendam eius partem, quae de stellis errantibus agit servavit Theon Smyrnaeus apud Galeum Add. ad Parth. p. 49:

Ὑψοῦ δ' ἄλλοθεν ἄλλος ὑπέρτατον ἔλλαχε κύκλον.
ἀγχοτάτη μὲν δῖα Σεληναίη περὶ γαῖαν,
δεύτερος αὖ Στίλβων χελυσσόου Ἑρμείαο,
τῷ δ' ἔπι φωσφόρος ἐστὶ φαεινότατος Κυθερείης,
τέτρατος αὐτὸς ὕπερθεν ἐπ' Ἠέλιος φέρεθ' ἵπποις,
πέμπτος δ' αὖ πυρόεις φωστὴρ Θρήϊκος Ἄρηος,

ἕκτος δ' αὖ Φαέθων Διὸς ἀγλαὸς ἵσταται ἀστήρ,
ἕβδομος αὖ Φαίνων Κρόνου ἀγχόθι τέλλεται ἀστήρ·
πάντες δ' ἑπτατόνοιο λύρης φθόγγοισι συνῳδόν
ἁρμονίην προσέχουσι διαστὰς ἄλλος ἀπ' ἄλλου.

* * *

Γαῖα μὲν οὖν ὑπάτη τε βαρεῖά τε μεσσόθι ναίει·
ἀπλανέων δὲ σφαῖρα συνημμένη ἔπλετο νώτοις·
μέσσην δ' ἠέλιος πλαγκτῶν θέσιν ἔσχ' ὑπὲρ ἄστρων·
τοῦ δ' ἄπο δὴ ψυχρὸς μὲν ἔχει διὰ τέσσαρα κύκλος.
κείνου δ' ἡμίτονον Φαίνων ἀνίησι χαλασθείς,
τοῦ δὲ τόσον Φαέθων ὅσον ὄβριμος Ἄρεος ἀστήρ,
Ἠέλιος δ' ὑπὸ τοῖσι τόνον τερψίμβροτον ἴσχει,
αἴγλης δ' ἠελίοιο τριημίτονον Κυθερείη·
ἡμίτονον δ' ὑπὸ τῇ Στίλβων φέρεθ' Ἑρμείαο,
τόσσον τε χρωσθεῖσα φύσιν πολυκαμπέα μήνη·
κέντρου δ' ἠελίοιο θέσιν διὰ πέντ' ἔλαχε χθών,
αὐτὴ πεντάζωνος ἀπ' ἠερίης φλογόεν πῦρ,
ἁρμοσθεῖσ' ἀκτῖσι πυρὸς κρυεροῖσί τε πάχναις,
οὐρανὸν ἐξάτονον τόνον ἔσχεθε τὸν διὰ πασῶν.
τοίην τοι σειρῆνα Διὸς παῖς ἥρμοσεν Ἑρμῆς
ἑπτάτονον κίθαριν, θεομήτορος εἰκόνα κόσμου.

Adscripsi haec prout emendata sunt a Galeo, Schneidero, maxime Nackio, a quibus quae allata sunt nolo repetere. Itaque annotabo non nisi ea de quibus adhuc mihi dubium est. Vs. 1 nescio an *ὑπέρτερον* scribendum sit. Vs. 6 Thracem dicit Martem ut Sophocles apud Clement. Protr. 2 p. 24 Pott. *Σοφοκλῆς δὲ Θρᾷκα οἶδεν αὐτὸν (Ἄρη)*, qui respexit, opinor, Antig. 957. Vs. 10 Theon *στοιχοῦσιν*. Heraclitus *προσέχουσι*. Legendum igitur *προχέουσιν*. Vs. 14 Naekius *τοῖο δ' ἄφ' ὕψιστος*, vel *τοῦ δ' ἄπο δὴ ὕψος*. Vs. 17 malim *τερψίμβροτος*, Homerico Solis epitheto. Post vs. 22 ali-

quot versus excidisse suspicatur Schneiderus ad zonarum temperaturam pertinentes, quod non credibile est. Non dubito quin vitium lateat in verbis ἀπ' ἠερίης φλογόεν πῦρ. Nec vs. 24 persanatus est. Vs. 25 σειρῆνα Naekius pro σειρὴν ὁ Schneiderus σειρῆν' ὁ. Vs. 26 θεομήστορος legendum pro θεομήτορος.

Alterum carmen tribus continebatur partibus, Asiae Europae Libyae descriptionem complectens. Fragmenta praeter Eustathium in commentariis ad Dionysium Periegetam unus servavit Stephanus Byzantius, qui *Europam* memorat v. Δυρράχιον. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν Εὐρώπῃ μετὰ τοῦ σ Δυσράχιον αὐτὴν καλεῖ.

Δυσραχίου τ' Ἐπίδαμνος ἐπ' ἀγχιάλου χθονὸς ἀκτῆς. Fallitur haud dubie Stephanus sive potius epitomator eius. Apud Alexandrum δυσραχίου adiectivum erat nominis ἀκτῆς, quo aestuosum Dyrrhachii sive Epidamni littus significaret. Sed praestat fortasse δυσράχιός τ' Ἐπίδαμνος scribere. Item v. Ἐλίμεια, πόλις Μακεδονίας. Ἀλέξανδρος δ' ἐν Εὐρώπῃ Ἐλιμειόν φησι, διὰ μακροῦ τὴν μει συλλαβήν, τὴν δ' ἐλίου (leg. τὴν δὲ λι) διὰ βραχέος τοῦ ῑ. Item v. Ἑρκύνιον, ὄρος Ἰταλίας, ἀφ' οὗ Ἑρκυνὶς ἡ χώρα καὶ Ἑρκύνιος τὸ κτητικόν. Ἀλέξανδρος Εὐρώπῃ. Item v. Τυρακῖναι, πόλις Σικελίας. Τυρακὴν δὲ αὐτὴν Ἀλέξανδρος ἐν Εὐρώπῃ καλεῖ. Haec postrema documento sunt, insulas Alexandrum non seorsum tractasse, ut Dionysius fecit, sed cum unaquaque ἠπείρῳ couiunctim. Ex *Asia* haec enotavit Stephanus v. Δῶρος, πόλις Φοινίκης. καὶ Ἀλ. ἐν Ἀσίᾳ

Δῶρος τ' ἀγχίαλος τ' Ἰόπη προύχουσα θαλάσσης. Legebatur θαλάττῃ. Porro v. Λάπηθος, πόλις Κύπρου, ὕφορμον ἔχουσα καὶ νεώρια. Ἀλέξανδρος Ἐφέσιος

Βήλου δ' αὖ Κίτιόν τε καὶ ἱμερόεσσα Λάπηθος.
Quae ita intelligenda esse videntur, ut Citium et Lapethum Beli *κτίσματα* fuisse dicat. De Lapetho scriptorum testimonia collegit Cellarius Geogr. Ant. II p. 268. Neglexit tamen quem Stephani editores afferunt Nonnum XIII, 447: *ἐκ δὲ Λαπήθων, ὕστερον ἣν ἐκάλεσσαν ὁμώνυμον ἡγεμονῆος*, ubi recte Graefius *Λαπήθου* corrigit. Porro laudat Stephanus Asiam v. *Μελίταια, πόλις Θετταλίας. Ἀλ. Ἀσίᾳ*, et v. *Σάταλα, πόλις Ἀρμενίας, ὡς Ἀλ. Ἀσίᾳ.* Item v. *Σεβαστή, πόλις Ἀρμενίας, ἡ νῦν Σεβαστία καλουμένη, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ Ἐφέσιος.* In his vereor ne quid turbatum sit; certe permirum videri debet, ante Augusteam aetatem urbem aliquam *Σεβαστὴν* appellatam esse. Fortasse igitur pro *Ἀλέξανδρος* scribendum *Μένανδρος*, de quo vide quae dixi Proleg. ad Menandrum p. XXXVIII. Porro *Ταπροβάνη, νῆσος μεγίστη ἐν τῇ Ἰνδικῇ θαλάσσῃ. Ἀλ. ὁ καὶ Λύχνος·*

Νῆσος τετράπλευρος, ἁλιστέφανος Ταπροβάνη,
θηρονόμος, πέπληθεν ἐϋρρίνων ἐλεφάντων.

Quae imitatus est Dionysius Perieg. 593 *μητέρα Ταπροβάνην Ἀσιηγενέων ἐλεφάντων.* Ubi Eustath.: *ὅτι ἡ Ταπροβάνη — τετράπλευρος, θηρονόμος, πεπληθυῖα εὐρίνων ἐλεφάντων, ὥς φησιν Ἀλ. ὁ καὶ Λύχνος ἐπιλεγόμενος.* Ex quo altero versu *θηρονόμος* scripsi pro edito *θηρονόμων*. Porro v. *Ὑρκανοί, ἔθος προσεχὲς τῇ Κασπίᾳ θαλάττῃ. λέγεται καὶ Ὑρκάνιος καὶ Ὑρκανία καὶ Ὑρκανίς, ἐξ οὗ τό*

ἐς (leg. *εἰς*) *Ὑρκανίδα λίμνην,*

ὡς Ἀλέξανδρος ἐν Ἀσίᾳ. Item v. *Χαονία. λέγεται καὶ Χαόνιος — καὶ Χαονίη τὸ θηλυκόν. Ἀλ. ὁ Ἐφέσιος ἐν Ἀσίῃ* (sic) *καὶ Λιβύῃ· οἱ δὲ κάτω Πελασγίδα*

Χαονίην, quae sine librorum ope restitui non possunt. Et haec quidem Stephanus ex Asia attulit. Sed ad idem carmen referenda sunt quae servavit Eustathius ad Dionys. 608 *ἐν τῇ Καρμανίδι ἄκρᾳ νῆσος ἡ Ὤγυρις, καὶ περὶ αὐτὴν τύμβος Ἐρυθραίου βασιλέως, ὃν ἄλλοι Ἐρύθραν φασὶ γράφοντες*

Ἀγχιβαθὴς δ' ἄρα νῆσος ἁλὸς κατὰ βένθος Ἐρυθρῆς
Ὤγυρις, ἔνθα τε τύμβος ἁλὸς μεδέοντος Ἐρύθρα
κέκληται.

Alexandri Ephesii hos versus esse coniecit olim Naekius Schedis crit. p. 16 (Opusc. I p. 27), cuius suspicionem luculenter confirmat scholiastes ad Dionys. l. l. *μέμνηται δὲ αὐτῆς* (insulae Ogyris) *ἐν Ἀσίᾳ λέγων μεσσοβαθὴς δ' ἄρα νῆσος ἁλὸς κατὰ βένθος ἐρυθρά* (sic). Dionysii verba ex Alexandri loco expressa haec sunt:

Ἔστι δέ τις προτέρω, Καρμανίδος ἔκτοθεν ἄκρης,
Ὤγυρις· ἔνθα τε τύμβος Ἐρυθραίου βασιλῆος.

Cuius dissensum ab Alexandro annotavit Naekius. *Μεσσοβαθὴς* apud scholiasten unde ortum dicam non habeo. Ad alterum versum non negligenda quae leguntur Etymol. M. p. 379, 13: *Ἐρυθραῖον πέλαγος, ἀπὸ Ἐρυθραίου τινὸς βασιλέως. ἀποθανόντος γὰρ αὐτοῦ, ἔρριψαν αὐτὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἐπιγράψαντες τῷ τάφῳ Ἐνθάδε τάφος ἁλὸς παμμεδέοντος Ἐρυθροῦ.* Quae ita forsitan redintegranda sunt, *Ἐνθάδε τύμβος ἁλὸς πάσης μεδέοντος Ἐρύθρου*, vel *ἁλὸς τοῦ παμμεδέοντος*. Pro *κέκληται* vulgo *κέκλιται*, quod minus aptum. Quod reposui Homericum est Il. XI, 758: *Ἀλεισίου ἔνθα κολώνη κέκληται.* Praeterea unum habemus Alexandri versum, quem ex eodem hoc chorographico opere petitum esse non dubito. Legitur is apud Eustathium

ad Dionys. 558 ᾄδεται δὲ Ἡρακλῆς εἰς αὐτὴν (Erytheam) πλεύσας χαλκῷ λέβητι — ὡς ὁ Εὐφορίων λέγεται ἱστορεῖν. ὁμοίως καὶ ὁ Ἐφέσιος Ἀλέξανδρος εἰπών

χαλκείῳ δὲ λέβητι μέγαν διενήξατο πόντον.

Qui versus utrum Libyae an Europae assignandus sit tum demum diiudicari posset, si certo constaret, utri continenti Alexander Erytheam insulam accensuerit. Quod aureo lebete, non poculo, ut alii, Alexander Herculem Erytheam navigasse dixit, fecit exemplo auctoris Titanomachiae et Theolyti apud Athenaeum XI p. 470 *b*. ***Libyam*** Alexandri Stephanum v. *Χαονία* memorasse, supra indicavi, ubi de Asia agebam.

X. De Heraclidis Pontici Leschis.

(ad pag. 258)

De Heraclide Pontico eiusque Leschis apud Suidam vol. II p. 70 haec litteris consignata reperio: *Ἡρακλείδης Ποντικός, ἀπὸ Ἡρακλείας τοῦ Πόντου, γραμματικός. ὅστις Διδύμῳ τῷ πάνυ κατὰ τὴν Ἀλεξανδρέων ἐφοίτησεν. οὗτος ἐπειδὴ ἤκουσεν Ἄπερος*[1]*), τοῦ Ἀριστάρχου μαθητοῦ, εὐδοκιμοῦντος κατὰ τὴν Ῥώμην, πολλά τε τὸν Δίδυμον διασύροντος, ἔγραψε μέτρῳ Σαπφικῷ ἤτοι Φαλαικείῳ βιβλία γ′ δυσερμήνευτα καὶ πολλὴν τὴν ἀπορίαν ἔχοντα προβαλλομένων ζητήσεων, ἅτινα Λέσχας ἐκάλεσεν. εἰς Ῥώμην δὲ κομίσας καὶ τοῦ Ἄπε-*

1) Ἄπερος pro usitatiore Ἄπρου habes item in titulo apud Boeckh. C. I. No. 1999 ubi editor comparat Κίμβερος ex tit. 1778. Similiter Ἰσσουβρες dicitur et Ἴσσουβροι. Ceterum de Apro grammatico, Aristarchi discipulo, mihi quidem aliunde nil compertum est.

ρος καταφανεὶς (?) κατέμεινε σχολάζων ἐν αὐτῇ ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Νέρωνος. ἔγραψε δὲ καὶ ποιήματα ἐπικὰ πολλά. Itaque Heraclides, Didymi Alexandrini auditor, quum praeceptorem suum et magistrum ab Apro, Aristarchi quondam discipulo, Romae tum litteras docente graviter perstringi audivisset, metro Phalaeceo seu Sapphico[1]) hendecasyllabo carmen condidit tribus libris comprehensum et Lescharum titulo inscriptum. Cuius operis quae forma et descriptio fuerit erui posse credo ex his Athenaei XIV p. 649 c: ἐπὶ τούτῳ ἐλεγχθεὶς ὁ Σύρος καὶ δηχθεὶς σφόδρα, ἀλλὰ μὴν, ἔφη, παράκειται ἡμῖν ἐπὶ τῆς τραπέζης καὶ ψιττάκια· ἅπερ ἢν εἴπῃς παρὰ τίνι κεῖται, δώσω σοι οὐ χρυσέους δέκα στατῆρας κατὰ τὸν Ποντικὸν λεσχηνευτήν, ἀλλὰ τουτὶ ἔκπωμα. Nemo monitus dubitabit quin hic integer lateat versus hendecasyllabus Phalaeceus

δώσω σοι χρυσέους δέκα στατῆρας.

Quo ipso metri genere Heraclidis librum compositum fuisse ex Suida intelleximus. Rectissime enim in χρύσεος primam syllabam corripi hodie pervulgatum est, et corripuit in eodem metri genere poeta ignotus Antholog. Pal. XIII, 18: Παρμένων χρυσέης κύρησε τιμῆς. Ad senteutiam autem illi versui subiectam attendenti eumque cum indice libri comparanti non obscurum erit, rem ita ab Heraclide fuisse iustitutam, ut doctorum hominum syssitium esse fingeret, qui nodosas de rebus grammaticis et historicis quaestiones alter alteri proponerent et propositas solverent. Fuit igi-

1) Recte Suidas hoc metrum Sapphicum vocavit, quam hac hendecasyllaborum forma frequenter usam esse docet Terent. Maur. 2545 sqq.

tur Heraclidis liber ex genere *τῶν προτατικῶν καὶ λυτικῶν*, de quibus disseruit Lehrsius Arist. p. 200 sqq. Quod autem carmine tale argumentum persequutus est Heraclides, vix quisquam idem antea ausus est: at percommode eam in rem usus est versibus Phalaeceis, quod metri genus quum proxime ad communis sermonis usum accedat, huiuscemodi argumento explicando inprimis accommodatum est. Simul etiam patescit, quod absque Suida ignoraremus, latinos poetas, qui eadem metri specie ad longiora carmina usi sunt, e. c. P. Papirium Statium, ne hoc quidem sine graecorum poetarum exemplo fecisse. Porro ex Suidae verbis intelligimus, Heraclidem Leschas illas suas eo maxime consilio scripsisse, ut iniuriam magno suo magistro illatam ulcisceretur; itaque coniicere licet, ipsum Aprum in illo doctorum hominum consessu haud exiguas sustinuisse partes, sed ita, ut a ceteris inscitiae argueretur et identidem risui exponeretur. Neque a veri similitudine abhorret, ipsum illum versum ab uno convivatorum ad Aprum fuisse dictum, in hunc ferme modum:

ἢν εἴπῃς παρ' ὅτῳ [τὸ δεῖνα] κεῖται,
δώσοι σοι χρυσέους δέκα στατῆρας.

Dixi supra quaestiones in leschis propositas et grammaticas fuisse et historicas; neque sine ratione dixi: historiam autem intelligo fabulosam. Huius rei locupletem testem habemus Artemidorum Onir. IV, 63: *εἰσὶ γὰρ καὶ παρὰ Λυκόφρονι ἐν τῇ Ἀλεξάνδρᾳ καὶ παρὰ Ἡρακλείδῃ τῷ Ποντικῷ ἐν ταῖς Λέσχαις καὶ παρὰ Παρθενίῳ ἐν ἐλεγείαις καὶ παρ' ἄλλοις πολλοῖς ἱστορίαι ξέναι καὶ ἄτριπτοι.* Sed exemplum quoque eius rei servatum est in Etymol. Gud. p. 297, 49 ex

quo etiam commentaria in Leschas scripta fuisse intelligitur: *ἱστορεῖται ὁ Κάνωβος δίσκῳ ἀνῃρῆσθαι ὑπὸ Μενελάου ἐν Αἰγύπτῳ ἐν ὑπομνήματι ά λέσχης Ἡρακλείδου*. Ita enim verissime codicis lectionem (*ἐν ὑπομνήματι αλεσχης Ἡρακλείδος*) correxit I. G. Schneiderus ad Marcellum Sidet. p. 117 et post Schneiderum Ritschelius Dissert. de Oro p. 77. Iure autem hanc de Canobi obitu narrationem *ξένην καὶ ἄτριπτον* vocaveris; vulgo enim creditum est serpentis ictu Canobum occidisse. Quamquam altera illa, qua disci ictu interfectus esse ferebatur, quo spectet haud obscurum est. Nota sunt quae de Hyacintho traduntur, qui patria Amyclaeus corporis venustate praestabat et disci ictu occubuit. Quae eadem cadunt omnia in Canobum, qui et venustate excelluit, v. Conon. apud Phot. Bibl. 186 p. 132, 25 et patriam Amyclas habuisse dicitur a Dionysio Perieg. 13 *τέμενος περίπυστον Ἀμυκλαίοιο Κανώβου*. Grammaticarum quaestionum in Leschis propositarum specimen habemus apud Bekkerum Anecd. graec. p. 1196: *σπανία ἐστὶν ἡ χρῆσις τῆς βοῦς εὐθείας, μᾶλλον δὲ οἱ βόες εὕρηται. ἐπὶ δὲ τῆς ὁμοφωνούσης αὐτῇ αἰτιατικῆς, λέγω δὲ τῇ τὰς βοῦς, πλατεῖά ἐστιν ἡ χρῆσις, ὡς ἐν Κόλαξιν Εὐπόλιδος, θὲς νῦν ἀγροὺς καὶ πρόβατα καὶ βοῦς. καὶ παρὰ τῷ Ἡρακλείδῃ ἐν τῇ ἀρχῇ τῆς λέσχης.* In quibus fortasse *τῆς ά* (vel *δ´*) *λέσχης* scribendum est. Ad eundem auctorem referebam haec apud Stephanum Byz. v. *Μοψοπία* p. 567: *ὁ πολίτης Μοψόπειος διὰ διφθόγγου, καὶ διὰ τοῦ ῑ. καὶ Μοψοπιεύς. Ἡρακλείδης δ᾽ ὁ Ποντικὸς ἐν πρώτῳ Μοψοπίτης φησί, καὶ ἔδει Μοψοπιώτης, ἴσως δὲ καθ᾽ ὕφεσιν τοῦ ω̄.* Quo loco quum in Aldina et Florent. post *ἐν πρώτῳ* lacuuam indicatam esse

comperissem, diu est quod *Λεσχῶν* titulum excidisse suspicatus sum. Postea non sine voluptate vidi coniecturam meam confirmari scriptura cod. Rehd. in quo Passovio teste scriptum est *ἐν πρώτῳ λέχῃ*. Scribendum igitur *ἐν πρώτῃ λέσχῃ*. Iam etiam hoc mihi indubitabile videtur, ad eundem eiusdem auctoris librum revocanda esse quae idem Stephanus habet s. v. *Μακεδονία* p. 535: *λέγεται καὶ Μακέτης ἀρσενικόν, καὶ Μακέτις γυνή, καὶ Μάκεσσα ἐπιθετικῶς, ὡς Ἡρακλείδης*. Praeterea Heraclidis Leschae a nemine quantum scimus commemorantur, nisi quod Diogenes Laert. V, 88 idem opus sub nomine *φλυαριῶν* laudare putatur: *δεύτερος Ἡρακλείδης πολίτης αὐτοῦ* (vetustioris Heraclidae, Aristotelis auditoris notissimi) *Πυρρίχας καὶ Φλυαρίας συντεταγμένος*.

XI. De Heliodoro poeta.

Iohannes Stobaeus inter alios poetas, quorum vix nomina ad nostram memoriam pervenere, etiam Heliodorum quendam commemorat. De quo poeta quum apud alios nihil me legere meminerim, meam hoc loco qualemcunque sententiam exponere constitui, quum ipsum illud quod Stobaeus servavit *ἀποσπασμάτιον*, sive sermonis elegantiam sive numerorum concinnitatem spectes, non indignum videatur, quod ex latebrarum obscuritate, in quibus ad hunc diem absconditum latuit, in lucem protrahatur. Legitur in Floril. C, 6 cum lemmate *ἐκ τῶν Ἡλιοδώρου Ἰταλικῶν Θεαμάτων*.

Ἰταλίης οὐ πολλὸν ὑπερστείχοντι κολώνην
Γαυρείην χώρῃ τις ὁδιτάων ἐπὶ λαιά
κέκλιται ἀργήεσσα χιὼν ὥς· ἐκ δέ οἱ ὕδωρ

ἀΐσσει μάλα πικρὸν ἀναπνεῦσαι πιέειν τε.
κεῖνο πολυστάφυλοι περιναιέται ἀνέρες ὕδωρ
ὅσσων ἄλκαρ ἔχουσιν. ὁ μὲν λοετροῖο χατίζων
αὔτως ὄφρα κε μοῦνον ἐν ὕδατι γυῖα καθήρῃ,
ὀφθαλμοὺς βλεφάροισι λίην ἀραρῶσι καλύψας
δύεται, ὡς μή οἵ τι παραδράμῃ ἕρκεος εἴσω
ὑγρὸν ἐπὶ γλήνης· τὸ γὰρ ἄλγεος αἴτιον εἴη·
ὃς δέ κε λημηρῇ νεφέλῃ λελιπασμένος ὄσσε
ἀσχάλλῃ ὀδύναις, κεροειδέα δ᾿ ἀμφὶ χιτῶνα
οἶδος πιαλέοισι περιβριθῇ πελάνοισι,
κείνῳ καίριόν ἐστι καὶ ἀσφαλὲς ὄμμα διῆναι
ἀμπετὲς ἀκλήϊστον, ἄφαρ δ᾿ ἀπὸ πᾶσα τελέσθη
θυμοδακὴς ὀδύνη, ῥέα δ᾿ ἔκθεται ὕδατι νοῦσος.

Apparet e primis fragmenti versibus describi Campaniae partem eam, quae inter Lucrinum lacum et Puteolos haud adeo longo tractu extenditur; docet hoc vel Gaurei sive ut aliis scriptoribus appellatur Gaurani montis commemoratio. Eo igitur loco fontem fuisse poeta memorat oculorum morbis sanandis saluberrimum, quem eundem fuisse, qui prope ad Ciceronis villam Puteolanam sive Academiam scaturiisse dicitur, non est quod dubites. Sed de hoc postea videbimus. Quod autem versu tertio totus ille locorum tractus nivis candorem ostendisse dicitur, id nihil mirationis habet, quandoquidem *ἅπαν τὸ χωρίον ἐκεῖ θείου πλῆρές ἐστι καὶ πυρὸς καὶ θερμῶν ὑδάτων* Strabo Lib. V p. 245. Alm., nec aliam his nostris diebus tractus illius esse faciem, unanimi consensu testantur quibuscunque loca illa suis oculis spectare licuit. Quod versu quinto legitur *πυλυστάφυλοι περιναιέται*, ad vincta referendum quibus Gauranum montem abundasse constat. Vs. 8 legebatur *ἀραρόσι*, quae Gaisfordo interpretatio esse

videtur verae lectionis, quae interciderit. Scd apertum est scribendum esse *ἀραρῶσι*. Recte dicitur *ἀρᾰρῶτες*, non recte diccrctur *ἀρᾱρῶτες*. Vs. 10 *αἴτιον* addidit Gesucrus. Vs. 11 in libris ita scriptus est, *ὃς δὲ κενημηρὴ νεφέλῃ λελυσμένος ὄσσε*, nisi quod Ars. habet *κελημηρή*. Grotius ex Scaligeri conicctura edidit *ὃς δέ κε Κιμμερίῃ νεφέλῃ κεκλεισμένος ὄσσε*, quod probavit Ruhnk. ad Timaei Lex. p. 118, nisi quod pro *λελυσμένος* scripsit *λελυγασμένος*. Id quam ab caussam fcrri non possit monui Delect. poet. Anth. gr. p. 125. Hactenus magis placcret vel Scaligeri *κεκλεισμένος* vel quod Gesnerus coniecit *κεκαλυμμένος*. Sed *Κιμμερίῃ* nullo modo probari potcst; non de caecitate enim, sed de hcbetudine oculorum ex gramiae sordibus collecta poetam dicere apertum est ex versu decimo tcrtio. Itaque scripsi *ὃς δέ κε λημηρῇ νεφέλῃ λελιπασμένος ὄσσε*. In quibus *λελιπασμένος* item versus decimus tertius tuetur. Ceterum cfr. Foesium Oecon. Hipp. s. v. *λήμη* p. 383. Denique versu ultimo scribcndum videtur *ῥέα δ' εἴκαθεν ὕδατι νοῦσος*.

Iam si quaeras, quis sit ille cui versus hos tribuit Stobaeus Heliodorus et quando vixerit, equidem gaudebo si quis ad haec probabiliter responderit. Interim docere liceat, quando non vixerit. Vidimus carmen nostrum versari totum in Gauranarum aquarum salubritate oculorum hebetudine laborantibus commendanda. Iam vero Gauranos fontes, quos prope ab Ciccronis villa abfuisse monuimus, mortuo demum Cicerone erupisse testatur Plinius H. N. XXXI, 3 ***huius*** (villae Putcolanae) ***in parte prima exiguo post obitum ipsius*** (Ciceronis), ***Antistio Vetere possidente, eruperunt fontes calidi perquam salubres oculis.*** Idem

testatur Tullius Laurea in elegantissimo epigrammate ibidem apud Plinium servato, quod recepit Wernsdorfius Poet. Min. vol. V, P. 3 p. 1370.

Quo tua, Romanae vindex clarissime linguae,
  Silva loco melius surgere iussa viret:
Atque Academiae celebratam nomine villam
  Nunc reparat cultu sub potiore Vetus:
Hic etiam apparent lymphae non ante repertae,
  Languida quae infuso lumina rore levant:
Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
  Hoc dedit, hac fontes quum patefecit ope;
Ut quoniam totum legitur sine fine per orbem,
  Sint plures oculis quae medeantur aquae.

Ex his igitur hoc certe intelligitur, Heliodorum nostrum Ciceronis aetate fuisse inferiorem. Qui num idem fuerit cum eo cuius Protesilaum, epicum carmen, laudat Stephanus Byz. s. v. *Φυλάκη*, in medio relinquo. Alius item Heliodorus Atheniensis, quem et tragoediarum poetam[1]) et epici carminis de medicamentis letalibus auctorem fuisse docet Galenus de Antid. II p. 77 *b.* Ald: *καίπερ πολλῶν ἐπιχειρησάντων ταῖς τούτων (θανασίμων φαρμάκων) συγγραφαῖς, ὧν ἐστιν Ὀρφεὺς ὁ ἐπικληθεὶς θεολόγος, καὶ Ὧρος ὁ Μενδήσιος ὁ νεώτερος καὶ Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, τραγῳδιῶν ποιητής, καὶ Ἄρατος καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν τοιούτων συγγραφεῖς.* Et paucis interiectis: *οἱ γοῦν τῶν καλῶν τούτων ποιημάτων συγγραφεῖς τὴν παρὰ τοῖς πολλοῖς εὐλαβούμενοι καταδρομὴν ἐναρχόμενοι τῆς τούτων παραδόσεως τοὺς ἐντευξομένους πείθειν ἐπιχειροῦσιν, ὡς οὐκ ἂν εἴησαν φαῦλοι τὸ ἦθος οὐδὲ τῶν τοιούτων φθορο-*

ποι-

1) Praetermisit hunc Welckerus.

ποιῶν διδάσκαλοι, ὥσπερ καὶ Ἡλιόδωρον ἐν τοῖς πρὸς Νικόμαχον ἀπολυτικοῖς ἐναρχόμενον ἔστιν εὑρεῖν οὕτω γράφοντα·

Οὐ μὰ τὸν ἐν Τρίκκῃ πρηῢν θεόν, οὐ μὰ τὸν ὑψοῦ
Ἥλιον σπείροντα θεοῖς φαεσίμβροτον αἴγλην,
οὐ μὰ θεῶν σκηπτοῦχον, ὑπερμενέα Κρονίωνα,
οὔτε μέ τις δώροισι παρήγαγεν, οὔθ' ὑπ' ἀνάγκης
οὔτε χάριν φιλίης ἑτέρῳ κακὰ νεῖμαι ὑπέστην,
ἀλλ' ὁσίας μὲν χεῖρας ἐς ἠέρα λαμπρὸν ἀείρω,
καὶ κακίης ἀμόλυντον ἔχω διὰ πάντα λογισμόν.

Haec Galeni verba eam quoque ob caussam integra adscripsi, quoniam ex eis mihi quidem ignorata Orphei et Arati carmina de letalium medicamentorum compositione cognoscimus; nec de Horo iuniore quidquam inaudiveram.

XII. De Cercida Megalopolitano poeta et legislatore[1]).

Megalopolis Arcadicae historiam perlustrantes Cercidae nomine duos omnino cives Megalopolitanos commemoratos invenimus, alterum Arati Sicyonii aequalem[2]), alterum aetate superiorem illiusque fortasse cognatum, qui a Demosthene περὶ στεφάνου p. 324. Rsk. cum Hieronymo et Eucampida Megalopolitanis inter eos numeratur, qui sordidissimo lucro ducti patriam Philippo, imperioso Macedonum regi, prodiderint. Quod quando factum sit etsi Demosthenes perspicue non indicaverit, tamen si rationem reputamus, qua Megalo-

1) Ex Comment. Acad. Boruss. 1831 p. 91 sqq.
2) V. Polybium II, 48 sqq. 50, 3. 65, 3.

politani illi cum aliis civitatibus Peloponnesiacis componuntur, neque praetermittimus quod idem dixit orator, Graecos ab istis proditoribus Philippo in servitutem traditos esse eo tempore, *ὅτ᾽ ἦν ἀσθενῆ τὰ Φιλίππου καὶ κομιδῆ μικρά*, iure opinor Demosthenem de ea aetate loqui statuemus, qua Spartani Thebanorum principatum perosi, post Epaminondae mortem Peloponnesi civitates multiplicibus certaminibus illigaverant, Philippus autem deploranda illa rerum omnium perturbatione ita studuit uti, ut Peloponnesiorum rebus publicis se immiscendo supremus earum paulatim arbiter evaderet atque perpetuam summamque inter istas gentes adipisceretur vim et auctoritatem. Itaque non dubitamus proditionem illam, cuius Demosthenes Cercidam insimulat, in priorem partem Ol. 109 referre, quanquam ex loco quodam Diogenis Laertii, qui infra afferetur, apparet Cercidam etiam Diogeni Sinopensi superfuisse, ita ut ad Ol. usque 115 et ultra vixisse videatur. Sed redeamus ad crimen illud proditionis, propter quod Demosthenes tam acerbe in Cercidam invehitur et videamus, quid rei sit. Ac primum quidem Polybius cum Demosthene plane dissentit. Is enim Demosthenis iudicium de Cercida non solum graviter vituperat utpote iusto cupidius prolatum, sed tuetur etiam et defendit omni modo Cercidae amicorumque eius agendi rationem. Quin eos diserte dicit eo ipso quod ad Macedonum partes se applicaverint, Arcades et Messenios a molesta Lacedaemoniorum dominatione liberasse et de sua ipsorum patria optime esse meritos[1]).

1) Polyb. lib. XVII, 14: *Δημοσθένην κατὰ πολλά τις ἂν ἐπαινέσας ἐν τούτῳ μέμψαιτο, διότι πικρότατον ὄνειδος τοῖς ἐπιφανε-*

Hoc vero quod Polybius de Cercida eiusque sociis fecit iudicium tanto minus in dubium vocare licebit, quo magis eum in patriae urbis historiam accurate inquisivisse et in expendendis diiudicandisque aliorum facinoribus sine ira et studio versatum esse constat. Itaque totum hoc crimen perfidiae eo redit, ut Cercidas iustissimo Lacedaemoniorum odio ductus foederatarum Peloponnesi civitatium salutem a ceterorum Graecorum rationibus seiunxerit. Sed memorantur etiam alia quaedam, ex quibus egregiam viri indolem summumque patriae amorem facile cognoscas. Fertur enim Cercidas non tantum praeclaras patriae urbi leges condidisse, sed emicat etiam ex dictis eius et carminum reliquiis sapientia haud vulgaris et bono viro dignissima. Iam eorum quae legibus sancivit etsi nihil paene memoriae proditum est, unum tamen traditur memoratu haudquaquam indignum. Homerum enim, ut Eustathius ad Il. II p. 263, 35 ex Porphyrio narrat, in patriae suae scholas introduxit et imprimis *κατάλογον νεῶν* in tanto honore habuit, ut a pueris eum memoriae infigi iuberet: *νόμους τινὲς ἐξέθεντο ἀποστοματίζειν τοὺς παιδευομένους τὸν Ὁμήρου κατάλογον, ὡς καὶ ὁ Κερδίας ὁ νομοθετῶν τῇ πατρίδι*, ubi corruptum nomen *Κερδίας* iam a Perizonio ad Aelian. V. H. 13, 20 et ante Perizonium a Cupero Apoth. Hom. p. 130 in *Κερ-*

στάτοις τῶν Ἑλλήνων εἰκῇ καὶ ἀκρίτως προσέρριψε φήσας ἐν μὲν Ἀρκαδίᾳ τοὺς περὶ Κερκιδᾶν καὶ Ἱερώνυμον καὶ Εὐκαμπίδαν προδότας γενέσθαι τῆς Ἑλλάδος, ὅτι Φιλίππῳ συνεμάχουν. Et in fine capitis: *διὰ δὲ τοὺς προειρημένους ἄνδρας κοινῇ μὲν Ἀρκάσι καὶ Μεσσηνίοις ἀπὸ Λακεδαιμονίων ἀσφάλεια καὶ ῥᾳστώνη, κατ᾽ ἰδίαν δὲ ταῖς αὐτῶν πατρίσι πολλὰ καὶ λυσιτελῆ συνεξηκολούθησεν.*

κίδας vel potius in *Κερκιδᾶς*[1]) mutatum est. Eundem Homeri amorem confirmant, quae a Ptolemaeo apud Photium Bibl. p. 151 *a* traduntur, ubi Cercidam Arcadum legislatorem duas priores Iliadis rhapsodias una secum in sepulcro condi iussisse legimus. Neque indigna memoratu sunt quae Aelianus V. H. 13, 20 memoriae prodidit, Cercidam hilari et tranquillo animo mortem expectasse dicens, quia speraverit fore ut mortuus cum Pythagora Homero aliisque antiqui aevi sapientibus consociaretur.

Poetae nomen Cercidas maxime propter *Μελιάμβους* quos scripsit meruisse videtur. Quod genus melicae poesis quamquam raro commemoratur, tamen quum propter nomen tum propter fragmentum, quod servavit Diogen. Laert. lib. 6, 76, dubitari non potest quin satiricum potissimum fuerit. Idem poema Helladio apud Photium Bibl. p. 533 *b* Cercidam *μελοποιὸν* dicenti obversatum esse videtur. Neque minus certum est etiam apud Stobaeum in Floril. LVI p. 375 Gesn. *Κερκίδα μελιάμβων* scribendum esse pro eo quod mi-

1) *Κερκίδας* scribendumne sit an *Κερκιδᾶς* dubitatum est, ac ne inter grammaticos quidem hac de re constitit. *Κερκιδᾶς* probatur Theodosio Can. p. 977, 5. Anonymo in Bekkeri Anecd. gr. p. 1159 et Choerobosco apud Cramer. Anecd. Oxon. II p. 270, 32. *Κερκίδας* contra Herodiano *περὶ μονήρους λέξεως* p. 10, 30: *εἴρηται δὲ καὶ Ποτίδας* (pro *Ποσειδῶν*) *ὡς Κερκίδας*, nisi forte et hoc loco restituendum *Ποτιδᾶς* et *Κερκιδᾶς*. Cfr. Fragm. Com. II, p. 483. Adde quod Arcadius p. 21, 18 scripsit: *τὸ μέντοι Θευδᾶς περισπᾶται, Μητρᾶς, Ζηνᾶς, Πυθᾶς. τὸ δὲ Κερκιδᾶς ἀπὸ συναλοιφῆς.* Ex quo intelligitur primitivam nominis formam fuisse *Κερκιδέας*, ut *Ἀνδρέας, Πυθέας* et similia. Falluntur igitur qui hoc nomen ad *κέρκος* revocant, quum potius ad *κερκίς*, radius textorina, revocandum sit.

mine cum subiectis versibus convenit *ἡμιάμβων*. Hoc enim nomine longe aliud metrum notatur diversumque ab eo, quo lyrici Cercidae versus apud Stobaeum compositi sunt. Hemiambi enim sunt dimetri catalectici, qui labentis demum poesis graecae temporibus ad carminum perpetuitatem coniungebantur. Documento est notissimum Pauli Silentiarii carmen in thermas Pythicas compositum, cuius haec est in cod. Palat. epigraphe: *εἰς τὰ ἐν Πυθίοις ἡμίαμβοι.* Neque Alexandrini poetae hoc metri genus defugerunt. V. Callimachi Epigr. XXXVIII et Herodem, Callimachi ut videtur aequalem[1]), apud scholiasten ad Nicandri Ther. 377. quae talium hemiamborum fortasse antiquissima exempla sunt[2]). Quod enim in Theocriteis est carmen *Ἄδωνιν ἡ Κυθήρη* cet. et alia Anacreontica eisdem numeris composita ad multo posteriora tempora referenda sunt. Promathidas denique Heracleota, cuius Hemiambos Athenaeus VII, p. 296 *b.* laudat, vixit post Dionysium Thracem ut ex eodem Athenaeo constat XI p. 489 *b.* Haec omnia si perpendimus, non aliis insuper argumentis opus esse intelligitur, ut apud Stobaeum *ἡμίαμβοι* recte in *μελίαμβοι* commutatum esse demonstretur. Verumtamen non silentio praetermittendum est Grotium et Gaisfordum e cod. A. in Stobaei lemmate *μιμιάμβων*

1) His verbis correxi errorem meum in Curis crit. p. 48, quod praeter Bergkium ad Anacr. p. 229 ignoravit I. H. Knochius de Choliamb. auct. p. 9.

2) Paulo festinantius Hesychii editores vol. II p. 7 et vel Casaubonus *ἡμιάμβους* apud Pollucem IV, 83 memorari sibi persuaserunt: *καὶ μηνίαμβοί γε καὶ παριαμβίδες νόμοι κιθαριστικοί, οἷς καὶ προσηύλουν.* Scribendum *καὶ μὴν ἴαμβοί γε*, cll. Athenaeo XIV p. 638 *a.*

edidisse pro *ἡμιάμβων*. Sane etiam a Stephano Byzantio v. *Μεγάλη πόλις* p. 542 Cercidas dicitur *ἄριστος νομοθέτης καὶ μιμιάμβων ποιητής*, sed iniuria hoc ad Stobaeum transtuleris. Nam *μιμίαμβοι* non dicebantur mimi ex iambis compositi, sed choliambi potius vel carmina ex choliambis composita. V. Gellius N. Att. 20, 9 et Plinius Epist. 6, 21. Iam quamquam Cercidam etiam choliambos scripsisse Athenaeo auctore XII p. 554 *a* scimus eumque verisimile est propter hoc potissimum carminum genus a Stephano, si verba eius sana sunt, mimiamborum poetam nuncupatum esse: non tamen ideo apud Stobaeum quoque restituendum *μιμίαμβοι*, quoniam quos is versus Cercidae attulit, ut iam dixi, non choliambi sunt sed ex lyricis numeris compositi. Denique dubitari potest num Stephani verba incorrupta sint. Namque in omnibus quidem editionibus inde a Xylandri (1568) usque ad recentissimas legitur *μιμιάμβων ποιητής*, sed in antiquissimis exemplis h. e in Aldina anni 1502 et in Iuntina a. 1521, quae Xylandri editionem proxime praecedunt, scriptum reperio *μιλιάμβων*, a quo non multum abscedit cod. Rehdig. in quo *μηλιάμβων* legitur, quod in *μελιάμβων* commutare eo minus dubitamus, quo certius Cercidam Meliambis potissimum poetae nomen et gloriam sibi peperisse supra demonstrasse nobis videmur.

Haec fere de Cercidae persona eiusque carminibus traduntur. Superest ut paucas quae servatae sunt carminum reliquias afferam. Quo in negotio non dubito quin operae pretium facturus sim, quoniam quum propter sermonem et poesis indolem tum quod sani indicii cordatique hominis speciem prae se ferunt, haudquaquam spernendae sunt.

Ac primum quidem fragmentum est apud Diogenem Laertium VI, 76, ubi varios de moriendi genere Diogenis Sinopensis rumores recenset et aliorum sententiis allatis ita pergit: *οἱ δὲ (φασι τελευτῆσαι αὐτὸν) τὸ πνεῦμα συγκρατήσαντα, ὧν ἐστι καὶ Κερκιδᾶς* (libri *Κερκίδας*) *ὁ Μεγαλοπολίτης ἢ Κρὴς*[1]) *λέγων ἐν τοῖς Μελιάμβοις οὕτως·*

Οὐ μὰν ὁ πάρος γ' ἔα Σινωπεύς
τῆνος ὁ βακτροφόρας, διπλοείματος, αἰθεριβόσκας.
ἀλλ' ἀνέβα χεῖλος ποτ' ὀδόντας ἐρείσας
καὶ τὸ πνεῦμα συνδακών·
ἦς γὰρ ἀλαθέως
Διογένης Ζανὸς γόνος οὐράνιός τε κύων.

In editionibus Diogenis hi versus male dispertiti sunt. nec scriptura ubivis certa est. Versu primo aliquid corruptelae latere videtur. Vs. 2 non necesse est scribatur *αἰθεροβόσκας*. Cfr. Lobeckius ad Phryn. p. 686. Vs. 3 pro *ἀνέβα* scripserim *ἀπέβα*, nisi Diogenem ad superos adscendisse dicit. Vs. 5 doricum *ἦς* pro *ἦν* restitui e cod. Florentino. Divinum canem, *οὐράνιον κύνα*, Diogenem appellat Cercidae fortasse exemplo Antipater Anth. Pal. XI, 158, 6.

Alterum fragmentum, quod supra ad Meliambos rettuli, in Stobaei Flor. legitur LVIII, 10. *Κερκίδα Μιμιάμβων·*

Τὸ τᾶς ῥικνᾶς χελώνας ἀμνάμονα·
οἶκος γὰρ ἄριστος ἀλαθέως καὶ φίλος.

Haec Grotius vertit: ***Oblitus illud providae testudinis: Suus cuique lar amicus optimus.*** In his codd. Pa-

1) Dubitatum est igitur de Cercidae patria; vix enim placeciuquam Bocharti commentum *Ἀρκὰς* pro *ἢ Κρὴς* scribentis.

risini pro τὸ habent ὁ et pro ἀμνάμονα iidem ἀμναμονεῦ. Fortasse scripsit poeta:

τὸ τᾶς ῥικνᾶς χελώνας
μναμόνευ'· οἶκος γὰρ ἄριστος ἀλαθέως καὶ φίλος,

ita ut ἀλαθέως, pro quo libri ἀλλὰ θεὸς praebent, trisyllabum sit. Gaisfordius scripsit: ὁ τᾶς ῥικνᾶς χελώνας ἀμναμονεῖ. Aesopi fabula, quam respexit poeta, est apud Schneiderum p. 56. Eandem significat oraculum delphicum apud Eustathium ad Iliad. 4, 221 ἀνδρὶ Γεφυραίῳ οἶκος φίλος οἶκος ἄριστος. Cfr. Philoxenus apud Suid. T. II p. 35 et quos affert Schottus ad Append. Proverb. IV, 15.

Ex iisdem porro meliambis sumpti sunt haud dubie hi versus, quos idem Stobaeus Serm. 4, 43 servavit:

Νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει.
πῶς κεν ἴδοιεν τὰν σοφίαν πέλας ἑστακυῖαν
ἀνέρες, ὧν τὸ κέαρ
παλῷ σέσακται καὶ δυσεκνίπτῳ τρυγί.

Priora, si recte cum sequentibus iunguntur, ex notissimo Epicharmi versu, νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει, τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά, derivavit Cercidas. Quamquam videndum ne recte Grotius, quem Gaisfordus sequutus est, haec priora a reliquis separaverit, praescripto nomine Epicharmi. Longe diversam rationem Bergkius Comment. de Ant. Com. p. 146 sequutus est, qui Cercidae fragmentum intercidisse totumque illud in hunc modum scriptum Epicharmo tribuendum esse censet:

Νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει· τἄλλα κωφὰ καὶ τυφλά.
πῶς κεν ἴδοιεν τὰν σοφίαν πέλας ἑστακυῖαν ἀνέρες,
ὧν τὸ κέαρ παλῷ σέσακται καὶ δυσεκνίπτῳ τρυγί.

Sed Epicharmus neque dactylo frequenter et spondeo nunquam in imparibus trochaeorum sedibus usus est.

Ut ego locum distinxi, priores versus sunt dactylici, tertius iambicus. Primus tamen versus, in quo *κεν ἴδοιεν* pro *ἐνίδοιεν* scribendum esse iam olim monui, paullo numerosior evaderet, si *ἴδοιεν* in finem versus transponere liceret. Ad postrema verba, quae Gaisfordus Bentleio praeeunte Epist. ad Millium p. 14 ita scripsit: *παλῶ σέσακται καὶ δυσεκνίπτω τρυγός*, comparandus est Diogenes apud Clement. Alex. Strom. II p. 177 Sylb. *οἱ τῆς ἀνάνδρου καὶ διεσκατωμένης | τρυφῆς ὑφ' ἡδοναῖσιν ἀχθέντες κέαρ.* Ubi scribendum *ὑφ' ἡδοναῖσι σαχθέντες.*

Meliamborum quartum fragmentum affero *μαγὶς* vocem ex Helladii Chrestomathia in Photii Bibl. p. 533 *b*: *καὶ ἡ μαγὶς δὲ ἀντὶ τῆς τραπέζης Αἰγύπτιον δόξει καὶ παντελῶς ἔκθεσμον. Ἐπίχαρμος δὲ ὁ Δωριεὺς καὶ Κερκιδᾶς ὁ μελοποιὸς ἐπὶ τῆς αὐτῆς διανοίας ἐχρήσαντο τῇ λέξει, καὶ μὴν καὶ ὁ Ἀττικὸς Σοφοκλῆς.* In his quum Cercidas dicatur *μελοποιός*, non videtur dubitandum esse, quin vocem *μαγὶς* Helladius ex Meliambis attulerit. Minus certa aliorum fragmentorum sedes est, quorum unum affert Athenaeus VIII p. 347 *e*: *οὕτω μοι δοκεῖ καὶ ὁ λεβητοχάρων Οὐλπιανὸς κατὰ τὸν ἐμὸν Μεγαλοπολίτην Κερκιδᾶν μηδὲν μὲν ἐσθίειν τῶν ἀνδρὶ προσηκόντων*, ex quo apparet edacem parasitum a Cercida *λεβητοχάρωνα* dictum esse. Alterum huiuscemodi fragmentum a Polluce III, 27 servatum vocabulo *ἐπιπάτωρ* constat, quod Cercidas pro *πατρωὸς* de vitrico dixerat. Denique huc pertinet Galeni locus, ex quo intelligitur a Cercida hominem stupidum *κριόμυξον* nuncupatum esse. V. Therap. Method. VI, vol. 10 p. 506. Lips.: *Θεσσαλὸς δὲ ἅμα τοῖς ἑαυτοῦ σοφισταῖς ἐφ' ὑψηλοῦ θρόνου καθήμενος ἐν κριομύξοις ἀν-*

δράσιν, ὡς ὁ Κερκιδᾶς φησιν, εὐδοκιμήσει. Sed haec omnia pari iure ad choliambica Cercidae carmina retuleris. Nam in hoc quoque poesis genere eum elaborasse Athenaeo auctore XII p. 554 *d.* scimus, ubi de certamine duarum mulierum Syracusiarum loquitur, quae Veneri *καλλιπύγῳ* templum dedicabant: *καὶ ὁ Μεγαλοπολίτης Κερκιδᾶς ἐν τοῖς Ἰάμβοις ἱστορεῖ λέγων·*

Ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις.

XIII. De Anthologiae graecae supplemento nuper edito.

Pergrato nuper munere Anthologiae graecae amatores donavit I. A. Cramerus publicata in Anecd. Oxon. IV p. 366 — 388 carminum graecorum sylloge, quorum maiorem partem quum iam ex Anthologia Palatina editam habeamus, insunt tamen etiam inedita quaedam, ex integriore Anthologiae codice derivata. Eorum nonnulla, quum medicam manum requirant, huc transscribam.

I p. 376, 7.

Εὐόδμοις δὴ μύροις καὶ εὐπετάλοις στεφάνοισι
καὶ Βρομίῳ παῦσον φροντίδας ἀργαλέας.
δὸς πιέειν, ἵνα Βάκχος ἀποσκεδάσεις μερίμνας
ἄψ ἀναθερμαίνων ψυχομένην κραδίην.

Si integrum carmen est, versu primo scribendum *εὐόδμοισι μύροισι.* Sed vereor ne initium exciderit, poeta autem scripserit *εὐόδμοις δὲ μύροισι.* Alterum distichon a priore seiungendum videtur.

II p. 383, 25.

Εἰ μὲν ἀεὶ θάλλεις, τήρει, φίλος, εἰ δὲ μαραίνῃ,
τί φθονέεις ποῦ τῷ σὲ θέλοντι φίσαι;

Horum alterum versum ita corrige *τί φθονέεις τούτου τῷ σε θέλοντι κύσαι.* Videtur Stratonis carmen esse, cui etiam III, IV, V, VI — VIII et alia quaedam in Sylloge Par. tribuenda esse suspicor.

III p. 384, 17.

Κοῦρε τί μοι λεπτός, θαλεραὶ δ' οὐχ ὥς ποτε σάρκες,
οὐδὲ τὸ πρὶν ἐραταῖς ἐν λαγόνεσσι γάνος;
ποῖαί σεν καλὸν ἄνθος ἀποσμύχουσι μέριμναι;
μή τι τὸ Ναρκίσσου νᾶμα κατωπτρίσαο;

Ita haec correxi quae in codice sic scripta sunt: *θαλεραὶ δ' οὐχ ὥς ποτε σα.... οὐδὲ τὸ πρὶν ἐρασταῖς ἐν λαγόνεσσι γάνος. ποῖαι σεῦ κάλαμον ἄνθος ἀποσμύχου μέριμν...*

IV p. 385, 23.

Αὐτοῦ μοι, Κλεόβουλε, παρὰ στροφάλιγγα θυρᾶ
κλεπτομένην χάρισαι Κύπριδος εὐφροσύνην.
β... ἔρως οὐκ οἶδε ποθούμενος· ἡ γὰρ ἀνάγκης
μῖξις προστίμοις ἐνδέχεται πάθεσιν.
καὶ γὰρ Ζεὺς θεὸς ἦν, ἀλλ' ἡνίκα καιρὸν ἔκλεπτεν,
αἰετὸς ἢ δάμαλις ἢ κύκνος ἐβλέπετο.

Versu primo *θυραίαν* potius scribendum videtur quam quod Cramerus voluit *θυράων*. Versum tertium non expedio; pro *ποθούμενος* sententia forsan requirit *πόθου μένος*. Ultimo versu scribendum *δαμάλης*, cuius formae, de qua dixit L. Dindorfius ad Stephani Thes. s. v. *δάμαλις* et *δαμάλης*, iam novum exemplum habemus. Cfr. Doriens apud Athen. X p. 412 *f*.

V p. 386, 4.

Τηρῶ σου τὸ φίλημα τὸ χρύσεον, ὡς ἀπὸ σίμβλου
κηρίον, ὡς μήλου πνεῦμα πεπαινόμενον.
τηρῶ καὶ συνεχῶς τοῖς χείλεσι, κἢν προσίῃ τις
„χαῖρε“ λέγων, εὐθὺς τοῦτον ἀποστρέφομαι.
τοῦτο καὶ αὐτὸ καθ' αὑτὸ κακὸν μέγα συμβάλλειν
ἐστὶ τὸ σὸν τούτῳ τῷ πυρὶ πῦρ ἕτερον.

Postremum distichon, cuius emendationem frustra tentavi, quo vinculo cum prioribus coniunctum sit non intelligo. Forsan ex alio carmine huc irrepsit, quod etiam aliis locis factum est, ut p. 385, 17, quae quomodo expedienda sint docet Anthol. Pal. Versu secundo ineptum est, si quid video, *μήλου πνεῦμα πεπαινόμενον*. Poeta scripserat opinor *μήλου χναῦμα πεπαινομένου*. De vocabulo *χναῦμα* vide ad Fragm. Com. graec. III p. 571. Versu tertio scribendum *τηρῶ καὶ συνέχω τοῖς χείλεσιν*.

VI p. 386, 10.

Ὕπνε τί μ' ἐξ ὕπνου φρενοθελγέος ἐξεβόησας;
τίπτε δ' ὀνειροπόλου νόσφισας ἀμβροσίης;
αὐτόθι γ' ἂν γλυκεροῖς περιπλέγμασι παιδὸς ἐχρώμην
ἐγγὺς ἔχων τὸν ἐμὸν καὶ φιλέων ἕταρον.
ἐξ οἵης μ' ἀπάτης ἀπενόσφισας; Ὕπνε, σὺ πᾶσιν
ὢν βαρύς, εἰς ἐμὲ νῦν ὠκυπέτης ἐγένου.

Versu primo, in quo forsan etiam aliud quid corruptum est, legendum haud dubie *ἐξεσόβησας* et tertio *αὐτόθι γὰρ γλυκεροῖς*. Nec *ἐχρώμην* a poeta scriptum credo, pro quo magis placeret *ἔχαιρον*. Versu quarto mire dictum est *ἐγγὺς ἔχων*, pro quo scribendum suspicor *ἀγκὰς ἔχων*.

VII p. 386, 16.

Σκέψαι νάρκισσον, καὶ μηκέτι γαῦρα φρονήσῃς.
τοῦθ' ὑπερηφανίης ἄνθος ἔφυσεν ἔρως.
τίνα τὸν στέργοντα παλίστροφα ἔργα δεδορκὼς
πειράθητι φρονεῖν μηδὲν ὑπὲρ τὸ μέτρον.
τοῦθ' ὃ βλέπεις στέφωμα παρὰ κρήνην ἐστὶν ἐρασθέν,
ἔκλαυσεν μορφῆς εἰκόνας ἀντιτύπους.

Versum tertium ita sanandum puto, *τίμα τὸν στέργοντα, παλίστροφα δ' ἔργα δεδορκὼς* etc. Versu quinto scribendum videtur *τοῦθ' ὃ βλέπεις στεφάνωμα παρὰ κρήνῃσι μαρανθέν.*

VIII p. 386, 22.

Ὑπνώοις ἐπὶ πουλύν, Ἔρως, χρόνον, ἄχρι γὰρ ἂν
εὕδῃς, εἰρήνην σῶν ἔχομεν βελέων·
ἣν δέ σ' ὁ λυσιμελὴς προφύγῃ κόπος, οἰκτρὸς ἐκεῖνος,
ὃς πρῶτος σὸν ἴδοι κάνθον ἀνοιγόμενον.

Primus versus non videtur commodius suppleri posse quam addito pronomine *σύ*, quod ante *εὕδῃς* facile excidere potuit. Versu quarto malim *ἴδῃ*.

Dixi adhuc de ineditis; at etiam editis Parisina sylloge profutura est. Alcaei Messenii epigramma quod ex Anth. Pal. XII, 29 edidi in Delect. poet. p. 71.

Πρώταρχος καλός ἐστι καὶ οὐ θέλει, ἀλλὰ θελήσει
ὕστερον· ἡ δ' ὥρη λαμπάδ' ἔχουσα τρέχει,

ex Cram. p. 385, 5 duobus his versibus augeri potest,

καὶ ῥόδον ἀκμάζει βαιὸν χρόνον, εἰ δὲ παρέλθῃ,
ζητῶν εὑρήσεις οὐ ῥόδον ἀλλὰ βάτον.

Quos versus Anthol. Palat. XI, 53 tanquam anonymi poetae epigramma habet. In Stratonis carmine Anthol. Pal. XII p. 209:

Μήτε λίην στυγνὸς παρακέκλισο μήτε κατηφής,
Δίφιλε, μήτ' εἴης παιδίον ἐξ ἀγέλης.
ἔστω που προὔνεικα φιλήματα, καὶ τὰ πρὸ ἔργων
παίγνια, πληκτισμοί, κνίσμα, φίλημα, λόγος.

in hoc igitur carmine quantopere criticos tertius versus exercuerit, docet Iacobsii adnotatio. In eo codex Pal. habet *ἔστω που πορνικὰ φιλήματα*. At Sylloge Paris. *ἔστω προὔνεικα πρῶτα φιλήματα*, quod proxime a vero abest. Scribendum enim *ἔστω προυνικὰ πρῶτα φιλήματα*. Haec enim huius adiectivi genuina est scriptura, non *προὔνεικος* vel *προυνεικός*, de cuius etymo neque veteres grammatici, quos nominat Cyrillus apud Cramerum Anecd. Paris. IV p. 189, neque Sylburgius ad Clenardi Inst. p. 457 recte statuunt. Nec Salmasius ad Script. H. A. vol. I p. 146 recte interpretatur *προὔνεικα φιλήματα*, *oscula praecursoria*. Sunt potius *ἀκόλαστα*, *lasciva*. Pro *φιλήματα* autem optime Iacobsius *θιγήματα*. Pro *κνίσμα* Syll. Par. *κνῆσμα*, quod vide ne alteri praestet. Eiusdem Stratonis epigramma in Anth. Pal. XII, 223 ita legitur:

Τερπνὸν ὅλως τὸ πρόσωπον ἐμοὶ προσιόντος ἀπαρκεῖ,
οὐκέτι δ' ἐξόπιθεν καὶ παριόντα βλέπω·
οὕτω γὰρ καὶ ἄγαλμα θεοῦ καὶ νηὸν ὁρῶμεν
ἀντίον, οὐ πάντως καὶ τὸν ὀπισθόδομον.

Mirum est interpretes non haesisse in versu primo, in quo nec *τερπνὸν* probabile *τοῦ προσώπου* epitheton est, nec *προσιόντος* habet quo referatur. Hinc in ea semper sententia fui, ut in verbis *τερπνὸν ὅλως* pueri nomen latere crederem. In quo me plane confirmavit Sylloge Par. p. 387, 17. quae illorum loco *Περπούρου*

habet, in quo *Τερπούρου* vel *Κερκούρου* latere videtur, quod pueri meritorii non magis ineptum nomen est, quam *Κερκούριον* meretricis apud Athenaeum. Quod in Anth. Pal. XII, 196 legitur Stratonis carmen,

Ὀφθαλμοὺς σπινθῆρας ἔχεις, θεόμορφε Λυκῖνε,
μᾶλλον δ' ἀκτῖνας, δέσποτα, πυρσοβόλους·
ἀντωπὸς βλέψαι βαιὸν χρόνον οὐ δύναμαί σοι·
οὕτως ἀστράπτεις ὄμμασιν ἀμφοτέροις,

in eo Syll. Par. p. 388 in vs. 1 habet *ὀφθαλμοῖσιν θῆρας*, in quo latet forsan *ὀφθαλμοῖς σπινθῆρας*. Eadem vs. 3 habet *δύναμαί σε*, et vs. 4 *πῦρ γὰρ ἀστράπτεις*, quod verum est, modo *ἀπαστράπτεις* scribas. Antipatri carmen legitur in Anth. Plan. ed. Iac. IV, 197 hoc:

Τίς δισσὰς παλάμας πρὸς κίονα δῆσεν ἀφύκτοις
ἅμμασι; τίς πυρὶ πῦρ καὶ δόλον εἷλε δόλῳ;

In his semper mihi absonum visum est illud *δισσὰς παλάμας*, pro quo scribebam *τίς δὴ σὰς παλάμας*. Confirmat nunc Syll. Par. p. 379, 17 ubi legitur *τίς δήσας παλάμας*. In Stratonis carmine Anth. Pal. XII, 185:

τοὺς σοβαροὺς τούτους καὶ τοὺς περιπορφυροσήμους
παῖδας, ὅσους ἡμεῖς οὐ προσαφικόμεθα,
ὥσπερ σῦκα πέτραισιν ἐπ' ἀκρολόφοισι πέπειρα
ἔσθουσιν γῦπες, Δίφιλε, καὶ κόρακες,

mirabar barbaram formam *προσαφικόμεθα*, quum videbam eam Brunckii esse coniecturam, codice Palatino *προσαφειόμεθα* praebente i. e. *προσειφιόμεθα*. Atque ita in sylloge Paris. legitur p. 387, 6. Aliis tamen in locis eadem cum cod. Palat. in depravata lectione consentit, velut p. 387, 3 in carmine quod Stratoni tribuit Anth. Pal. XII, 181:

Ψευδέα μυθίζουσι, Θεόκλεες, ὡς ἀγαθαὶ μὲν
αἱ Χάριτες, τρισσαὶ δ' εἰσὶ κατ' Ὀρχομενόν·
πεντάκι γὰρ δέκα σεῖο περισκιρτῶσι πρόσωπα,
τοξοβόλοι ψυχέων ἅρπαγες ἀλλοτρίων.

In his *ἀγαθαὶ Χάριτες* non bene opponuntur *ταῖς ψυχέων ἅρπαξιν ἀλλοτρίων*. Scribendum sine dubio *ἀγαναί, mansuetae, mites*. Pro *ψευδέα* Syll. Par. *ψευδές*.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 10, 11. Simonidem Magnesium num recte epicum poetam dixerim nunc dubito. Suidas, *Σιμωνίδης, Μάγνης Σιπύλου, γέγονεν ἐπὶ Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου* (voluit *τοῦ πρώτου*) *κληθέντος καὶ γέγραφε τὰς Ἀντιόχου πράξεις καὶ τὴν πρὸς Γαλάτας μάχην, ὅτε τὴν ἵππον αὐτῶν ἔφθειρεν.* Itaque rectius Simonidem dicemus historicum fuisse. Postrema Suidae verba adscripsi ex emendatione Cuperi Observ. IV, 11 et Wernsdorfii de Republ. Galat. I, 18. Vulgo *τὴν ἵππον αὐτοῦ ἔφθειραν.* Pro *Σιπύλου,* licet hoc viri nomen non sine exemplo sit, forsan tamen praestat *ἀπὸ Σιπύλου,* ut Cicero ad Attic. II, 2 dixit *Magnetes ab Sipylo* aliique apud intpp. ad Taciti Ann. II, 47. Nisi malis *Σιπυλεύς* cll. Hegesia apud Dionys. de Comp. verb. ed. Schaef. p. 8 *ἀπὸ Μαγνησίας Σιπυλεύς.*

P. 16, 5 a fin. scribe „discipulus" pro „discipulum".

P. 28, 31 scribendum erat „sed *Ἰσθμιακά*" pro „sed aut *Ἰσθμιακά,* aut *περὶ Ἰσθμιακῶν*".

P. 39. Fragmentum Anii, *ἵκτο μὲν ἐς Δωδῶνα Διὸς φηγοῖο προφῆτιν,* fortasse hoc versu, quem lu-

26

lianus Orat. IV. p. 149 B. omisso auctoris nomine affert, augendum est: *ἵκετο δ' ἐς Πυθὼ* (leg. *Πυθῶνα*) *καί ἐς Γλαυκῶπα Προνοίην.*

P. 54. In Euphorionis Fragm. XIX, 3 *Φυγαδείαν* tuetur Welckerus ad Philostr. p. 367 Oropium fontem a fuga equorum Amphiarai ita dictum fuisse statuens. Welckerum sequutus est Ungerus Parad. Theb. I p. 412.

P. 59, 2 corrige *ἐσίδῃς πρῶτον*, pro *ἐσίδῃς, πρῶτον*. Ad Inachum Euphorionis Ungerus Parad. Theb. I. p. 237 refert fragmentum, quod ego inter dubia exhibui III p. 166, ubi probat Reinesii emendationem *Εὐφορίωνα.*

P. 62, 10 corrige *ἐνέπουσι* pro *ἐνέπουσιν.*

P. 73. In Euphorionis Fragm. XXXIX, 2 genitivum *ἀσπαίροντος* pro *ἀσπαίροντες* ex mea, non ex Valckenarii coniectura scripsi. De *ἄδην* quod eodem versu reposui vide p. 114.

P. 75, 5. In loco Etymol. M. pro *Εἰλευία* legendum videtur *Εἰλεσία*, de quo cognomine Minervae v. Ruhnkenium ad Vellei. Pat. p. 3 cll. Wesselingo ad Hieroclis Itin. p. 490.

P. 97, 25. Non minus insolenter *Πληγάδες* pro *Συμπληγάδες* dixit incertus poeta Alexandrinus apud Cramerum Anecd. Par. IV p. 16. cuius locum neque Ruhnkenius Epist. crit. II p. 279 neque Gerhardus Lectt. Apoll. p. 70 persanavit. Scribendum videtur:

οὐδ' ἵπποι ὀρθρινὰ κατὰ κλισίας χρεμέθεσκον,
οὐδὲ βόες πλήρεσσιν κατηγυνάζοντο κάπῃσιν,
νηυσὶ δὲ πρηκτὰ κέλευθα Χελιδονίης ἀπὸ πέτρης
Πληγάδας ἀξείνους καὶ ὅπου Φινήια δόρπα
Ἅρπυιαι ἄτλητον ἐπὶ ψώαν πνείεσκον.

Loquitur poeta de gente quadam, quae neque equos neque armenta alebat, sed navibus totum mare inde a Chelidonio promontorio usque ad Symplegadas pervagabatur. Si Apollonii Rhodii locus est, cui quartum versum tribuit Tzetzes ad Lycophr. 1285, ex carmine quod de Cauni originibus condidit petitum esse et de Caribus agi suspiceris. Post vs. 3 Ruhnkenius unum versum excidisse existimat, credo propter accusativos *Πληγάδας ἀξείνους*, quos nescio an tueri liceat exemplo Dionysii in Bassaricis apud Stephanum Byz. v. *Γάζος*. *ἠῶθεν κνίφας ἄκρον ἐπειγόμενος ποσὶν οἶσιν*. Vs. 1 *ὀρθρινὰ* scripsi pro *ὀρθριναὶ* cll. Theodoto apud Cramer. Anecd. Par. IV p. 349, 34: *ὀρθρινὰ δ' ἐν θαλάμοις προσφθέγγεται ἤϊτε κούρη*. Vs. 2 cod. *κατηυνάζουσαι*, et *ἀλλὰ* pro *οὐδέ*, quae passim permutantur. V. Delect. poet. Anth. graec. p. 190. Ceteros codicis errores correxit Ruhnkenius.

P. 98. Munitum non Acamantis sed Demophontis filium dicit Plutarch. V. Thes. 34 *τὴν περὶ Μουνύχου* (recte corrigunt *Μουνίτου*) *μυθολογίαν, ὃν ἐκ Δημοφῶντος Λαοδίκης κρύφα τεκούσης ἐν Ἰλίῳ συνεκθρέψαι τὴν Αἴθραν λέγουσιν*.

P. 112, 24 corrige *Ἀχαιίδας* et *Ἀχαΐδας* pro *Ἀχαιίδες* et *Ἀχαΐδες*.

P. 124 ult. corrige *βύριον* pro *βυρίον*.

P. 126, 11 corrige *δριμείας* pro *δριμεῖς*.

P. 137, 4 corrige *ἕκτορας πλημμυρίδος*. Sunt verba Lycophronis Alex. 100.

P. 162. In primo Euphorionei epigrammatis versu Osannus coniecit *οὐ τὸ τρηχὺ σέλινον*.

P. 165, 8. Callimachi locum ex Aetiis respexit Tzetzes ad Lycophr. 1141. *χιλίων δὲ ἐτῶν παρελθόν-*

των ἐπαύσαντο τῆς τοιαύτης θυσίας — μέμνηται δὲ τῆς ἱστορίας καὶ ὁ Κυρηναῖος Καλλίμαχος. Quae non recte inter incerti loci fragmenta (no. XCDVI) relata sunt. Omnino Aetiorum fragmenta adhuc neque plene collecta nec iusto ordine disposita sunt. Pauca de multis ut afferam, addendum iis esse Fragm. CLIV docet Ioannes Lyd. de Mens. IV p. 56. ex quo pro *Νεστορίδῃ* legendum *Τελεστορίδην*. Fallitur Buttmannus Mythol. II p. 126. Nominis *Τελέστωρ* exemplum latet apud Philostephanum Herodiani Dict. solit. p. 11, 28. cuius verba supra emendavi p. 365. Ex eodem carmine Fragm. CVII derivatum suspicor propter Fragm. XI. Ad prooemium operis spectare videntur quae leguntur apud Strab. IX p. 633. Sed haec omnia ea, qua res digna est, cura explicatum iri speramus ab Adolpho Heckero, cuius Commentationes Callimachiae hunc virum dignissimum esse ostendunt qui Naekii partes suscipiat.

P. 168, 4 a fin. pro *κέρας* scribendum *κεράς*. Callimachi hunc versum esse ex Hecale vidit etiam Adolphus Heckerus l. l. p. 113.

P. 178, 26 corrige „libycae" pro „libycas".

P. 192, 15 corrige „discrimini" pro „discrimine".

P. 194, 20 corrige *ἀνήγετ'* pro *ἀγήγετ'*.

P. 208. In epigrammate IV, 3 cod. non *ῥοδόεσσιν* habet, sed *ῥοδέεσσιν*, et vs. 6 non *ἀνθερίκαν*, sed *ἀθερίκαν*. — P. 218, 6 excidit numerus 25.

P. 219. Codicis Pal. varietatem in Alexandri Aetoli carmine Apollinis nomine inscripto quum nunc demum inspecto codice ipse cognoverim, potiora hic indicabo. Vs. 4 cod. *ἑλισσομένη*. — Vs. 5 cod. *Ἀσσηρου.* correxit Galeus. — Vs. 8 cod. *Πετρήνης. Πει-*

ῥήνης Valesius. — Vs. 11 ἐπὶ (ἔπι) Heynius. Ib. corrige typothetae errorem ὦ pro ᾧ. — Vs. 12 cod. ἔρων, non ἔρω vel ἔρον, quod edidit Galeus. Itaque illud revocandum. Cfr. Iacobs. ad Anth. Pal. p. 459. Eandem formam restituendam suspicor Meleagro Anth. Pal. XII, 57 ubi legitur τὸν τριπάνουργον Ἔρωτ' ἔπλασεν ἐν κραδίᾳ. Nunquam Meleager mediam pentametri syllabam elisit. Cod. Vat. ἔρως. Itaque Ἔρων scribendum. — Vs. 13 cod. καθαψαμένης. Correxit Legrandius. — Vs. 19 ἐξαπαφοῦσα Passovius. Cod. ἐξαπάφουσα. — Vs. 21 cod. καλόνηρικενοῦσον. κακόν, quod cum quadam imprecatione dictum est, etiam nunc teneo. — Vs. 23 καὶ παισὶν probat Peerlkamp Bibl. crit. nov. II p. 216 apte comparans Hom. Od. ζ 300 ῥεῖα δ' ἀρίγνωτ' ἐστὶ καὶ ἂν παῖς ἡγήσαιτο νήπιος. Non credo tamen aliquid mutandum esse.

P. 223, 28 corrige Ἀρχελαΐδας pro Ἀρχεσαΐδας.

P. 224, 20 corrige Ἐλλαμενή pro Ἑλλαμενή.

P. 225, 24 pro Κεγχρείῳ corrige Κεγχρίῳ. Idem vitium p. 229, 13.

P. 246, 4. In verbis Arcadii Πυλῆς non tentandum. Eius nominis exemplum habes apud Athenaeum IV p. 411 *a*. In loco Plinii, quem ibidem attuli, pro *Pyreicus* possis etiam *Pyres Cius* coniicere.

P. 256, 4. In cod. Pal. Parthenii liber inscribitur Παρθενίου περὶ ἐρωτικῶν παθημάτων, omisso Νικαέως.

P. 272, 6 post „originationem“ exciderunt haec „praeter schol. Euripid. Hippol. 1190 καὶ ἔμεινε (Scylla) συρομένη ἐν τῇ θαλάσσῃ. καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη τὸ πέλαγος Σαρωνικόν“.

P. 308, 19. Fortasse immerito offendi in pro-

thystero, quod in narrationis ordine (συγκατακλίνει καὶ ἐπυνθάνετο) inesse mihi videbatur. — P. 309, 1 pro ποτε forsan τότε scribendum.

P. 318, 20, ἀμφιέπουσα conieeit etiam Peerlkamp Bibl. crit. nov. II p. 218. sed vitiose scripsit ἀμφιεποῦσα.

P. 325, 5 pro τηλίκον Ὑψίπυλον Hermannus, quem de hoc loco consului, scribendum conieeit Τήλεμον ὑψιπύλου, ut Telemus sponsi Teledieae nomen fuerit. Ibid. vs. 17 ἔνι pro ἐν etiam Peerlkamp l. l. p. 219. sed minus recte seripsit ἐνί.

P. 330, 15 τέ delendum esse vidit etiam Peerlkamp l. l. p. 220. Praeterea autem nihil novandum est.

P. 334. Philottum e Xantho Lydio memorat etiam schol. Euripidis Phoen. 159 Ξάνθος δὲ ὁ Λύδιος δέκα καὶ δέκα ἐκ Φιλόττου τοῦ Ἀσσυρίου, ὅς ᾤκει ἐν Σιπύλῳ, ubi addenda sunt ex ex cod. Flor. καὶ ἀνῃρέθη ἐν κυνηγεσίῳ ὑπὸ ἄρκτου, quae itidem Xanthum tradidisse ex Parthenio intelligitur.

P. 337, 6 μαλακιζόμενος corruptum esse monuit etiam Peerlkamp l. l. p. 220. cuius conieeturam, μάλα κακιζόμενος, ei quam ipse proposui praeferre non dubito. — Ibid. 15 lege ἀλωμένη.

P. 345. Euphronii nomen in Strabonis loco quum G. Krameri codices ad unum tueantur omnes, forsan non Strabo ex Hephaestione, sed ex Strabone Hephaestio emendandus est. Nam Appuleii de Euphorione minore testimonium, nisi mentitus est homo fallacissimus, etiam in eam partem accipi potest ut Euphorio intelligatur Chaleidensis. Cfr. supra p. 167.

P. 394, 12 corrige „Paris." pro „Oxon."

INDICES.

I. INDEX GRAECUS AD FRAGMENTA ALEXANDRI EUPHORIONIS RHIANI ET PARTHENII *).

*) Litera A. Alexandrum, E. Euphorionem, Rh. Rhianum, P. Parthenium significat. Ex epigrammatis nonnisi nomina propria recepta sunt.

κλη-

II. INDEX RERUM ET SCRIPTORUM.

A

B

C K X

D

E H

G

H

I

L

M

N

Ο Ω

P Π Φ

Q

R

S

T Θ

X Ξ

U V Υ

Z

Typis A. G. Schadii.